36. 17. A. 13.

Alexander

2 x

R
I
12.

36.17.A.13

8.35.G.10

FRATRIS

HIERONYMI

A PISTORIO INSTITVTI
CAPPVCCINORVM
DIVI FRANCISCI,

DE QVANTITATIBVS, RERVMQVE

diſtinctionibus Dialogus, qui triginta-
ſeptem lectionibus terminatur.

HIERONYMVS, ET SCOTVS
INTERLOCVTORES.





ROMAE
In ædibus Populi Romani,
Anno M.D.LXX.

Capuccinorum † Romæ.

Ad ſanctiſſimum D. N. Pium Quintum Pont. Max.

Frater Hieronymus Piſtorienſis S.

QVum in erudienda iuuentute (beatiſſime Pater) plures annos laboraſſem, & ad colligẽda mea ſtudia a pleriſque amicorum fuerim adhortatus; decreui tandẽ in elucidandas formalitates manum imponere, vt per cognitionem omnium penè Sacræ Theologiæ terminorum habeant adoleſcentes methodum, qua labi, errare, & decipi non poſſint; Abſolui opuſculũ, & diu multum cogitanti, quem ex tot clariſſimis viris, quos ſtudioſorũ hominum exercitiis magnopere fauere deprehendi, eligerem, cuius authoritate hic meus labor tuto in lucem prodiret, mihi ſingularis humanitas beatitudinis tuę venit in mentem. Et licet dignum non videbatur munuſculum, quod tanto Principi præſentaretur; tamen, quia fi

delium dona non rerum cumulatione, & muneris pondere, ſed beneuolentiæ quantitate, & largitatis affectu penſanda ſunt; nolui deterreri, quin lucubratiunculam meam, qualiſcumque ſit illa, tuo ſanctiſſimo nomini dicarē. Accipe igitur pientiſſime Pater; Domini noſtri Ieſu Chriſti exēplo, non minuta; Sed animi mei potius affectum; Abel enim Deo nō ex muneribus, ſed ex Abel munera placuerunt. Quòd ſi gratam ſanctitati tuæ illam eſſe perſpexero, & ſacra fiet, vt metum irreligioſis buccis incutiat, ne auſint tanto in terris numini oblatam, & ſanctificatā violarè, & excitare profecto me poterit ad maiora, Vale ſemper fœlix beatiſſime Pater.

PIO, AC ERVDITO LECTORI.

NON *mirum candide lector, ſi tot, tantique uiri de litteris benemeriti limites ſuos, lares, bona, conſanguineos, ſuos que charos dimiſerint: pluraque eos feciſſe, ac pertuliſſe legamus, ut ſic expediti ſeſe eò conferre poſſint, ubi rerum proprietates, cauſarũque humanarum, & diuinarum effectus ſpeculari ualerent; Nam tantus eſt innatus nobis cognitionis amor, et deſiderium, et ita naturæ imperio trahimur, & certa ratione allecti ducimur ad ſcientię cupiditatem, ut nemo dubitare queat, quin ad capiendũ res cognitione dignas hominum natura nullo emolumento rapiatur. Quòd ſi iis in rebus cognoſcendis adeo procliues ſumus, propenſiores procul dubio erimus in diuinarum rerum perceptionem etiam minimam. Et nè incognita pro cognitis habeantur, ueraque falſis, falſaque ueris commiſceãtur, magnum operę precium faciant neceſſe eſt ſtudioſi, quò ſciant rem ab altera ſecernere, & quanta inter eas diſtantia ſit, uel conuenientia. Quo circa cúm multa ſcitu digna à doctore ſubtili enodata, de identitatibus & diſtinctionibus rerum, multaque multorum ſuper iis quæſtiones, & commentaria ipſe viderim; magno uſui omnibus ſtudioſis futurum duximus, ſi tam inſigne opus uſqueadeo illuſtraretur, ut difficilia, quæ magnum negocium faceſſere poſſint, facili ſtylo omnibus innoteſcerent.*

Quare rogatus a multis, decreui opus ad limam re uocare, & obſcura hac conditione proferre, ut ſcientiarum claues, quæ in eo quoquomodo repoſitæ ſunt ſine rubigine luculenter appareant. Sed quò facilior ratio uiaque docēdi ſubminiſtretur, more platonico interrogationibus uſus ſum, dubitantem Hieronymum faciens, reſpondentem uerò Doctorem ſubtilem, à quo tamquam à latiſsimo fonte hæc ars emanauit; ſtylumque preſſi, ne longe diſsiliret à dialogorum genere. Illud tamen ſilentio prætereundū non eſt, ut ſciat ingenioſus lector me ſingulis dialogis in academijs noſtris duas habuiſſe lectiones, alterā, qua litteræ textū declarabamus, alterā uero, qua difficultates in prima lectione obortæ interrogatus doctor ſubtilis aperit, & declarat; Cæterum quia in ſolutionibus, quæ ex fonte ipſius doctoris, & Ariſtotelis prodeunt elucidatio terminorum lectionis prioris exprimitur, exiſtimaui ne eorum multitudine nimium fuſa uideretur oratio, non primam, ſed ſecundam impreſſioni eſſe tradendam, duasque tabellas operi appoſuimus, unam, quæ illud complectitur, quod in qualibet lectione tractatur, alteram uero iuxta ordinem alphabeticum, & numerum paginarum continet loca, & res memoratu dignas de quibus in toto libello ſparſim commeminimus. Reliquum eſt ut laude ſiquid dignum tibi occurrerit. Deo Opt. Max. tribuas, quod ſi nō rite poſitum, ſiue deſcriptum quid inuenies imperitiæ meæ, ſcriptoris, uel impreſsoris aſcribas, & compatiaris

patiaris

patiaris; illudque omni cum pietate ut corrigas deprecamur; opus enim & meipſum Sacro Sanctæ Rom. Eccleſiæ pedibus ex animi mei ſinceritate, ſimplicitate et Chriſtiana humilitate ſubmitto. Vale.

QVicquid in abſtruſis ſophiæ penetralibus almę
Scotus ſubtili repperit ingenio
Quod ſeptem res quæque modis non amplius una
Differt ab reliqua, conuenitque inuicem,
Cimerijs tectum tenebris huc uſque latebat
Formarumque ſua laude carebat opus:
Nec, quamuis illud plures exponere ſæpe
Tentarint, poterat lumen habere ſuum.
Sortem hanc Hieronymus donec miſeratus iniquam
Diſperſit tenebras, reſtituitque diem.
Huic igitur multum debere agnoſcite cuncti,
Iam nitidum cuius munere habetis opus.
Quod docet in ſophia quicquid penetralibus alma.
Scotus ſubtili repperit ingenio,

Approbationes operis.

IVlius papienſis. Archiepiſcopus ſorrētinus vicarius Generalis, et nūcius beatiſsimi D. N. Pauli IIII. Neapoli uidit, deditq; uidendum peritiſſimis uiris Ioanni Franciſco brancaleoni, & Thomæ de lauro, qui viderunt, & approbauerunt.
Romæ uero uiſum eſt & approbatū à R. ſacræ Theologiæ Magiſtro Antonio poſio à Monte ilicino Pro

curatore ordinis Conuentualium diui Franciſci, & à R. Patre Thoma à ſoliano ord. obſeruantiæ ſacræ Theologiæ lectore præclariſſimo in conuentu Sanctæ Mariæ Araceli.

Impreſſum vero eſt De Authoritate, & licentia ordinarij, & ſuperiorum.

Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi Card. Sabelli vicarij S. D. N. Papæ Pij V. Domini Binnarini eiuſdem uice Vicarij, nec nō domini mei ac Reuerendi P. Thomæ Manric Magiſtri ſacri palatij.

INCIPIT TEXTVS FORMALITATVM *de mente clariſſimi doctoris ſubtilis Scoti in florentiſſimo Pariſienſi gymnaſio compilatus per Excellentem ſacræ Theologiæ profeſſorem magiſtrum Antonium Sirecti prouinciæ Turonię ordinis minorum.*

CIrca formalitates doc.ſub.Sco. Quæritur vtrum illa quæ diſtinguntur formaliter, diſtinguantur realiter? Et arguitur quod ſic. Et accipio duas formalitates: & ſint a, & b. vel igitur a. & b. ſunt alique res vel nulle res. Si ſint alique res, igitur quæ formaliter diſtinguntur realiter diſtingũtur. Si ſint nulle res igitur erunt nihil, quia quod omnino nulla res eſt nihil eſt, per beatum Auguſtinum de doc. chriſtiana lib.1.c.1. ¶ Et etiam probatur ratione: quia res & ens conuertuntur, ut patet 4. met. t. c. 2. & 4. quare quod nulla res eſt, nullum ens eſt, & ſic erit nihil, igitur &c. ¶ Præterea illa quæ diſtingũtur ex natura rei ſunt diſtincta realiter, patet de virtute uocabuli. Nihil eñ aliud uidetur eſſe diſtinctio ex natura rei quam diſtinctio realis: nec econtra; ſed illa quæ diſtinguntur formaliter diſtinguntur ex natura rei igitur &c. probatio minoris: quia diſtinctio per formalitates: vel eſt extra actum intellectus: uel nõ ſed ex comperatione ĩtellectus patet per omnes qui ponũt iſtas formalitates. Si ſecundũ videlicet ꝙ di-

ſtinctio

dinctio per formalitates ſit opus ſiue per operationem intellectus. tunc erit diſtinctio rationis, quod eſt contra formalizantes. Si eſt extra actum intellectus, igitur erit ex natura rei, & per cõſequẽs realiter quod eſt propoſitũ.¶ Prȩterea ſicut ſe habet res ſubiecti ad formalitatem ſubiecti, ita ſe habet res ꝓprie paſsionis ad formalitatẽ proprie paſsionis ergo per locũ a tranſmutata proportione. Sicut ſe habet res ſubiecti ad rem propriæ paſsionis, ita formalitas ſubiecti ad formalitatem proprie paſsionis: ſed res ſubiecti eſt eadem cum re proprie paſsionis, vt patet per te: qui dicis: quod ſunt idem eſſentialiter & realiter ergo formalitas ſubiecti eſt eadem cum formalitate proprie paſsionis: & ſic non diſtinguntur, & per conſequens non diſtinguntur formaliter quare &c. ¶ Præterea ꝙ eſt ſubſtãtia eſt vera res, ſed formalitas ſubſtãtiæ eſt ſubſtãtia, igitur formalitas ſubſtãtiȩ eſt vera res. Maior patet de ſe, quia eſt prædicatio ſuperioris de inferiori. Minor patet, quia formalitas ſubſtãtiȩ eſt quod quid eſt ſubſtãtiæ, ut patet per iſtos, ſed quod quid eſt eſt idem cum re cuius eſt, patet 7. meta. igitur quod quid eſt ſubſtãtiæ eſt ſubſtãtia. Et ultra quæcumque per ueram rem diſtinguntur: realiter diſtinguntur: ſed quæ formaliter diſtinguntur per ueram rem diſtinguntur ergo quæcũque formaliter diſtinguntur realiter diſtinguntur. ¶ Præterea quæcũque habent diuerſas diffinitiones diſtinguntur realiter vel ratione, patet quia diffinitiones diuerſe ſiue differentiæ in eiſdem poſite uidentur

tur ſufficere ad diſtinctionem realem uel rationis: ſed illa quæ diſtinguntur per formalitates habent di uerſas diffinitiones, ut patet per iſtos, igitur &c. ¶ Præterea ſi illa quæ diſtingũtur formaliter eſſent idem realiter tunc ab uno & eodem ſumerentur uni tas & pluralitas, quod videtur inconueniens. Aſſumptum tamen probatur, quia per te ab uno & eodem, in quo eſt unitas rei & eſſe ſumitur pluralitas formalitatum & ſic ab uno & eodem ſumetur unitas & pluralitas: ſed hoc eſt faſum: ut dictum eſt: vt patet 2. de generatione, idem inquantum idem non eſt natum facere niſi idẽ. ¶ Præterea accipio for malitatem ſubiecti & ſit a, & accipio formalitatem paſsionis & ſit b, tunc quero vel a & b, habent aliquid commune uel nihil commune. Si nihil cõmune ergo a, & b, ſe totis diſtinguntur: ſed quæ ſe totis diſtinguntur realiter diſtinguntur ergo a. & b. realiter diſtinguntur, ſed per iſtos illa ſunt eadem re aliter, ergo illa quæ in nullo ſunt eadem realiter uel non ſunt eadem realiter erunt eadem realiter quod manifeſtam includit contradictionẽ. Si detur quòd a. & b. habent aliquid commune, uel eſt reale uel rationis, ſi ſit ens reale. ergo illa ſunt entia realia, & ſic facient diſtingui realiter illa quorum ſunt forma litates, ſcilicet ſubiectum & propriam paſſionem. Si autem ſit ens rationis, igitur ille formalitates erunt entia rationis: & ſic facient illa quorum ſunt formalitates diſtingui tantum ſecundũ rationem: quod eſt contra eos: quia dicunt quòd diſtinctio per for-

mali-

malitates eſt maior quã diſtinctio rationis. ¶ Præterea quęcunquæ diſtinguuntur quidditatiue diſtinguntur realiter,& eſſentialiter patet,quia quidditas res & eſſentia idem ſunt,ſed quæ diſtinguntur formaliter diſtinguntur quidditatiue, patet: quia per iſtos: formalitas nihil aliud eſt quàm rei quidditas, ergo quæ diſtinguntur formaliter diſtinguntur realiter, & eſſentialiter,quod eſt ꝓpoſitũ. ¶ Pręterea arguit Herueus brito ordinis Prædicatorum, & dicit has rationes demõſtrare nulla propria paſsio protenditur vltra ſuum proprium,& adequatum ſubiectum, ſed diſtinctio eſt paſsio entis, ergo non protenditur vltra ens,ſed omne ens, vel eſt reale vel rationis, vt patet. 5. meta, igitur omnis diſtinctio,vel eſt realis vel rationis, & ſic nulla erit diſtinctio media inter diſtinctionem realem,& rationis,& ita non erit dare diſtinctionem formalitatum vel per formalitates nec diſtinctionem ex natura rei niſi cõtineantur ſub aliquo iſtorum modorum, & ſic habeo propoſitum quod diſtinctio formalis infert diſtinctionẽ realem. ¶ Præterea quæcũq; diſtinguntur numero diſtingũtur realiter, patet. quia quæ ſunt numeraliter diſtincta non includit cõtradictionẽ unum eſſe ſine alio, & per conſequẽs realiter diſtinguntur: ſed quæ diſtinguntur formaliter diſtinguntur numeraliter probatio. quia quę diſtinguntur formaliter diſtingũtur quidditatiue ut patetper iſtos: & quæ diſtingũtur quidditatiue, diſtinguntur ſpecifice. patet quia quidditas ponit rem in eſſe ſpecifico: ſed quæ diſtinguntur

gun-

guntur ſpecie diſtingũtur numero : ut patet primo tho. & .5. meta. & etiam quia diſtinctio ſpecifica eſt maior quã diſtinctio numeralis, & maior diſtinctio infert minorem ſecundum omnes: ſed quęcunq; nu mero diſtinguntur realiter diſtinguntur: igitur de primo ad ultimum: quæ formaliter diſtinguntur rea liter diſtinguntur: ꝙ eſt propoſitum. ¶ Præterea. ar guit ſic Frãciſcus de marchia ad idem. Illa quæ habent realiter, & eſſentialiter diuerſas formas realiter,& eſſentialiter diſtinguntur. patet clare ex intentione Philoſophi. nono Metaphiſices. Forma diſtinguit, & ſeparat: ſed quæ diſtinguntur formaliter diſtinguntur per formam, vt patet de uirtute uocabuli : ergo quæ diſtinguntur formaliter, realiter diſtinguntur, & eſſentialiter. ¶ Præterea niſi illa, quæ formaliter diſtinguntur diſtinguerentur realiter: tunc formalitas non eſſet: principium ſufficiens diſtinguendi aliqua realiter. patet de ſe: ſed hoc eſt falſum. patet. quia per paternitatem in diuinis quæ eſt quædam formalitas. pater in diuinis diſtinguitur ab eſſentia formaliter & a filio in diuinis realiter. ergo realiter,& eſſentialiter. Et confirmantur omnes iſte rationes ſic. Omnis differentia rationis facit compoſitionem rationis, ergo omnis diſtinctio ſeu differentia ex natura rei facit compoſitionem ex natura rei: ſed in diuinis, vel in ſimpliciter ſimplici nulla eſt compoſitio, ergo ibi nulla eſt diſtinctio ex natura rei, nec per cõſequens formalis. Aliæ multæ rationes formantur ab iſtis

quibus

quibus pro nunc ſuperſedeo:quia iſtis intellectis & ſolutis aliç faciliter intelligentur & ſoluentur.

IN OPPOSITVM Arguitur ex quintuplici auctoritate, & primo ex auctoritate logicali ſic: quia dicit Ariſtot. in prædicamẽtis,capitulo de qualitate quod idem calor numero qui eſt de prima ſpecie qualitatis,ut eſt diſpoſitio,eſt de tertia,ut eſt paſſibilis qualitas: ſed certum eſt quòd idem calor unus numero eſt realiter & eſſentialiter idem. Et tamen facit diuerſas ſpecies, vel ponitur ſub diuerſis ſpeciebus ergo oportet ponere diuerſas formalitates per quas facit diuerſas ſpecies vel per quas reponatur ſub diuerſis ſpeciebus.Et ſic cum identitate rei reali ſtabit: immo neceſſario oportet ponere diuerſas formalitates. ¶ Secundo probatur idem auctoritate naturali. Dicit enim philoſophus tertio phy. ꝙ actio & paſſio cum idem ſignificent realiter in numero habent tamen ꝙ quid erat alterum,& alterum diſtincta: ſed diſtinctio per quod quid erat arguit diſtinctionem formalitatum,ergo cum eadem re eſſentialiter ſtabit diuerſitas formalitatum. ¶ Tertio arguitur auctoritate morali,dicit enim philoſophus in ethicis ꝙ virtus & iuſtitia ſunt eadem res: ſed tamen ſunt diſtincta ſecũdum rationem quidditatiuam: ſed diſtingui per rationem quidditatiuam eſt diſtingui formaliter, ergo cum identitate reali ſtat pluralitas formalitatum iſte tres auctoritates concludunt contra arduerſarium, licet non concludant contra ſcotiſtam vel contra marroniſtam. ¶ Quarto arguitur aucto-

auctoritate metaphyſicali. Dicit enim phyloſophus quarto met. t. cōm. tertij quod ens & unum ſunt vna natura,& hoc idem dicit 4. tho. cap. primo;diſtincta vero ratione quidditatiua,& per conſequens ſunt eadem realiter,& diſtincta formaliter, ergo cū identitate eſſentie,& eſſentie rei,& rei naturæ, & naturæ, ſtabit diſtinctio quidditatiua,& formalis. ¶ Et ſi dicatur: non ſoluendo ſed proteruiendo ſicut conſueuerunt, ꝙ phyloſophus capit ibi ens, & unum vt diſtincta ſecundum rationem ideſt per intellectum. ¶ Cōtra magis diſtinguitur ens ab uno quam ens ab ente: ſed ens ab ente diſtinguitur per intellectum, ergo oportet quòd ſumatur maior diſtinctio ibi,quā diſtinctio ſecundum intellectum, & per conſequēs ſumetur ratio pro ratione quiditatiua,& non pro ratione intellectus: quæ ratio vel diſtinctio quidditatiua eſt maior quam ratio vel diſtinctio intellectus. ¶ Quinto probatur idem auctoritate theologica: q̄a certum eſt quòd eſſentia diuina a ſuppoſito puta a patre & filio nō eſt alia eſſentialiter & realiter,quia ſi hoc, iam eſſet pluralitas rerum in diuinis,quod eſt hæreticum, & tamen conceditur quòd ibi eſt diuerſitas formalis, patet quia pater dicitur ad alterum, ſcilicet ad filium,& filius ad patrem,& tamen eſſentia non dicitur ad aliud,quia ꝙ ad alind dicitur ſecundum beatum Aug. de tri. lib. 7. capitulo primo non eſt eſſentia,& debet intelligi formaliter, ergo cum identitate rei ſtabit diſtinctio formalitatum.

RESPONDEO In iſta queſtione ſic procedam. Primo aliquas diuiſiones pręponam. Secundo numerum cuiuslibet diſtinctionis, & identitatis aperiam. Tertio dabo modum inueſtigandi, & inferendi unam diſtinctionem, & identitatem ex alia. ¶ Quantum ad primum dico quòd ens diuiditur in ens reale, & in ens rationis, & iſta eſt diuiſio æquiuoci analogi in ſua analogata æquiuocata. ¶ Ens reale eſt quod habet eſſe ſecluſa quacũq; operatione intellectus ſiue quocunque actu collatiuo cuiuſcunq; potentiæ ſiue intellectus ſiue volũtatis ſiue cuiuſcunq; alterius potētię, & ſic ens reale prædicatur quidditatiue de deo, & de decē prædicamētis. Ens vero rationis capitur tribus modis ſecundũ Sco. prima diſt. 4. ſententiarũ. q. ij. ¶ Primo modo pro illo quod habet eſſe in anima ſubiectiue, vt ſpecies actus & habitus. ¶ Secũdo modo obiectiue ſicut vniuerſalia ſunt in anima per ſpecies a rebus cātas, vel a deo impreſſas. ¶ Tertio mō ꝑ cōparatione paſsiua, qua per intellectũ unum obiectum cognitum ad aliud obiectum cognitum comparatur. Ens rationis duobus primis modis non diſtinguitur contra ens reale accipiendo ens reale ſicut capiebatur in præcedenti diuiſione: ſed ens rationis tertio modo captum nullo modo continetur nec continet ſub ſe ens reale tanquam ſuperius ſuum inferius. ¶ Vltra dico quòd ens reale prima ſui diuiſione diuiditur per ens quantum, & non quantum ſecundum Sco. 5. q. quolibet. Ens quantum per finitum

nitum & infinitum:abſolutum & reſpectiuũ. Omne enim ens dicitur formaliter abſolutum quod non eſt formaliter ad aliud ſicut eſt deus,& omnia attributa in diuinis & tria genera generaliſsima tantum .ſ.ſub ſtantia quantitas, & qualitas. Ens uero reſpectiuũ dicitur illud quod formaliter eſt ad aliud ſicut ſunt in diuinis proprietates notionales,& relationes comunes, & iſta ſeptem prædicamenta ſcilicet ad aliquid actio. paſſio. quando, ubi, ſitus, & habitus. Et iſtarum relationum quædam dicuntur intrinſecus aduenientes ſicut ſunt omnes relationes de prædicamento ad aliquid;aliꝫ uero ſunt relationes extrinſecus aduenietes,vt ſunt illæ relationes de ſex vltimis prædicamentis. Dicitur autem relatio intrinſecus adueniens quæ neceſſario ponitur poſitis fundamento & termino, ſicut eſt paternitas filiatio ſimilitudo implicat enim contradictionẽ ponere duo alba quin ſit ſimilitudo,etiam per diuinam potentiam ſecundũ Sco. 2.& 3. ſententiarum:& in multis alijs locis. Sed relatio extrinſecus adueniens eſt quæ non neceſſario ſequitur extrema poſita in actu, ita ꝙ per aliquam potentia fundamentum, & terminus poſſunt poni: & tamen non erit relatio, vt patet de relatione agentis ad paſſum poſſibile eſt enim ponere ignẽ & ſtuppam,& tamen non erit combuſtio. ¶ Et ſi dicatur ꝙ ignis non eſt proximum fundamentum cõbuſtionis: ſed approximatio agentis ad paſſum,licet hoc ſit falſum: quia illa approximatio non denominatur agens vel patiens: tamen adhuc poſſunt eſſe

combuſtiuum,& combuſtibile approximata vt patu it de tribus pueris in camino ignis ardentis. Daniel. 3. & non erit combuſtio, & ſic patet ꝙ tales relatio nes ſunt extrinſecus aduenientes. ¶Dico ultra ꝙ ens diuiditur in ſubſtantiam & accidēs,& loquor de ente finito & creato, Iuxta quod nota ꝙ ſubſtantia ca pitur tribus modis. Vno modo ſubſtantia dicitur quod eſt a ſe ad ſe & per ſe vt eſt Deus,& ſic non ca pitur hic ſubſtantia: quia clarum eſt ꝙ Deus non eſt ens creatum nec finitum. Alio modo dicitur ſubſtā tia quæ eſt per ſe & ad ſe, ſed non a ſe vt eſt ſubſtan tia perfecta prædicamenti ſubſtantiæ incipiendo a genere generaliſsimo vſq; ad indiuidua incluſiue. Tertio modo dicitur ſubſtantia quæ nec eſt per ſe nec a ſe ſed in alio; quia eſt pars ſubſtantiæ perfectæ & complete ſicut ſunt formæ ſubſtantiales. Et dico ꝙ ſunt in alio ſicut pars eſſentialis,vel integralis ſub ſtantiæ eſt in ſubſtantia. ¶ Secundo nota ꝙ circa ulti mam diuiſionem nuper dictam, ly accidens, poteſt capi dupliciter. Vnomodo pro omni illo quod cō uenit alicui,& non eſt de diffinitione quidditatiua eius: & ſic propria paſſio eſt accidens ſuo ſubiecto, & omne accidens commune eſt accidens ſuo ſubiecto: & omne inferius ſuo ſuperiori. Et ita forte poſ ſet concedi ꝙ proprie paſsiones entis accidunt enti & cuilibet inferiori ad ens capiendo iſto modo acci dens. Secūdo modo accipitur accidēs pro illo quod accidentaliter perficit illud quod exiſtit in ſe perfe ctum nec neceſſario conſequitur ipſum ſed ineſt ei

contin

contingenter, & ſic ſumitur quando dicitur ꝙ accidens eſt quod adeſt & abeſt &c. ¶ Conſequenter dico ꝙ res aliquando venit de ratus ta. tum. quod eſt firmus a. um. & iſta eſt ſemper cũ exiſtentia actuali. Alio modo dicitur res a reor ris. &c. quod eſt opinor ris. Et ſic omne quod eſt tam in eſſe obiectiuo: ſicut omnes res mundi ab eterno fuerunt: quam in eſſe imaginabili, poteſt dici res. Et iſto ſecundo modo accipiendo rem poteſt dici ꝙ omnia creata, & omnia creabilia ante mundi conſtitutionem eſſent res: & quòd Sor. & Plato diſtinguebantur realiter, & ſic de alijs. Prædictam diuiſionem ponit Sco. 35. di. primi ſen. ¶ Conſequenter dico ꝙ ens diuiditur in ens ſimpliciter, & in ens ſecundum quid ſiue in ens in potentia ſubiectiua & in ens in potẽtia obiectiua, & iſta diuiſio eſt eadem cum præcedente, dempto eo quod addebatur in ſecundo membro: quã in eſſe imaginabili, & non capio hic ens ſecundum quid vt ſub ſe continet entia rationis ſiue relationes rationis & ficticia, ſed ut continet ſub ſe præciſe illud cui non repugnat verum eſſe exiſtentiæ. Et ſic dico ꝙ ens vt eſt ſubiectum metaphiſicæ, & adequantũ obiectum intellectus noſtri dicitur vniuoce de ente ſimpliciter, & de ente ſecundum quid, ſaltem ad illa eſt vniuocum prædicatum. Pro quo eſt notandum ꝙ ſecundum Sco. di. 7. primi ſen. q. 3. & diſt. 3. eiuſdem q. 3. Diferentia eſt inter eſſe vniuocum prædicatum & vniuoce prædicari. Vniuocum enim prædicatum eſt uniuerſaliter quãdo cõceptus illus quod

prædicatur eſt in ſe unus ex natura rei, ſi ſit res primæ intentionis. Et hoc modo album dictum de ligno & lapide eſt prædicatum vniuocum: & vniuerſaliter omnis prædicatio accidētis de ſubiecto. Et per oppoſitum illud dicitur æquiuocum quod prædicatur non ſecundum vnitatem conceptus. Et ſic inter vniuocum,& æquiuocum non eſt medium,patet clare ex rationibus ipſorum. Vniuoca enim dicuntur quorum nomen eſt cōmune & ratio ſubſtātiæ eſt eadem. Equiuoca vero quorum nomen eſt comune & ratio ſubſtantiæ non eſt eadem.modo habere eādem rationem,& non habere eandem rationem cum ſint contradictoria, nullo modo poſſunt compati medium. ¶ Ex quo infero quod omne analogum vel eſt æquiuocum vel vniuocum. Vniuoce vero prædicari, eſt quando ratio ſeu diffinitio prædicati includitur in ratione ſeu diffinitione ſubiecti: & hoc quidditatiue: ſic ꝙ non prędicatur vt album de lapide: nec vniuerſaliter vt quodcunq; accidens de ſubiecto: ſiue proprium: ſiue comune, nec ut inferius de ſuperiori: nec vt genus de differentia: nec ut differentia de genere, nec ut modus intrinſecus de eo cuius eſt modus intrinſecus, ſed vt ſolus conceptus quidditatiuus & qualitatiuus pertinentes ad primum modum dicendi per ſe prædicantur. ¶ Vlterius eſt aduertendum ꝙ duplex eſt vniuocatio vt ad præſens ſpectat,ſcilicet vniuocatio tranſcendens, & vniuocatio limitata. Vniuocatio limitata eſt reſpectu alicuius prædicati potentis prædicari de multis

ſecundum habitudinem alicuius vniuerſalium a Por phyrio aſſignatorum & iſto modo ens non prędicatur vniuoce de entibus ſicut dicit Porphyrius. Si q̃s enim omnia entia vocet æquiuoce inquit nuncupabit,& non uniuoce. ¶ Vniuocatio tranſcendens eſt vnitas alicuius conceptus ex natura rei potentis de multis generibus generaliſſimis prædicari, vel de vno generaliſſimo,& de aliquo quod non eſt in prædicamento. Exemplum primi ut ens, bonum: uerum: relatio: abſolutum &c. dicuntur vniuoca uniuocatione tranſcendenti. Exemplum ſecundi: ut iuſtitia, ſapientia: dicuntur uniuoca uniuocatione tranſcendenti, nec requiritur ad hoc ꝙ aliquod prædicatum ſit tranſcendens ꝙ prædicetur de omnibus prædicamentis, ſed ſufficit ꝙ prædicetur de aliquo prædicamento,vel de aliquo reponibili, & ꝙ non ſit per ſe in genere,ſicut eſt ſapientia, iuſtitia, & ſic de alijs. ſic Sco. 8. di. pri. ſen. q. 3. ¶ Aduertendum vlterius ꝙ ens capitur dupliciter, uno modo tranſcẽdenter: alio modo tranſcendentiſſime. Ens tranſcendentiſſime captum eſt æquiuocum quacumq; æquiuocatione: quia vt ſic capitur ens,eſt cõmune ad ens reale,& ens rationis,& clarum eſt quòd ut ſic non dicit aliquem conceptum unum: quia uel ille conceptus eſſet ſecluſo opere intellectus uel non,ſi ſic:ergo aliquid quod eſſet præter opus intellectus includeretur quidditatiue in illo quod non eſſet præter opus intellectus: cuiuſmodi eſt ens rationis. Si non eſſet præter opus intellectus: ſed per opus intellectus, er

go aliquid quod eſt per opus intellectus includeretur quidditatiue in illo quod eſſet præter opus intellectus, quod vr̃ falſum, & ſic relinquitur quod ens ut ſic captum, non eſt uniuocum. ¶ Prædicta ratio facit mihi fidem & credo illam eſſe inſolubilem, licet Frã. de mayrõis nitatur eam ſoluere, ſed iudicio meo non ſoluit. ¶ Ens uero tranſcendenter captum eſt ens cõmune ad deum & creaturam, quod aſſignatur primum obiectum noſtri intellectus ex natura potentiæ, & primum obiectum uoluntatis, & primũ ſubiectum metaphyſicæ, & ut ſic eſt uniuocum ad omne illud quod eſt ſecluſo opere intellectus collatiuo, & ſic eſt uniuocum ad differentias ultimas, & ad proprias paſſiones & breuiter ad omnia poſitiua: vt dictum eſt. ¶ Verum eſt tamen quod non prædicatur uniuoce de ultimis differentijs & proprijs paſſionibus ſuis, ſed tantum de deo & decem prædicamentis. Et de materia & de forma ſecundum Sco. in tertia di. primi ſententiarum q. 3. Et poſſet addi etiam quòd prædicatur uniuoce de illis quæ directe mediant inter ipſum & decem prædicamenta: cuiuſmodi ſunt abſolutum & relatio. Et ſecundum has diuiſiones tu potes ſaluare omnes auctoritates militãtes contra uniuocationem entis. ¶ Notandum ulterius ꝙ ens diuiditur in ens ſimplex & compoſitum. Simplex autem dicitur multis modis. Primo modo dicitur ſimplex quod non eſt compoſitum nec componibile, & iſto modo ſolus deus dicitur ſimplex quia eſt ſumme ſimplex Summe enim ſimplex dicitur

tur quod non eſt compoſitum nec componibile. Et iſto modo omne aliud a deo diceretur compoſitum ut compoſitũ opponitur ſimplicitati iſto modo sũp te. Secundo modo dicitur ſimplex quod non habet conceptum quidditatiuum & qualitatiuum, & iſto modo dicitur ſimplex quod habet conceptum ſimpliciter ſimplicem: ſicut ſunt ens & paſſiones entis, modi intrinſeci & omnes differentie ultime, quia habẽt conceptum ſimpliciter ſimplicem. ¶ Conceptus autem ſimpliciter ſimplex eſt ille qui non eſt reſolubilis in alios conceptus ſimplices quorũ quilibet poſſet actu ſimplici diſtincte cognoſci, qui ſecundum Sco. uel totaliter ſcitur, uel totaliter ignoratur, quia non habet aliquid ſecundum quod poſſet concipi & aliquid ſecundum quod poſſit ignorari. Et iſti ſimplicitati opponitur conſtitutio rei ex conceptu determinabili & determinatiuo, & loquor ſemper de conceptu obiectiuo & non qualitatiuo: quorum differentia alias patebit. Tertio modo aliquid dicitur ſimplex, quia non eſt compoſitum ex re & re, cuiuſmodi ſunt omnia accidentia, materia prima, forma ſubſtantialis, angelus, & anima, licet aliqui dicant angelum & animam habere materiam & formam, quod non credo uerum loquendo de materia & forma phyſicali, ſed bene componuntur ex genere, & differẽtia ſiue ex realitate potẽtiali & realitate actuali, quæ compoſitio non debet dici proprie compoſitio rei & rei, ſed magis realitatis & realitatis ſecundum Sco. in tertia, & in octaua diſt. pri. ſen. Et

iſti ſimplicitati opponitur cōpoſitio materie & forme. Quarto modo aliquid dicitur ſimplex, quia nō eſt mixtum, & ſic cœlum: ſecundum ueritatem, & quatuor elementa, licet ſint compoſita ex materia & forma, ſunt tamen ſimplicia ideſt non mixta, et iſti ſimplicitati opponitur mixtum. Ex prædictis patet ꝙ ex quatuor modis iam dictis poteſt aliquid dici compoſitum uel conſtitutum, ut patet conſideráti. ¶ Aduerte tamen quod duplex eſt compoſitio .ſ. cum his & ex his unde ſola conſtituta dicuntur com poſita compoſitione ex his, licet conſtituentia poſſint dici compoſita compoſitione cum his, ſicut ma teria & forma, ſubiectum & accidens, & accipio cō ſtitutionem limitatam, & ſic dico ꝙ omne ens mundi creatum eſt compoſitum ex re & re uel compoſitione ex his, uel cōpoſitione cum his extendendo ēt cōpoſitionē ad cōpoſitionē eſſentialem quæ eſt materiæ cū forma & ad cōpoſitionē accidentalem quæ eſt accidentis cum ſubiecto, unde licet angelus, acci dentia: materia prima, et forma ſubſtantialis non ſint compoſita compoſitione ex his poſſunt tamen dici compoſita compoſitione cum his. Remanet ergo ſolus deus non compoſitus nec componibilis aliqua compoſitione. ¶ Rurſus ens diuiditur in ens neceſſarium & in ens contingens. Vude illud dicitur neceſſarium quod non poteſt non eſſe. Contingens uero quod poteſt eſſe & non eſſe. Inuenio tamen duplex neceſſarium & duplex contingens ſcilicet complexum & incomplexum. Neceſſarium complexum

eſt

eſt quod non poteſt non eſſe uerum ſicut ſunt propoſitiones primi modi & ſecundi, & ſic de alijs.Cõtingens uero cõplexũ eſt ꝙ põt eẽ quãdoq; verũ, & quãdoq; falsũ ſicut sũt propoſitiones de materia cõtingẽti.Neceſſariũ autem incomplexũ eſt quod non poteſt non eſſe, & hoc dupliciter uel quantum ad eſſe ſimpliciter, & ſic ſolus deus dicitur neceſſarium, quia eſt a ſe, & per oppoſitum illud dicitur contingens ſimpliciter loquendo, quod eſt ab alio & poteſt eſſe,& non eſſe. Neceſſarium vero ſecundum quid eſt illud quod non poteſt non eſſe quantum ad eſſe ſecundum quid, ſicut ſunt omnes res mundi quę ſunt poſſibiles habuerunt enim ab eterno eſſe cognitum, & in aliquo priori naturæ ante determinationem diuine uoluntatis:& per conſequens neceſſario ſunt in tali eſſe, quia quod præcedit determinationem diuine uoluntatis eſt neceſſarium, nec aliquid dicitur cõtingens ut opponitur iſti neceſſitati.¶Ens ulterius diuiditur in ens independens, & in ens dependens.Ens independens eſt deus, q̃a nullo eſt,nec ĩ genere cauſe efficiẽtis nec materialis nec formalis, nec finalis,ut ingenioſe multũ deducit Sco. 2. di. primi ſen. & 3 .eiuſdem. Ens uero dependens eſt ꝙ ab alio eſt in aliquo genere cauſe. Cũ igitur omnia alia a deo ſint ĩ genere cauſe efficientis: ſequitur ꝙ depẽdẽt.¶Sed dices ſi omnĩa dependent ut tu dicis: cũ dependentia ſit relatio: ſequeretur quod ſaltem omnia alia a deo eſſent ad aliquid quòd uidetur inconueniens & contra philoſophum quarto meta. ¶ Reſpon

detur

detur quod argumentum cōcludit quod omnia alia a deo ſunt ad aliquid denominatiue quia in omni ente fundatur reſpectus effectiuitatis ſeu dependentie: & illud cōcedo. Nec hoc negaret phyloſophus: ſed non probat quod omnia ſunt ad aliquid formaliter & quidditatiue, ſic uoluit negare phyloſophus omnia eſſe ad aliquid. ¶ Sed tu dices: iſte reſpectus fundatus in creatura ad deum terminatus uel eſt res diſtincta a creatura, uel nō ſi nō ergo omnia ſunt ad aliquid eſſentialiter & quiditatiue vt videtur, ſi ſic ergo creatura: puta homo vel angelus poterit eſſe ſine tali reſpectu & ſic non dependebit ad deum probatur ſecunda conſequentia, quia licet poſterius diſtinctum realiter aliquando non poſſit eſſe ſine ſuo priori, tamen vniuerſaliter prius ſic diſtinctum poteſt eſſe ſine ſuo poſteriori; tertia conſequentia probatur quia effectus formalis non poteſt eſſe ſine ſua cauſa formali etiam per diuinam potentiam, quia cauſalitas cauſe materialis & formalis dicunt imperfectionem, & ſic ſeparata tali dependentia creatura non eſſet dependens. ¶ Dico breuitér conformiter ad Sco. prima di. ſecundi ſententiarū. Quod talis dependentia eſt eadem realiter cum creatura, & uniuerſaliter omnis relatio ſine qua uel ſine cuius termino fundamentum non poteſt eſſe: talis relatio identificatur realiter cum ſuo fundamento. Clarum eſt ꝙ creatura non poteſt eſſe niſi dependeat & niſi deus ſit, ergo creatura eſt realiter ſua dependentia. Et ſimiliter dico de dependentia totius compoſiti eſſentialis ad

ſuas

ſuas partes & de dependentia qua relatio dependet a fundamento. ¶ Ex hoc infero quod capiendo hoc modo dependentiam nulla creatura abſoluta depen det ab alia, cum etiam in genere cauſe efficiétis crea turam abſolutam poſſit deus ſeipſo creare & conſer uare. ¶ Deinde notandum quod ſecundum Bonetum in prædicamentis, ens diuiditur in unum & multa, & etiam ſecundum phyloſophum, unũ (ut in prædicto loco dicit Bonetus) dicitur quinq; modis. ¶ Primo modo dicitur unum unitate tranſcendenti, & ſic omnia de quibus ens tranſcendenter dicitur uniuoce ſunt unum iſta unitate. ¶ Secundo modo dicitur unum unitate generica generaliſſima, & ſic omnia unius prædicamenti ſunt unum iſta unitate. ¶ Tertio mõ dicitᶜ unũ unitate ſpeciei ſubalterne, & ſic omnia dicuntur unum iſta unitate quæ ſub eadẽ ſpecie ſubalterna cõtinentᶜ. ¶ Quarto mõ dicitur unũ unitate ſpeciei ſpecialiſſime, & ſic omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime ſunt unum iſta unitate. ¶ Quinto modo dicitur unum unitate numerali, un de quanto unitas eſt ſuperior, tanto eſt minor ſecun dum doctrinam. Sco. in multis, locis unde maior unitas per bonam conſequentiã infert minorem, ſed non minor maiorem, licet ſtet cum ea, multa uero capitur tot modis quot unum, ut clare patet practicanti, quia tot modis dicitur unum oppoſitorum quot modis dicitur & reliquum, & hæc de primo articulo.

QVANTVM ad ſecundum articulum ſunt ſeptem partiales articuli declarandi. ¶ In primo uidebitur quid eſt identitas rationis & eius diſtinctio. ¶ In ſecundo quid eſt identitas ex natura rei & eius diſtinctio. ¶ In tertio quid eſt identitas formalis & eius diſtinctio. ¶ In quarto quid eſt identitas realis, & eius diſtinctio. ¶ In quinto quid eſt identitas eſſentialis & eius diſtinctio. ¶ In ſeſto quid eſt identitas ſubiectiua, & eius diſtinctio. ¶ In ſeptimo quid eſt identitas obiectiua & eius diſtinctio.

IVXTA Primum articulum ſunt aliqua notanda. ¶ Primo notandum eſt quòd intellectus eſt duplex .ſ. agens cuius eſt omnia facere, & intellectus paſſiuus ſeu poſſibilis cuius eſt omnia fieri, ut ait Ariſto. 3. de anima Tex. cõm. 18. & dico quòd iſti duo intellectus ſunt due formalitates in anima quæ ex natura rei diſtinguntur, licet cũ aĩa ſint idẽ realiter. Notandũ ſecundo ꝙ duplex eſt actus ĩtellectus.ſ. rectus & collatiuus, actus rectus appellatur quo ĩtellectus fertur ſuper aliquã rem abſolute, ut quãdo intellectus intelligit roſam. Actus uero collatiuus appellatur quo intellectus rem intellectã comparat ad ſeipſam vel ad aliam. Notãdum tertio quod ratio capitur multis modis. Primo modo pro diſtinctione ſicut in diffinitione uniuocorum & æquiuocorum capitur. Et dicitur diffinitio ratio: q̃a eſt indicatiua obiecti intellectus vel rationis. Secundo mõ ꝑ ipſa ui uel potẽtia ratiocinatiua: ſiue ſit intellectus, ſiue uo

luntas,

luntas,quæ amat creaturã ꝑpter deũ, ſiue ſit uirtus imaginatiua:quę diſcurrit circa particularia.Tertio mõ capitur ꝑ diſcurſu rationis a præmiſsis ad cõclu ſionẽ:qui dicitur actus collatiuus.Quarto modo for ma dicitur ratio : quia eſt ratio cognoſcendi compo ſitum]& materiam,cognoſcitur namque materia per analogiam ad formam primo phyſic. De multiplici acceptione huius nominis forma videbitur in ſequẽ tibus. ¶ Iſtis præſuppoſitis pono duas concluſiones. Prima eſt quòd illa ſunt idem uel eadem ratione quæ habent eundem conceptum omnino indiſtinctum a parte rei, & etiam indiſtinctum ex parte intellectus, ut homo eſt idem ſibi ipſi, & omnia entia tertij modi perſeitatis : & ſic de alijs. Secunda concluſio, illa diſtinguuntur ratione quæ diſtinguuntur per actum collatiuum intellectus præciſe. Ex quo ſequitur primo quod in omni propoſitione mundi in qua etiam prædicatur idem de ſe ipſo, ſubiectum & prædicatum diſtinguuntur ratione: quia ſicut contradictio fundata in entibus ex natura rei cõ cludit diſtinctionẽ ex natura rei, ita cõtradictio fun data in entibus rationis concludit diſtinctionem rationis. ¶ Secundo ſequitur quòd inter entia realia & rationis ut inter animal & genus, ſimiliter inter entia rationis inter ſe ut inter genus & ſpeciem eſt diſtinctio rationis : quia non fit niſi ex ſola collatione intellectus:& accipio diſtinctionem rationis quę eſt a potentia ratiocinante & non pro diſtinctione rationis quæ eſt a natura rationabili. ¶ Ex hoc pa-

tet quòd diſtinctio rationis ē reſpectus rationis per actum collatiuum a potentia ratiocinante cauſatus. ¶ Similiter patet quod illi qui reſpondent ad iſtud argumentū eſſentia diuina eſt communicabilis, paternitas eſt incommunicabilis, ergo eſſentia diuina & paternitas diſtinguntur aliter quam ratione, reſpondetur namque quod argumentū cōcludit quod diſtinguntur pluſquam ratione ratiocinante, ſed nō plus quam ratione ratiocinabili: patet inquā quòd non eſt diſputatio niſi ad uocem: quia nec intelligūt vim uocabuli diſtinctionis ex natura rei: quia quod illi uocant diſtinctionem rationis rei ratiocinabilis formalizantes uocant diſtinctionem ex natura rei, & ſic capio in concluſione mea diſtinctionem rationis quæ eſt præciſe & ſolum a potentia ratiocināte. ¶ Sed quod iſta diſtinctio rationis ſit ficticia probatur ab aduerſarijs noſtris dupliciter, primo ſic. Omnis diſtinctio non uana ſortitur robur & eſſe ex aliqua re, ergo iſta diſtinctio rationis uel ſortitur robur a re: & ſic eſt realis: & non rationis tantum, ut uſus es iſto uocabulo rationis: uel ſi non ſortitur robur a re, ergo eſt ficticia. ¶ Secundo arguitur ad idem ſic, & eſt quaſi confirmatio argumenti: quia intellectus intelligens rem aliter quam ſit eſt falſus; quia ſi intelligat rem diſtinctam vel rem eſſe diſtinctam & non ſit diſtinctio aparte rei intellectus falſæ intelligit, igitur &c. ¶ Reſpondeo ad iſta quod diſtinctio rationis ſortitur robur a re ideſt a non repugnantia rei ad ſic uel ſic concipi. Ex hoc ſequitur

tur

tur talis diſtinctio non eſt pura fictio.¶ Ad ſecundũ quòd eſt confirmatio, dico quod intelligere rem aliter quam ſit capitur dupliciter. ¶ Vno modo intelligendo ipſam non eo modo quo eſt nõ tamen quod intelligatur ſub modo ſibi repugnante: ut intelligẽdo lineam quæ unitur materię ſenſibili non intelligendo hmõi materiam: non repugnat linee. ¶Alio modo intelligendo rem modo repugnanti ſue naturæ: ut intelligendo deum eſſe corporeum. Dico ergo quòd ille qui ĩtelligit rem aliter quam eſt ſecũdo modo fallitur: non autem primò modo: ſic in propoſito quando intelliguntur diſtincta ſecundum rationem abſque habitudine ad aliqua ſecundum rẽ diſtincta non erit talis aliẽtas. ¶ Forte dicet aliquis negando iſtam diſtinctionem eſſe aliam a diſtinctione ex natura rei: quia illa quæ diſtinguntur ratione diſtinguntur ex natura rei. ¶ Cõtra hoc arguitur ſic: ſi hoc eſſet uerum ſequeretur tunc quod illa quæ eſſent eadem ex natura rei eſſent diſtincta ex natura rei patet: quia formo iſtam propoſitionem: eadem ex natura rei ſunt eadem ex natura rei, ibi eſt diſtinctio rationis, ut prius dictum eſt quia idem poſitũ in ſubiecto diſtinguitur a ſe ipſo poſito in prędicato ratione. Sed ſequitur per te quod iſta diſtinguntur ex natura rei, ergo illa quæ ſunt eadem ex natura rei ſunt diſtincta ex natura rei: quod claudit contradictionem, & hæc de primo partiali articulo huius ſecundi articuli principalis.

QVANTVM ad ſecundum articulum qui eſt de identitate ex natura rei: & eius diſtinſtione ſunt aliqua notãda. ¶ Primo eſt notandum quod res & ens quantum ad præſens ſpectat conſideratᶠ dupliciter primo modo pro omni poſitiuo quod ex natura rei eſt extra nihil; & iſto modo modi intrinſeci, & differentiæ ultime dicuntur ens uel res. Alio modo magis ſtricte pro illo quod eſt præciſe ens uel res quidditatiue, & ſic ens uel res dicitur preciſe de deo & creatura de abſoluto & reſpectiuo: & de illis quæ ſunt in recta linea prædicamentali, & de materia & forma, ut dictum eſt ſuperius ex intentione Scot. & iſto modo nec paſsiones entis nec modi intrinſeci, nec differētiæ vltime dicuntur res uel ens: ſed ſolum dicuntur aliquid rei & non res: ſecundo modo capiendo rem. Pro iſtis aſſignatur una regula generalis .ſ. quandocunq; aliqua ita ſe habent quòd unum eſt ens vel res proprie accipiendo rem, & aliud eſt aliquid rei eius præciſe, non ſunt omnibus modis idem. Iſta regula patet per iſtud principium comune: quando aliqua ſic ſe habent quod eliquid cõpetit uni ex natura rei quod non competit alteri: talia diſtinguntur, & ſi non realiter ſaltem aliqua alia diſtinctione, & ſic nõ ſunt omnibus modis idem. ¶ Secundo notandum quòd in diuinis quadrupla eſt differentia non identitatis. ¶ Prima eſt inter quidditatem ſeu eſſentiam & modum intrinſecum, & etiam inter ipſos modos intrinſecos. ¶ Secunda eſt inter attributa .ſ. inter

ſcientiam & ſapientiam, ſimiliter inter intellectum & uoluntatem, ſi phas eſt attributa nominari quia 26. di. primi ſen. Dicit doctor quod intellectus & uoluntas non ſunt proprie atrributa ſicut bonitas & iuſtitia. Similiter inter uolitionem & intellectionē. ¶ Tertia eſt inter notiones ideſt inter ſpirare & dicere, quia dicere eſt reſpectus patris ad filium, & ſpirare patris & filij ad ſpiritum ſanctum. ¶ Quarto eſt inter eſſentiam & relationes, & etiam inter eſſentiā & attributa. Et poſſet addi quinta quæ eſt inter conſtituta & conſtituentia. ¶ Tertio notādum eſt quòd accipiendo iſta proprie .ſ.ſubſtantiā naturam, eſſentiā quidditatem ſeu formalitatem, habent ordinem inter ſe: nā oīs eſſentia eſt quidditas ſeu formalitas, ſed nō econtra, ut patet in diuinis, & oīs natura eſt eſſentia, & non ecōuerſo quia multe ſpecies quæ ſunt eſſentie cum diffiniantur: & tñ non ſunt nature cū nō ſint principium ꝓductiuum alicuius forme abſolute, ut ſunt reſpectus, & oīs ſubſtātia eſt natura ſed non conuerſo, quia qualitas eſt natura, & tñ nō eſt ſubſtātia proprie accipiendo ſubſtantiam. Circa quòd eſt notandum ꝙ quiditas ſumpta cum mō dr̄ proprie eſſentia, denudata a modo dicitut quidditas. ¶ Quarto eſt notandum quòd formalitas capitur tribus modis, primo mō large: & tunc ſic diffinitur. Formalitas eſt aliquid repertum in re, ex natura rei, quod non oportet ſemper intellectum mouere, dummodo poſſit intellectum terminare, dr̄ reꝑtum in re, ꝓꝑ relationes rationis dicitur quòd non ſemper oportet mouere intellectum dū modo poſſit terminare, ꝓpter relationes reales, quæ

dicuntur formalitates, tamen intellectum mouere nõ poſſunt, cum idem ſit mouere intellectum & cāre partialiter intellectionem per ſpēm ſui, mõ dictū eſt nūc ꝙ relationes non ſunt ꝓductiuæ alicuius forme abſolute quare &c. Et iſto modo capiendo formalitatem oē illud quod eſt extra nihil dicitur formalitas, cuiuſmodi ſunt modi intrinſeci, differentie ultime, & ſic de alijs & ſic formalitas eſt cōis ad realitatē & quidditatem. Secundo modo capitur formalitas ꝓprie, et ſic formalitas dicitur de omni eo quod eſt ens quidditatiue, & de omni eo quod eſt aliquid præter quam de modis intrinſecis, & iſto modo formalitas conuertitur cum realitate obiectiua, nec cōior eſt ea ſed realitas obiactiua & formalitas iſto modo ſunt cōiores quidditate, & ſic accipiemus formalitatem cum loquimur de diſtinctione formali. Tertio mō capitur formalitas ſtrictiſſime pro illo quod prædicatur quidditatiue de aliquo uel de quo aliquid quidditatiue prædicatur, & iſto modo formalitas eſt minus comunis quam realitas, ſed conuertitur cum quidditate. Et licet differentie indiuiduales dicantur formalitates capiendo formalitatem duobus primis modis: non tamē ſunt formalitates capiendo tertio modo, & iſta diuiſio eſt neceſſaria cuilibet formalizanti. ¶ Et quia ibi tactum eſt de quidditate iccirco notandum ꝙ quidditatiuum dicitur ſex modis. ¶ Primo modo eſſentiatiue, & ſic illud dicitur quidditatiuum quod dicit totā eſſentiam alicuius, & ſic ſpēs ſpecialiſſima dicitur eſſe quidditatiuum, cum ſecundum. Prophyrium dicat totam eſſentiam indiuiduorum. Nolo tamen dicere ꝙ

indiuiduum

indiuiduum includat intrinſece differentiã indiuidua lem vltra naturam ſpecificam, ſed uolo ſic intelligere ꝙ ſpẽs dicit totam eſſentiam indiuiduorum, ita quod ĩdiuidua nullũ prædicatũ q̃dditatiuũ addũt vltra prædicata cõuenientia naturę ſpecifice q̃dditatiue & eſſẽtialiter in ea incluſa. ¶ Secundo modo aliquid dicitur quidditatiuũ cõſtitutiue, & ſic illud dicitur quidditatiuũ ꝙ intrinſece conſtituit᷑ aliq̃ rem ut materia & forma phyſicaliter; genus, & dr̃ia metaphyſicaliter loquẽdo. ¶ Tertio mõ dicitur aliquid quidditatiuũ ſpecificatiue, & ſic illud dicitur quidditatiuũ quod vltimo ponit rem in eſſe ſpecifico, ſicut eſt differentia ſpecifica. ¶ Quarto modo dicitur quidditatiuum repreſentatiue, & ſic illud quod eſt repreſentatiuum alicuius eſſentie: ſiue ſit actus intelligendi ſiue ſpecies ĩtelligibilis dicitur q̃dditatiuũ iſto mõ. ¶ Quĩto mõ dr̃ quidditatiuũ indicatiue, & ſic illud dicitur quidditatiuum ꝙ eſſentiã indicat vt diffinitio. ¶ Sexto modo dicitur quidditatiuũ prædicatiue, & appropriate, & ſic illud præciſe quod prædicatur in quid dicitur quidditatiuum. Et poſſet addi ſeptimus modus, licet improprius, ꝙ aliquid dicitur quidditatiuum cõſecutiue, & iſto mõ proprie paſſiones conſequentes eſſentiã poſſent dici quidditatiue. ¶ His notatis pono duas concluſiones. ¶ Prima eſt iſta illa ſunt idem ex natura rei de q̃bus duo prædicata oppoſita ſecluſo opere intellectus collatiuo uerificari non poſſunt: ut homo eſt homo, ſor. eſt ſor. ¶ Secunda concluſio, illa diſtinguntur ex natura rei ſiue modaliter de quibus, ſeu inter quorum extrema duo contradictoria ſecluſo opere intellectus

verificari poſſũt, ſic ſe habent diffinitio & diffinitũ: quia ſecluſo opere intellectus diffinitio eſt ſaltem con ſtitutiua, diffinitum uero non, totum etiã & partes lo quendo de toto metaphyſico & non de toto phyſico, quia certum eſt ꝙ ſecundũ uiam doctoris totũ phyſi- cum & ſue partes diſtĩguntur realiter & pluſquam ex natura rei. Totum ãt metaphyſicum quod nõ compo nitur ex re, & re ſed ex realitate & realitate diſtinguiť ex natura rei præciſe a ſuis partibus ſic quod non rea liter. Totum enim ſecluſo opere intellectus dicitur conſtitutum, partes non. Conſtitutum aũt & non con ſtitutum contradicunt. ¶Similiter ſuperius præter o- pus intellectus eſt multiplicabile in plura, inferius ue ro non, multiplicabile & non multiplicabile contra- dicunt: Sic ẽt in diuinis diſtingũtur eſſentia dĩna & re latio puta paternitas, quod probat Sco. ſecunda d. pri. ſnĩarum, qa eſſentia dĩna ẽ cõicabilis tribus perſonis, paternitas non, pater cõicat eſſentiã filio per genera- tionem, & tamen non cõicat ſibi paternitatem, ergo oportet ꝙ ſit aliqua diſtinctio ante oẽm actum intelle ctus collatiuum inter eſſentiam diuinam & paternita tem. ¶Similiter ergueretur ꝙ pater & filius cõicant eſ ſentiam ſpũi ſcõ, & tamen non cõicant ſibi ſuas notio nes .ſ. paternitatem, & filiationem. ¶ Nolo tamen di- cere ꝙ eſſentia diuina non diſtinguitur pluſquã ex na tura rei a relationibus in diuinis, quia ẽt diſtinguntur formaliter ut dicetur poſtea. Hac etiam diſtinctione diſtinguitur modus intrinſecus ab eo cuius eſt modus ſicut finitas ab humanitate, infinitas a diuinitate.

EST AVTEM modus intrinſecus ſecundum Sco.

Sco. 8. di. pri. q. 4. qui additus alteri non uariat rationem formalem conſtituti per ipſum nec eſt remotus ab illo .i. quæ de ſe nullam rationem formalem dicit. Modus enim intrinſecus eſt inconceptibilis per ſe, quia non concipitur niſi cum illo cuius eſt modus. Et dicunt aliqui quod dicitur modus intrinſecus ex eo quia non intrat rõnem formalem illius cuius eſt modus intrinſecus, nec debet proprie cõcedi ꝙ diſtinguitur a tali re formaliter. Modi intrinſeci ĩ dĩnis ſecundum aliquos ſunt infinitas, neceſſitas eternitas & exiſtentia, licet eſſe exiſtere videatur eſſe de cõceptu formali dei & quidditatiue, in primo modo dicendi per ſe de deo prædicetur ſecundum doctorem in ſecunda diſtinct. pri. In creaturis ſunt modi intrinſeci actus & potentia contingentia, intenſio & remiſſio, exiſtentia, & ſic de alijs. Iſti modi opponuntur inter ſe, quia unus alteri ſicut infinitum finito, contingens neceſſario, & ſic de alijs. ¶ Omnes iſti modi intrinſeci nec intrant quidditatem nec differunt ab ea formaliter poſitiue, ſed bene negatiue, hoc eſt quòd non ſunt de ratione formali ipſius quidditatis, quorum ſunt modi intrinſeci, & tales modi reducuntur, ad illud genus in creaturis cuius eſt ſua quidditas. ¶ Landulphus tamen in ſuo primo in prologo tenet oppoſitum cum quo multi tenent quod modus intrinſecus eſt idem formaliter cum illo cuius eſt modus intrinſecus, videlicet conſtituti per ipſum & exemplificat de infinitate quæ eſt modus intrinſecus dei & eſt de quidditate ſeu de ratione q̃dditatiua ipſius dei hoc etiam uidetur tenere doctor in quolibet, quia ex eo ꝙ

natura diuina eſt infinita, eſt natura diuina, cum natu ra diuidatur, quia alia eſt finita, & iſta eſt creaturarũ alia autem infinita & ita eſt natura diuina.¶Sed quęrendum eſt, quæ ergo eſt differentia inter modum intrinſecum & differentiam cum utrumq; ſit de ratione quidditatiua ſui conſtituti? ¶ Dico quod maxima eſt differentia. ¶ Primo qm̃ differentia dicit realitatem actualem qualitatiuam quæ præſupponit realitatem potentialem quam contrahat, & ſic vbicunq; eſt differentia proprie accipiendo differentiam ibi eſt compoſitio realitatis potentialis & realitatis actualis quæ compoſitio ſufficit ad hoc quod aliquid ſit per ſe reponibile in prædicamento, non ſic eſt autem de modo intrinſeco ſecundum Sco. diſt. 8. pri. imaginatur enim Sco. & ſubtiliter ꝙ ens dicit conceptum quidditatiuum dictum de deo & creatura in quid: qui contrahitur per aliquos conceptus dicentes quale, ſed nec iſte conceptus dicens quid dicitur conceptus generis, nec illi conceptus dicentes quale ſunt conceptus differentiarum, quia iſte conceptus quidditatiuus eſt communis ad finitum & infinitum qualis communitas non poteſt eſſe in conceptu generis: cum talis conceptus ſit neceſſario limitatus. Iſti autem conceptus cõtrahẽtes dicunt modum intrinſecum ipſius contracti, & non aliquam realitatem perficientẽ illã. differentiæ autem non dicunt modum intrinſecum realitatis alicuius generis: quia in quocunq; gradu intelligatur aĩalitas non propter hoc inuenitur rationalitas vel irrationalitas eſſe modus ĩtrinſecus animalitatis: ſed adhuc intelligitur animalitas in tali gradu

perfecti-

perfectibilis a rõnalitate & irrationalitate. ¶Sed que res qũo poteſt conceptus communis deo & creaturæ realis accipi niſi ab aliqua realitate eiuſdem generis: & tunc videtur ꝙ ſit potentialis ad illã realitatem a qua accipitur conceptus diſtinguens: & tunc videtur eſſe idem iudicium de ente & modis intrinſecis ipſum contrahentibus ſicut de conceptu generis, & differentiarum, ergo ſi cõceptus gñis & differentiæ neceſſario faciant compoſitionẽ aliquã in illo in quo ſunt. Similiter videbitur dicendũ de ente & de ſuis modis intrinſecis ipſum contrahentibus. ¶ Cõfirmatur quia ſicut duę ſpecies conueniunt in realitate generis, & differunt per differentias: ita etiam deus & creatura conueniunt quidditatiue in ente & differunt per modos intrinſecos.¶ Reſpondeo breuiter ſecundũ doctorem prædictum, quãdo intelligitur aliqua realitas cũ ſuo modo intrinſeco ille conceptus nõ eſt ita ſimpliciter ſimplex quin poſſit concipi illa realitas abſque modo iſto: ſed tunc eſt conceptus imperfectus illius rei, poteſt etiam concipi cum illo modo: & tunc eſt perfectus conceptus illius rei. Exemplum ſi eſſet albedo in octauo gradu intenſionis, quantuncunque eſſet ſimplex oĩno in re, poſſet tamen concipi ſub ratione albedinis tante: & tunc perfecte conciperetur conceptu adequato ipſi rei: vel poſset concipi preciſe ſub ratione albedinis: & tunc conciperetur conceptu imperfecto & deficiente a perfectione rei. Conceptus aũt imperfectus poſſet eſſe cõis albedini illi & alij, & conceptus perfectus proprius eſſet, requiritur ergo diſtinctio inter illud a quo accipitur conceptus cõis,

& inter illud a quo accipitur conceptus proprius in deo & creatura: nō quidē ſicut diſtinctio realitatis & realitatis: ſed ſicut diſtinctio realitatis & modi proprij intrinſeci eiuſdem quæ diſtinctio ſufficit ad habēdum conceptum perfectum & imperfectum de eodē: quorū imperfectus ſit cōis & perfectus ſit proprius: ſed conceptus generis & differentiæ requirunt neceſſario diſtinctionem realitatum non tm̄ eiuſdem realitatis perfecte & imperfecte conceptæ. ¶ Iſtud poteſt declarari ſic, ſi ponamus aliquem intellectum perfecte moueri a colore ad intelligendū realitatem coloris & realitatem differentiæ: quantuncunque habeat perfectum conceptum adequatum prime realitatis a qua accipitur conceptus generis, non tamen habet in hoc conceptum realitatis a qua accipitur differentia nec e cōuerſo, ſe habet ibi duo obiecta formalia quæ nata ſunt terminare diſtinctos conceptus proprios. Si autem eſſet tm̄ diſtinctio in re ſicut realitatis: & ſui modi intrinſeci: non poſſet intellectus conceptū proprium habere illius modi intrinſeci & non rei: ſed in illo conceptu perfecto haberet vnum obiectū adequatum illi .f. rem ſub modo. ¶ Et ſi dicas: ſaltem conceptus cōis eſt indeterminatus & potentialis ad ſpecialem cōceptum, ut realitas ad realitatem: uel ſaltem conceptus entis cōmunis non erit infinitus: quia nullum infinitum eſt potentiale ad aliquid. ¶ Concedo quod conceptus ille cōis deo & creaturæ, nec de ſe eſt finitus nec infinitus: quia ſi eſſet infinitus de ſe, nō eſſet de ſe communis deo & creaturæ, finito & infinito. Si etiam eſſet de ſe finitus: ita quod de ſe includeret

ret finitatem : tunc non competeret infinito, & ratio iſtorum duorum dictorum eſt, quia quod conuenit alicui ſuperiori de ſe: ut eſt indifferens ad omnia ſua inferiora conuenit oĩbus ſuis inferioribus, intell.gendo quod illud prædicatum conueniat ſuperiori ſic indifferenti habenti ſuppoſitionem perſonalem, ſed debet iſte conceptus dici indifferens ad finitum, & infinitum & ideo poteſt concedi quod eſt finitus negatiue, ideſt non ponens infinitatem, & ut ſic eſt determinabilis per iſtos modos intrinſecos quæ ſunt finitas & infinitas. ¶ Sed ſi arguas, ergo realitas a qua accipitur eſt finita, non ſequitur: non enim accipitur ab aliqua realitate; ut conceptus adequatus realitati ſiue ut perfectus conceptus illi realitati adequatus, ſed diminutus, vel imperfectus, in tantum etiã quod ſi iſta realitas a qua accipitur videretur perfecte & intuitiue: intuens ibi non haberet diſtincte diſtincta obiecta formalia .ſ. realitatem & modum: ſed idem obiectum formale, tamen intelligens intellectione abſtractiua propter imperfectionem illius intellectionis poteſt habere vnum ꝑ obiecto formali: licet non habeat alterum hæc Sco. vbi ſupra, & ſic patet quod licet modus intrinſecus ſecundum iſtũ modum dicendi pertineat ad rationem quidditatiuam ſicut & differentia: tamen valde differunt: ut dictũ eſt. ¶ Secundo differunt modus intrinſecus & differentia: quia modus intrinſecus variat ſolum rationem quidditatiuam: accipiendo rationem quidditatiuam pro conceptu quidditatiuo illius cui additur ſiue contracti per ipſum. Differentia uero variat rationem quid

ditatiuam

ditatiuam & formalem: & ſic intelligitur dictum ſco ti: quod modus Intrinſecus eſt qui additus alteri nõ variat rationem formalem. Non enim dicit quod nõ variat rationem quidditatiuam ſed formalem: quia quidditatiuam bene poteſt variare: ut patet deffinitate & infinitate quæ uariant rationem ſeu conceptum quidditatiuum ipſius entis. ¶ Quæ autem differentia ſit inter rationem quidditatiuam ſolum & quidditatiuam & formalem ſimul: forte alias dicetur ſolum iſtud dico pro nũc quod ratio quidditatiua & formalis conuenit ſolum ſpeciei ſiue ſpecialiſsime ſiue ſubalterne: & omnis & ſola talis ratio debet habere genus & differentiam ipſam conſtituentia, ut patet per Porphyrium in prædicabilibus. Ratio vero quidditatiua poteſt conuenire oĩbus alijs habentibus conceptum cõem quidditatiuum & proprium qualitatiuum. Et ſic ratio quidditatiua & formalis ẽ quæ datur per priora quæ ſunt de eſſentia diffiniti: & ſic patet ſecũda differentia inter modum intrinſecum & differentiã. ¶ Ex prędictis infero quòd quidditas & eius modus intrinſecus & modi intrinſeci adinuicem: & omnia quæ ſunt in recta linea prædicamentali diſtingun tur ex natura rei abinuicem. Et ſimiliter ens a deo & creatura & breuiter quodlibet conſtitutiuũ a ſuo con ſtituto, oĩa enim iſta diſtinguntur ſecluſo opere intellectus, & non diſtinctione reali proprie capiendo diſtinctionem realem ergo aliqua diſtinctione media inter diſtinctionem rationis & realem iſto modo ſum ptam. ¶ Hanc diſtictionem mediã voco ex natura rei. quæ ut patet ex ui vocabuli niſi a proteruo negari nõ poteſt,

poteſt, licet diſtictionem inter modum & quidditatem Franciſcus modalem appellauerit tãquam a denominatione imperfectiori & ignobiliori. ¶ Sed cõtra iſtam diſtinctionem ab aduerſarijs noſtris arguitur ſic. Vel diſtinctio ex natura rei eſt preter opus intellectus vel per opus intellectus, ſi ſolum per opus intellectus ergo eſt diſtĩctio rationis ſolum per uos: qui ſic diffinitis diſtinctionem rationis. Si eſt preter intellectum, ergo eſt diſtinctio realis: quorum utrũque negaſtis. ¶ Dico ꝙ diſtinctio realis poteſt capi dupliciter, vno modo large pro omni diſtinctione quæ eſt ſecluſo opere intellectus. Et ſic inter diſtinctionem rationis & diſtinctionem realem non eſt diſtinctio media, & ſic dico quod diſtinctio ex natura rei eſt realis iſto modo capiendo diſtinctionem realem. Alio modo capitur diſtinctio realis ꝓprie quæ eſt inter rem & rem, & ſic dico quod inter diſtinctionem realem, & diſtinctionem rationis eſt diſtinctio ex natura rei media & formalis, ex hoc patet quod diſtinctio ex natura rei eſt reſpectus qui oritur ex proprijs rationibus formalibus terminorum ſecluſo quocumque actu potentiæ collatiue, & hæc de ſecundo articulo huius ſecundi articuli principalis.

QVANTVM ad tertium articulum ĩ quo videndum eſt de identitate & diſtinctione formali ſunt aliqua notanda. ¶ Primo notandum eſt quod formalitas venit de formali & formale de forma, forma ãt dr̃ multipliciter. ¶ Vno modo dicitur forma prout eſt altera pars compoſiti & hæc appellatur forma partis.

¶ Alio modo poteſt accipi pro forma totius, videlicet pro tota ipſa natura abſtractiua ſumpta ſicut humanitas dicitur forma totius nõ per informationem materiæ: ſed qua ſuppoſitum eſt quidditatiue homo forma primo modo dicta eſt per ſe terminus formalis generationis: ſed forma ſecundo modo dicta eſt terminus per ſe primus & adequatus ipſiuſmet generationis. ¶ Alio modo dicitur forma de omni ſubſtãtia in materiali eo modo quo deus & intelligentiæ dicuntur forme. ¶ Alio modo accipitur pro forma accidentali. ¶ Alio modo accipitur pro quacunque ratione ſub qua ex natura rei aliquid poteſt concipi. Et ab iſta forma ultimo modo ſumitur formalitas de qua hic intendimus, vnde licet ab utraque forma ꝓportionaliter nominetur formalitas non tamen ſic intendimus hic de ea, ideo formalitas hic intenta nihil aliud eſt quã ratio obiectiualis ſub qua vnaqueq; res concipi poteſt ex natura rei: & dicitur formalitas a forma iſto modo propter ſimilitudinem quam habet cum forma primo modo & ſecundo modo dicta quia ſicut forma illis duobus modis capta ẽ ratio cognoſcendi rem cuius eſt ita etiam forma uel formalitas hoc vltimo modo dicta. ¶ Secundo eſt notandum quod hæc dictio formaliter eſt modalis dictio aduerbialis & determinatiua & ſumitur quinque modis: vt ait Franciſ. in primo di. 8. ¶ Primis tribus modis ſumitur ut dicit determinationem copule propoſitionũ primi modi per ſe, ut cũ dr̃ primo mõ homo formaliter eſt animal ſecundo modo homo formaliter eſt rationalis, tertio modo homo formaliter eſt animal rationale.

tionale. ¶ Quarto modo ſumitur formaliter vt notat formam vel determinationem alicuius per denominationem intrinſecam ipſum denominantem vt homo formaliter eſt riſibilis,homo formaliter eſt albus & ſic de alijs. ¶ Quinto notat actum vel operationẽ quo vel qua quis agit uel patitur uel operatur: ut cũ dicitur petrus intellectione formaliter intelligit: viſione formaliter uidet: & ſic de alijs. ¶ Tertio notãdum quod quadruplex eſt prædicatio,prima eſt quidditatiua & formalis vt eſt primus modus dicendi per ſe: & hæc habet quatuor gradus, primus gradus eſt quando per ſe ſuperius in quid prædicabile prędicadicatur de ſuo per ſe inferiori: ut quando ens prædicatur de deo & creatura, vel genus de ſua ꝓpria ſpecie, vel ſpecies de ſuo proprio indiuiduo. ſecundus gradus quando prædicatum intrinſecum dicens quale prædicatur de illo cui conuenit intriſece ut differẽtia de diffinito,vel modus intrinſecus de cõſtituto per ipſum,ſed illam opīonem quã ſuperius recitaui pręcedenti articulo. Exẽplum primi membri huius ſecundi gradus ut hõ eſt rationalis. Exemplum ſecundi, vt deus eſt infinitus,uel eſſentia diuina eſt infinita. ¶ Notãdum tamẽ eſt quod rationale ſumitur dupliciter,uno modo ut conſtituit tanquã pars formalis,nec iſto mõ dicit aptitudinem,ſed eſt differentia uel tenens modũ drĩe. Alio modo vt dicit aptitudinem ratiocinãdi, & ſic eſt propria paſſio,nec iſto modo facit prædicationem quidditatiuam,quia nulla aptitudo pertinet ad primum modum dicendi per ſe. Prædictã diſtictionẽ ponit Frã. ſuper por. ca. de differentia,tertius gradus

eſt

eſt quãdo tota ratio intrĩſeca prædicatur de ſuo conſtituto, vt quãdo diffinitio prædicatur de diffinito, ut homo eſt animal rationale, quartus gradus eſt quãdo idem prædicatur de ſeipſo, ut homo eſt homo. Et capitur hic prędicatio q̄dditatiua ut diſtĩguitur contra prædicationem in qua prædicatur aliquid extraneum quia ut dicit Boetius hæc propoſitio, homo eſt homo, non eſt proprie quidditatiua prædicatio: q̄a nihil idẽ omnimode eſt de quidditate ſuipſius, ſed large eſt q̄d ditatiua prout diſtinguitur contra denominatiuã, & iſti quatuor gradus faciunt primum modum dicendi per ſe. ¶ Aſſignantur etiam alij tres ab Ari. primo poſte. t. c. 9. ſic ſecundus modus dicendi per ſe eſt quãdo propria paſſio prædicatur de ſuo ſubiecto & iſte modus habet duos gradus, primus eſt quando adequata paſsio p̄dicatur de ſuo adequato ſubiecto primò ut homo eſt riſibilis; ſecundus gradus eſt: quando paſsio adequata ſuperiori de per ſe inferiori ad ſubiectum prædicatur: ut ſor. eſt riſibilis. ¶ Tertius modus non eſt prædicandi ſed eſſendi, & iſto modo omnia per ſe ſunt quæ per ſe & non in alio exiſtunt ſicut deus & omnes primę ſubſtantiæ: quia nullo mō ſunt in alio. ¶ Quartus modus dicendi per ſe eſt quãdo effectus formalis p̄dicatur de aliquo mediante ſua cauſa formali, vel quando actus profluens ideſt progrediens a cauſa formali dicitur de effectu formali mediãte cauſa formali: vel quando effectus prædicatur de ſuo immediato principio productiuo: Exemplum primi, vt homo albedine eſt albus. Exemplum ſecundi ut albũ albedine diſgregat: calidũ calore calefacit. Exẽ-

plum

plum tertij, intellectus intilligit: voluntas uult, & ſic de aliis. ¶ Sed hic inſurgunt due difficultates, prima eſt ĩ quo modo dicẽdi ꝑ ſe ſunt propoſitiones in q̃bus prædicãť per ſe inferiora de ſuis ſuperioribus, uel paſſio ĩferioris de ſuperiori ad ſubiectum talis paſſionis. ¶ Dico breuiter cõtra multos ꝙ tales prædicationes nullo mõ ſunt ꝑ ſe, licet .n. tales indiffinite vel particulares ſint neceſſariæ non tamen ſunt per ſe, ꝓbatur dupliciter ex ĩtẽtione phyloſophi, primo q̃a dicit phyloſophus ꝙ ꝓpoſitiones per ſe nõ conuertũtur, ꝙ non debet intelligi ꝙ non conuertuntur abſolute, cum cõuerſio ſit adequata paſsio propoſitionis, ſaltem cathegorice, ſed debet intelligi ꝙ non conuertuntur in alias propoſitiones per ſe, ſed iſta eſt per ſe hõ eſt aĩal, ergo iſta non erit per ſe, aĩal eſt hõ, & idem eſt iudicium de oĩbus alijs talibus. ¶ Secundo probatur, quia dicit phyloſophus ꝙ p ſe infert de oĩ, ita ꝙ a propoſitione per ſe ad propoſitionem de oĩ eſt bona conſequẽtia, ergo ſi iſta eſſent per ſe, animal eſt hõ, iſta eſſet bona cõſequẽtia, ergo ſi iſta eſſet per ſe: aĩal eſt homo, iſta eſſet bona cõſequẽtia, aĩal eſt homo ergo oẽ aĩal eſt homo. cõſequens falſum, ergo illud ex quo ſequitur, videlicet ꝙ iſta ſit per ſe, aĩal eſt homo, & idem dico de iſta, animal eſt riſibile & de oĩbus talibus. ¶ Secunda difficultas, in quo modo dicendi per ſe ſunt iſte propoſitiones, homo albus eſt hõ albus, homo albus ẽ homo; homo eſt homo albus & ſimiles. ¶ Reſpondeo breuiter ꝙ nullo modo ſunt per ſe. Pro cuius declaratione ampliori noto tres regulas optimas quæ habenť a Sco. in primo di. 2. in materia de propoſitione per ſe nota, &

in tertio

in tertio di. 7. & 12. ¶ Prima regula eſt ꝙ de ratione in ſe falſa nihil vere & affirmatiue prædicatur, nec ipſa de aliquo prædicatur, immo nec ipſa de ſeipſamet, Iſta enim non eſt uera: homo eſt homo irrationalis, homo irrationalis eſt animal, homo irrationalis eſt homo irrationalis, nulla illarum eſt uera: & ſimile ē iudicium de omnibus alijs. ¶ Secũda regula eſt quod de illo quod eſt in ſe ens per accidens nihil per ſe prædicatur, nec de aliquo ipſum per ſe prædicatur, immo nec idem de ſeipſo. Nulla enim iſtarum eſt per ſe homo quantus eſt homo, ſor. eſt homo quantus, homo quantus eſt homo quantus. ¶ Tertia regula eſt, ꝙ de conceptu per accidens ſiue contingēti nihil neceſſario p̄dicatur, nec ipſe de aliquo nec idem de ſeipſo. ¶ Exemplum huius regulæ eſt: cum homo niger dicat conceptum contingenter vnum: nulla iſtarum eſt neceſſaria, homo niger eſt homo, homo eſt homo niger, homo niger eſt homo niger. ¶ Prima regula ſic poſſet perſuaderi, & breuiter: quia ſi iſta eſſet uera: homo irrationalis eſt homo irrationalis de qua magis videtur: tunc ex uero ſequeretur falſum, probatur ſic: quia bene ſequitur: homo irratronalis eſt homo irrationalis, ergo homo irrationalis eſt homo, a parte in modo ad ſuum totum. Et vltra ergo homo ē homo irrationalis per conuerſionem, & ultra, ergo homo eſt irrationalis, & irrationale eſt homo, ſed omnia iſta ſunt falſa, ergo & iſta propoſitio ex qua omnia iſta illata ſequuntur .ſ. homo irrationalis eſt homo irrationalis, eſt falſa: quod eſt propoſitum. ¶ Secunda & tertia regula ſimul probantur per probationem

bationem tertie,q̃a ſi iſta eſſet neceſſaria uel per ſe, hõ niger eſt hõ niger ex neceſſario ſequeretur contingens quod eſt falſum,ut probatũ eſt ĩ cõſequentijs,probatur tamen cõſequentia,quia bene ſequitur homo niger eſt homo niger,ergo homo niger eſt homo,a parte in mõ ad ſuum totum, & ultra conuertendo,ergo hõ eſt hõ niger,& ultra ergo homo eſt niger a parte in modo ẽt ad ſuum totum,omnes iſte ꝓpoſitiones illate ſunt contin gentes,ergo & iſta,homo niger eſt homo niger,eſt con tingens,& per conſeques non neceſſaria nec per ſe, & intelligo per ſe primo modo uel ſecundo modo dicendi per ſe & ſic manent regule infallibiliter uere. ¶Et ſi arguatur ꝙ in iſtis,homo niger eſt hõ niger, homo albus eſt homo albus eſt prædicatio eiuſdẽ de ſeipſo,ergo tales ꝓpoſitiones ſunt ꝑ ſe & neceſſarie.¶Dico breuiter ꝙ quãdo dicimus ꝙ ꝑdicatio eiusdem de ſeipſo ẽ ꝑ ſe & neceſſaria, intelligendũ eſt de ꝑdicatione ĩ qua non ꝑdicatur ens per accidens vel non ſubijcitur & ſic patet reſponſio ad difficultatem. ¶Secũda ꝑdicatio eſt formalis ꝑdicatio & denominatiua,& hæc habet quatuor gradus,primus eſt quando differentia ꝑdicatur de genere contrahibili per eã,ut aĩal eſt rõale, & quando modus intrinſecus ꝑdicatur de ſuo contracto vel contrahibili,vt cum dicitur,ens eſt infinitum & ſic de alijs. ¶Et ſi dicas ꝙ hic videtur contradictio,q̃a ſuperius dictũ eſt ſuſtinendo opinionem Lãdulphi, ꝙ quando modus ꝑdicatur de eo cuius eſt modus eſt ꝑdicatio q̃dditatiua,hic dicitur ꝙ eſt ꝑdicatio denoĩatiua igitur. ¶ Reſpondeo & dico ꝙ non eſt contradictio,quia ſuperius dicitur ꝙ talis ꝑdicatio eſt q̃dditatiua,ſi modus ꝑdicatur de conſtituto per ipſum cum ſit de eſſentia ipſius ſe

cundum Lãdulphum,hic dico ꝙ eſt ꝑdicatio denominatiua,quia ꝑdicatur non de conſtituto,ſed de cõtrahibili per ipſum, ſicut refert dicere homo eſt rationalis & aĩal eſt rationale,cum prima ſit q̃dditatiua,& ſecunda ſit denominatiua,ita etiam refert dicere,deus eſt infinitus,uel eſſentia diuina eſt infinita,& ens eſt infinitũ, quare dico conſequenter ꝙ due prime ſunt quidditatiue,ſecunda aũt non ſed denominatiua tm̃. ¶ Secundus gradus denominatiue ꝑdicationis eſt quãdo ꝓpria paſſio ꝑdicatur de ſuo ſubiecto. Et iſte gradus eſt ſecundus modus dicendi per ſe. ¶ Et eſt ſciendum ꝙ ꝓpria paſſio cum ſit eadem res cum ſuo ſubiecto ſecundum Sco. & ſuos ſequaces eſt reductiue in illo genere ſeu ꝑdicamento in quo eſt ſuum ſubiectum per ſe. ¶ Tertius gradus ꝑdicationis denominatiue,& formalis eſt quando effectus formalis denominatiue ꝑdicatur de aliquo mediante ſua cauſa formali,ut homo ingredine eſt niger,uel quãdo actus ꝓfluens a cã formali dicitur de effectu mediante cã formali,uel quãdo effectus dicitur de ſuo immediato principio ꝓductiuo,& iſte gradus eſt quartus modus dicendi per ſe. ¶ Quartus gradus ꝑdicationis denominatiue formalis eſt quando accidens ꝑdicatur de ſuo ſubiecto,& põt fieri nouem modis,poſito ꝙ petrus ſit ſubiectum in oĩbus his, dicendo petrus eſt bicubitus albus pr̃, gens patiens,calciatus,& ſic de alijs, & iſte gradus eſt de per accidens. ¶ Tertia ꝑdicatio eſt identice identica,& hæc eſt quando utrunq; extremum eſt formaliter infinitum,uel alterum tm̃ eſt formaliter infinitum,uel permiſſiue. ¶ Exemplum primi ut eſſentia diuina eſt bonitas,eſſentia diuina eſt iuſtitia, & ſic de alijs. Exemplũ ſecundi,eſſentia diuina eſt filiatio,eſ-

ſentia diuina eſt paternitas,& ſic de aliis. Exemplũ ter tij,ut paternitas eſt entitas,humanitas eſt entitas,& ſic de alijs. ¶Pro quo notãdum eſt ꝙ iſte prędicationes ſi ſunt uere,debet ꝓdicari concretum de concreto, uel ab ſtractum de abſtracto & non concretũ de abſtracto nec abſtractum de concreto. Maxime ſi talia concreta ſint adiectiua. Iſta .n. conceditur eſſentia diuina eſt genera tio,tamen iſta non conceditur,eſſentia diuina generat uel generatur ſecundum magrm ſnĩarum ꝯ.di.pri. ¶Su per quo verbo datur a Sco. pulcherrima regula ꝙ quã do ſubiectum eſt ultima abſtractione abſtractum & ꝓdi catum ex ſua rõne formali non eſt aptum natum ꝓdica ri niſi formaliter,propoſitio non eſt uera niſi ſit in primo modo dicendi per ſe,ratio eſt quia ſubiectum & ꝓdicatum modos ſignificandi oppoſitos dicunt ſibi incõ poſſibiles,unde de tali ſubiecto ſic ultimate abſtracto nihil ꝑt uere ꝓdicari niſi per ſe primo modo uel identi ce,hãc ꝓpõnem declarat Sco. ſic. Videmus enim ꝙ in ſubſtãtijs ſiue in prędicamento ſubſtãtie eſt una abſtra ctio tm̃.ſ. q̃dditatis a ſuppoſito ꝓpriæ naturæ,quia ſub ſtãtie non ſunt nate concernere aliquid alterius naturæ,ideo prima ibi abſtractio maxĩa eſt abſtrahendo na turã humanã a ſuppoſitis q̃ vere ſunt illius naturæ, ſicut abſtrahitur cum concipitur humanitas nõ remanet vlterius alia abſtractio,& ideo iſtud ut ſic conceptum ẽ ꝓciſe ipſummet,q̃a cuilibet alij extraneum eſt,ſicut dicit. Aui. ꝯ. meta. ꝙ equinitas eſt tm̃ equinitas & nihil aliud. In accñtibus autem quanto plura pñt concerne re tanto plures pñt fieri abſtractiones,unde quia accidentia abſoluta concernunt duo .ſ. ſuppoſita alterius naturæ,& indiuidua naturæ ꝓprie licet a ſuppoſitis al-

terius naturæ abſtrahant͛ tñ cõcernunt ĩdiuidua ꝓpriæ naturæ,ſic album concernit lugnum,& hoc album ſiue hanc albedinem & illã,& ideo pñt ibi fieri due abſtractiões una .ſ. accñtis a ſubiecto puta albedinis a ligno, & alia.ſ. q̱dditatis a ſuppoſito vel ſingulari,puta albedinis ab hac albedine,& illa quę ſunt indiuidua ſua. Et hanc circumloquimur per albedineitatem uel per hoc quod dicimus quidditas albedinis,& iſta non concernit aliquod ſubiectum nec ſuppoſitum eiuſdem naturæ nec alterius, in relationibus ẽt quæ plura concernunt adhuc plures pñt fieri abſtractiones. Cõcernit .n. relatio ſuum ꝓprium indiuiduum,fundamentum & ſubiectum , & ſecundum hoc pñt ibi fieri tres abſtractiones, una relationis a ſubiecto. ſecunda relationis a fundamento.tertia quidditatis a ſuppoſito,& iſte abſtractiones ſic ſe habent ꝙ licet abſtractio fiat apoſteriori & extrinſeco,non tamen a priori & intrinſeco . Exemplum hoc concretum quod eſt cã dicitur de igne quia generat calorem in ligno, ſed abſtrahendo a ſubiecto remanet adhuc concretio ad fundamentum , puta ſi dicatur potentia cauſandi calorem. Calor .n. eſt potentia cauſandi calorem,non tamen ignis eſt potentia cauſandi. Adhuc põt fieri abſtractio ulterior ad propriũ genus, puta ſi dicatur cauſalitas,& tunc nec ignis nec calor recipit p̃dicationem ipſius, tamen hæc cauſalitas eſt cauſalitas.Vltima abſtractio,qualis eſt in ſubſtantijs, eſt ꝑ hoc quod dicimus,quidditas cauſalitatis,& hoc de nullo alio prædicatur. ¶ Ex prædictis apparet quid ſit ultima abſtractio cuiuslibet rei,quia q̱dditatis abſolutiſſime ſumpte ab omni eo quod eſt quocunq; mõ extra rõnẽ quidditatis,in qua quidẽ abſtractione nihil aliud inuenitur

inuenitur ſeu intelligit p̄ciſe vel ratione niſi ꝙ eſt ipſius q̄dditatis. Et dicunt quidã ꝙ terminus ultimate abſtractus in ꝓpoſitione ſubiectus includit unũ ſincathegorema puta inquãtum uel formaliter, primo modo, uel q̄dditatiue vel identice, & ſic de alijs. ¶Circa alium terminum ꝓpõnis doctoris. ſ. ꝙ p̄dicatum de quocũq; p̄dicatᶜ nõ põt p̄dicari niſi formaliter. Notandum eſt ꝙ ſubſtã tiua nomina pñt dupliciter p̄dicari in diuinis, quãdoq; formaliter, ut deitas eſt deitas, quandoq; ꝑ identitatem vt deitas eſt ſapiẽtia, ſed adiectiua ſi prędicantur de neceſſitate formaliter, & denominatiue p̄dicantur, & hoc q̄a ſunt adiectiua nã ex hoc ꝙ adiectiua ſunt ſignificãt formã per modũ informãtis. Et iõ de nullo vere dñr niſi quod ſe habet ꝑ modum informati de quo, uidelicet formaliter dñr talia ſunt non tm̃ adiectiua nomina, ſed oĩa participia & verba. Sẽper .n. in ſuo modo ſignificãdi ĩcludunt adiacentiam, & modum formalẽ reſpectu alicuius talis ſuppoſiti, & iõ prædicantur quaſi ſecundum ſecundum modum dicendi per ſe, quod ergo p̄dicentur identice, eſt ipſa prædicari mõ oppoſito ſuo ꝓprio modo dicendi uel prædicandi. His intellectis patet maior iſta aſſumpta, quãdo ſubiectum eſt abſtractũ vltimate, ita ꝙ eſt abſtractũ ab omni quod eſt extra rationem eius, & prædicatum non põt p̄dicari ex ratione formali niſi formaliter & modo inherentis ſiue quaſi inherentis iſtud prædicatum non poteſt uere dici de illo ſubiecto niſi per ſe primo modo. quia iſtud prædicatum pręciſe natum eſt formaliter prędicari, imo nõ poteſt ſaluari veritas propter identitatem tm̃, quia ſubiectũ eſt vltima & ſumma abſtractione abſtractũ, immo non poteſt ſtare pro aliquo qualitercũq; alio a ſe, ſed

præciſe ꝓ ſe formaliter. Et iõ oporteret ꝙ ſua rõ pciſe formaliter eſſet idem illi prædicato, quod non poſſet eſſe niſi illa ratio præciſe includeret prædicatum patet ergo ꝓpoſitio. ¶ Et ſi fiant ſyllogiſmi expoſitorij uel ali qui alij, debent ſolui ꝑ partem datã in primo priorum, vi delicet ꝙ maior vel minor reducantur ad ꝓpõnem de omni ſi ſint affirmatiui, uel de nullo, ſi ſint negatiui.

¶ Quarta prædicatio eſt tm̃ eſſentialis & iſta eſt tm̃ in diuinis q̃ ponit Hilarius de trinitate, & eſt iſta in qua denotatur cõſubſtantialitas & origo, ut filius eſt de eſſentia pr̃is, per ly de eſſentia. uel ſubſtantia notatur cõ ſubſtantialitas, & per ly pr̃is origo. ¶ Si aũt quæras an iſta ſit eſſentialis filius eſt de eſſentia, uel filius eſt eſſen tie. ¶ Ad primum r̃ndetur ſecundum Sco. di. 5. q. 2. primi ſententiarum ꝙ non proprie dr̃ aliqua perſona eſſe de eſſentia abſolute ſed addendo cum ſubſtãtia per ſonam aliq̃ originantem, bñ dr̃ ꝙ aliqua perſona origi nata eſt de ſubſtantia illius perſone, ita ꝙ hæc filius eſt de ſubſtãtia diuina. non eſt ita concedenda ſicut hæc fi lius eſt de ſubſtantia patris quia per ſecundum exprimi tur conſubſtantialitas & origo ꝓpter genitiuum con ſtructum cum caſuali præpoſitionis per primam autem non notatur aliquid originãs. ¶ Ad aliud dicendũ, ꝙ li cet Aug. dicat filium eſſe filium eſſentie pr̃s. 15. de tri. c. 18. Et doctor quidam dicat illam eſſe propriam, ta men uidetur probabilius dicendum quòd nõ, quia quã docunq; relatm̃ conſtruitur cum aliquo in tali habitu dine caſuali in qua natum eſt aliquid terminare illam relationem ut correlatiuum, tunc cõſtruitur cum illo præciſe ut cum correlatiuo. Exemplum pater conſtrui tur cum relatiuo in habitudine genitiui, ſimile in habi

tudine ablatiui,& ſecundum cõem ſermonem videtur ꝙ cum quocunq; conſtruatur tale relatm̃ expreſſe in ta li habitudine caſuali illud notatur eſſe correlatiuũ huius relatiui. Non.n.dicimus iſte canis eſt filius hoĩs,q̃ ẽ filius & eſt hoĩs,ut dñi canis,ita ꝙ ly hoĩs cõſtruit᷑ cũ ly canis ex vi poſſeſſionis uel poſſeſſoris,ſed uidetur ſignificare ꝙ cõſtruatur cũ ly canis in ratione relatiui ut p̃ris,ita igit᷑ in iſta filius eſt eſſentie,ur̃ ly eſſentie accipi ut correlatiuum illius relatiui cum quo conſtruitur, & tunc ad Aug. qui uidetur huic cõtradicere dicendo filius eſt eſſentie,dico ꝙ debet ĩtelligi ꝙ ſit conſtructio intrãſitiua ut filius eſſe eſſentie .i. filius eſt eſſentia non aũt debet intelligi quod ſit conſtructio tranſitiua,quia alias eſſet falſa,ut dictum eſt. ¶Et ſi dicatur ꝙ ad iſtã filius eſt de ſubſtantia patris,videtur ſequi iſta filius eſt eſſentie patris,nego ſequelã quia cõſequens notat relationem inter filium & eſſentiam ſicut ſuũ correlatiuũ, quod non notat añcedens,ſed tm̃ notat conſubſtantialitatem in eſſentia cum originatione notata in illo quod conſtruitur cum eſſentia. Sic ergo patet, ꝙ ad veritatem prædicationis eſsentialis,ut hic capitur requiritur quod ſit conſubſtantialitas & origo.¶ Vlterius notandum eſt quòd poſsumus inuenire multos gradus in vnitate,in primo gradu eſt vnitas aggregationis quæ eſt minima ut in aceruo lapidum,in ſecundo eſt unitas ordinis,quæ aliquid addit ſupra aggregationẽ, tertia eſt unitas per accñs vbi vltra ordinem eſt informatio licet accñtalis unius ab altero eorum quæ ſunt ſic unum in quarto eſt per ſe unitas ex principijs eſſentialibus ex ꝑ ſe actu & ex per ſe potentia, in quinto eſt per ſe unitas ſimplicitatis quæ eſt uera identitas,quicquid .n. eſt

ibi eſt realiter idem cuilibet & non tm̄ eſt unū illi vnitate vnionis ſicut in alijs modis. ¶ Vltra aūt oēs iſtas identitates eſt identitas formalis ut dicit Sco. 2. di. q. 4. primi ſententiarum. ¶ Iſtis notatis pono duas concluſiones, quarum primam accipio in paſſu p̄allegato quę eſt diffō identitatis formalis data a Sco. di. 2. q. 4. primi. ¶ Voco aūt inquit identitatem formalem, ubi illud quod dr̄ ſic idem includit illud cui ſic eſt idem in ratione ſua formali & per ſe primo modo. Vide bene hāc diffōnē & videbis ꝙ de intentione doctoris fuit ꝙ inferius eſt idē formaliter ſuperiori, quia dicit doctor, ꝙ illud quod ſic eſt idem .ſ. formaliter, includit illud cui ſic eſt idem. Clarum eſt ꝙ ſuperius non includit inferius in ratione ſua formali & per ſe primo modo, ſed potius econtra, niſi dicas quod ponitur actiuū pro paſſiuo ita quod ſit ſenſus, illud dicitur eſſe idem formaliter alicui ꝙ includitur in ſua diffinitione ſeu ratione ſua formali & per ſe primo modo. ¶ Sed iſta expoſitio vr̄ extorquere textum. Non .n. uidetur veriſimile ꝙ iſte doctor, qui fuit ita ſubtilis & qui etiam primus ample loquutus eſt de formalitatibus poſuiſſet ſuā diffinitionem ſic obſcuram. ¶ Ex quo inferuntur duo correlaria primum eſt quod omnia prædicata quidditatiua ſuperiora & omnes differentie eſſentiales & modi intrinſeci non ſunt idem formaliter ſuis conſtitutis ſiue inferioribus ſed bn̄ econtra. Aliqui tamen ampliant identitatem formalem & dicunt ꝙ oīa illa dicuntur eſſe idem formaliter quibus conuenit tm̄ una ratio formalis & quidditatiua ſicut ſunt omnia indiuidua eiuſdem ſpēi, ſed hoc eſt improprie & abuſiue vti idētitate formali. ¶ Secundū correlariū ꝙ nullum ſubiectū eſt idem formaliter

maliter ſuo accñti nec econtra quia licet accidēs inclu
dat ſubſtantiam in diffinitione additamentali, non tñ
in ratione ſua formali & per ſe primo modo. Eſſentie
.n. prædicamentorum ſunt impermixte ſecundum The
miſtium, quod debet intelligi formaliter. ¶ Secunda
concluſio iſtius articuli eſt ꝙ illa diſtinguntur forma-
liter quæ habent aliā,& aliā formalitatem quarũ neu-
tra alteram ĩcludit in ratione ſua formali & per ſe pri
mo modo, ſicut dicimus quod ſubiectum & ꝓpria paſ-
ſio diſtinguntur formaliter. ¶ Ex iſta concluſione infe
runtur duo correlaria. ¶ Primum eſt ꝙ eſſentia diui-
na a relationibus diſtinguitur formaliter, quia conce-
ptus abſoluti non includit quidditatiue conceptum re
latiui nec econtra. ¶ Secundum correlarium, ꝙ omnia
attributa in diuinis, ut ſunt intellectus & volũtas ſi fas
eſt attributa nominari ſapientia bonitas,& iuſtitia ab
eſſentia diuina & a ſe inuicem,& etiam a relationibus
formaliter diſtinguntur. ¶ Sed dices videtur quod in
diuinis nō ſunt plures formalitates qa formalitas dici-
tur a forma, ſed in diuinis non ſunt plures forme ergo
nec plures formalitates. Reſpōdeo quod argumentum
nihil valet ſupponit enim quod ſuperius negatum eſt
quod.ſ. formalitas dicatur a forma, ſicut capimus for-
mā,& licet admittatur ꝙ formalitas a forma dicatur:
adhuc tamen argumentum non valet: quia ſimiliter
arguerem: eſſentiale dr̄ ab eſſentia ſed in diuinis ſunt
multa eſſentialia: ſecundum Dionyſ. ergo ſunt multe
eſſentiæ, ſi iſtud argumentum non valet nec tuum:
ꝙ iſtud non ualeat patet: quia concludit concluſio-
nem hæreticam. Et ideo pro me & pro te dico ad con-
ſeq̄ntiā ꝙ nunquam bene arguitur a plurificatione con
ſequentis

ſequentis ad plurificationem ãtis:maxime in diuinis immo nec ẽt in creaturis: vnde licet iſta cõſequẽtia ſit bona, iſte homo eſt ſciens uel qualis ergo habet ſcientiam uel qualitatem tamen non ſequitur, iſte homo habet plures ſcientias vel qualitates ergo eſt plures ſcientes uel plures quales. ¶ Dices quod nihil eſt ponendũ in diuinis niſi ꝙ habetur a ratione naturali,vel a fide: uel a ſacra ſcriptura: uel ab aliquo doctore auctentico ſed iſte formalitates non habentur ab aliquo iſtorum quod debeant poni in diuinis ergo non ſunt ponende. ¶ Breuiter dico quod ſicut ex una de neceſſario & vna de contigenti infertur una de cõtingenti ex primo priorum,ita ꝙ ibi eſt bona conſequentia,ita dico quod ex vna credita & ex alia naturaliter cognita per bonã cõſequentiã poteſt inferri una credita,modo ſic eſt quod credimus & catholicę confitemur quod eſſentia diuina eſt cõicabilis: & de facto communicatur tribus perſonis & eſt abſolutiſsima,paternitas autem nec eſt cõicabis nec cõicatur nec eſt ens abſolutum. Iſti propoſitioni addo vnam aliam naturaliter euidentem, ꝙ quãdocunque aliqua ſic ſe habent quod aliquid conuenit uni ex natura rei ſecluſo opere intellectus quod nõ conuenit alteri: eſt ibi diſtinctio ex natura rei. Et quãdo unum eſt abſolutum aparte rei formaliter & quidditatiue & aliud non immo eſt formaliter relatiuũ illa dicunt diſtinctas formalitates;iſti ultime propoſitioni adde præcedentem & realiter concludes quod in diuinis ſunt plures formalitates. ¶ Et confirmatur per beatum Auguſt. dicentem ꝙ alio pater eſt, & alio pater eſt pater: quia pater eſt eſſentia diuina, ſed eſt pater paternitate. Ex hoc clarum eſt quod eſt diſtinctio in-

ter eſſentia diuinam & paternitatem: & ſimiliter de alijs dicendum eſt. ¶ Item Hilarius de tri. dicit quod non efficit creaturam voluntas ſed poteſtas. ¶ Item genus & differentia genere diſtinguntur & pluſquam genere: quia ſec͂di philoſophum 4. tho. differentia non participat genus nec eſt contra, & tñ non realiter diſtinguntur igitur &c. probatur etiam ratione: quia in diffinitione eſſet nugatio. ¶ Et ſi arguatur in tertia figura ſic omnis homo formaliter eſt animal omnis homo eſt formaliter rationalis, ergo rationale formaliter eſt animal. ¶ Rñdetur breuiter quod licet ex neceſſarijs nunquam ſequitur niſi neceſſarium, tñ ex propoſitionibus per ſe nõ ſequuntur propoſitiones per ſe: nec ex propoſitionibus formalibus & quidditatiuis ſequũtur propoſitiones formales & quidditatiue. ¶ Et ſi contra p̄dicta arguatur iterum negando diſtinctionem formalem in diuinis, ſic nulla eſſentia diuina diſtinguitur formaliter ab eſſentia diuina: paternitas eſt eſſentia diuina, & ſimiliter filiatio bonitas: ſapientia: & ſic de alijs, igitur paternitas non diſtinguitur formaliter ab eſſentia diuina: conſequentia in 4. pri. Maior eſt iſtorum formalizantium: quia nihil a ſe diſtinguitur ex natura rei & formaliter, minor eſt catholica, ergo cõcluſio vera: ꝙ eſt propoſitum conſequentia non peccat nec in materia in forma. ¶ Rñdetur quod nec iſte ſyllogiſmus nec oẽs tales ſimiles ualent ex eo ꝙ nõ regulãtur per dici de omni vel dici de nullo: ita quod fiat diſtributio in termino vel extra terminum: in numero vel extra numerum: & tunc maior erit falſa in ꝓpoſito & a nobis negata & non conceſſa, videlicet iſta nihil quod eſt eſſentia diuina diſtinguitur formaliter

& ex natura rei ab eſſentia diuina. Et breuiter in omnibus talibus ſyllogiſmis ī ꝓpoſitione quę eſt de nullo debet poni nihil quod eſt, & in propoſitione quæ eſt de omni debet pōi omne quod eſt. ¶ Adhuc circa prædicta incidunt due difficultates: quarum prima eſt ꝙ ex eo quod dictum eſt quod attributa in diuinis diſtinguntur a ſe inuicem & ab eſſentia diuina formaliter iō quęritur vtrum quodlibet attributum habeat propriā infinitatem formaliter diſtinctam ab infinitate diuine eſſentiæ, cum prædicatio vnius de altero ſit vera per identitatem vt dictum eſt. ¶ Reſpōdeo breuiter quod oīa abſoluta communia tribus perſonis habent propriam infinitatem formaliter diſtinctam ab infinitate diuine eſſentiæ, verum eſt tñ quod oīa ſunt infinita radicaliter ab eſſentia diuina, licet non formaliter ut dictum eſt. ¶ Secunda difficultas eſt vtrum concretum & abſtractū diſtinguntur formaliter ſiue ex natura rei, verbi gratia, homo & humanitas. Dico quod non immo ſola ratione diſtinguntur, quod patet primo per Sco. dicentem quod pater paternitas: generatio generat generare: non diſtinguntur niſi per modos ſignificandi grāmaticales qui ſunt in voce ab intellectu. ¶ Et ſi dicas quod concedimus iſtam homo eſt riſibilis: negamus iſtam humanitas eſt riſibilis; quia humanitas eſt vltimate abſtractum ergo oportet quod ſit aliqua diſtinctio inter hominem & humanitatem. ¶ Reſpōdeo quod vna nō dicitur uera plus quam alia niſi propter modos ſignificandi grammaticales qui ſunt in uoce ab intellectu & non re ipſa, & ſic patet quod tantum diſtinguntur ratione. Si enim preciſe ſtemus in re, dico ꝙ quicquid ī eſt hōi ineſt humanitati: quia nulla eſt ibi

penitus

penitus diſtinctio & hæc de 3. arti. minus principali.

QVANTVM ad quartũ articulum ĩ quo ui
dendum eſt de identitate & diſtinctione
reali. Notandum eſt primo quod multi
plex eſt prioritas. ¶ Prima eſt perfectio
nis & ſic dicimus quod in vnoquoq; genere eſt unum
primum ideſt perfectiſsimum. ¶ Alia eſt prioritas ge-
nerationis: & ſic illa quæ ſunt priora generatione ſunt
poſteriora perfectione: ſaltẽ ſi prius concurrat intrin
ſece ad eſſe poſterioris. ¶ Alia eſt prioritas naturæ &
eſt quando prius quantum eſt de ſe non habet repugnã
tiam quod ſit ſine poſteriori, licet hoc ſibi repugnet
aliquando propter identitatem realem cum poſteriori
uel propter aliquid aliud extrinſecum priori. Aliqui
tñ ſcotiſte dicunt quod prioritas naturæ uel eſſe prius
natura non eſt eſſe in aliquo priori ſimpliciter loquen
do in quo non ſit poſterius, ſed eſt præſuppoſitio hu-
ius ab hoc. Et iſtud confirmat Franc. in primo; aliquã
do etiam prioritas naturæ dicitur illa quæ eſt inter na
turã & naturale: Aliquando dicitur quæ eſt inter for
malitatem & formalitatem in eadem natura & hoc eſt
tam in diuinis quam in creaturis, ut dicit Petrus de a-
quila lib. primo diſt. 12. Dicit enim quod prioritas
duo dicit, primum eſt progreſſus de non eſſe ad eſſe in
altero: & ſic dicit imperfectionem: quia ſtat cum a-
lietate naturarum ſecundum quod dicit: eſt pręſuppo
ſitio huius ab hoc, & iſto modo non dicit imperfec-
tionem: quia poteſt ſtare cum identitate naturæ. Et ſic
in deo eſt prioritas naturæ iſto ſecundo modo remota
imperfectione primi modi. Et per iſtam diſtinctionem
uel declarationem poſſunt ſolui omnes auctoritates

dicẽtes in diuinis nõ eſſe prius nec poſterius, alia prioritas eſt durationis. ¶ Pro quo notandum ꝙ triplex ẽ duratio. ¶ Prima eſt reſpectu dei:& ſic eternitas eſt eius duratio, & ideo ſic nihil eſt prius in duratione in diuinis. ¶ Secunda eſt reſpectu angeli & aliarum rerũ permanentium : & talis duratio vocatur euum.
¶ Tertia eſt reſpectu entium ſucceſsiuorum uel quantum ad ſuum fieri & talis duratio eſt tempus. ¶ Alia prioritas eſt prioritas originis de qua ait Auguſt. primo de tri. quod nihil gignit ſeipſum : & iſta eſt tam in diuinis q̃ in creaturis,& ſemper oportet ꝙ ſit diſtĩõ realis inter originãs & originatum ſiue inter producẽs & productum ſecundum Sco. prioritas originis ẽ qua quis intelligiť eſſe a ſe,& a quo alius,poſterioritas originis eſt qua quis dicitur vel intelligitur eſſe ab alio, vñ Franc. in prolo. q. 1. in.fi. dicit ꝙ primum ſignum originis eſt eẽ a ſe,& ſecundum eſt eẽ ab alio, uerumtamen prius & poſterius origĩe aliqñ accipiunť ꝓ priori & poſteriori natura,ſicut exponebat Petrus de aquila in ſecundo membro, & ſic dicimus ꝙ pr̃ prius origine eſt btũs quam generet,quod non eſt intelligendũ,vt clarum eſt ꝙ ſit btũs a ſe & quod generet ab alio, ſed quia añquam generet præexigitur eſſe beatus. ¶ Secundo notandum ꝙ realitas dr̃ a reali, reale uero a re. Res autem vt ad ꝓpoſitum ſpectat ſumitur a ratus ta. tũ.& talis eſt triplex quædã eſt eẽntie ſicut eſt ipſa q̇ditas abſolute cõſiderata,quædam exiſtẽtię,& talis eſt in omni pñto,quædam uero ſubſiſtentie.& talis eſt in pñto ſubſtantie ſolum,in ꝓpoſito aũt reale ſumitur a re ſecũdo vel tertio modo dicta,nõ aũt a re eſſentie quia in dĩnis eſt diſtĩõ realis & tñ eſt ibi una eſſentia nec ſumitur a re

dcã

dcā a reor ris,quę eſt cōis ad oīa entia imaginabilia,q̄a tunc inter chimerā & aliud fictitium eſſet diſtō realis. ¶ Tertio intelligendum ꝙ in dīnis res pōt ſumi dupliciter, uno modo eſſentialiter,& ſic eſt tm̄ una res,quia vna eſſentia & una exiſtētia alio mō perſonaliter & ſic in diuinis ſunt tres res ſubſiſtentes. ¶ Iſtis p̄ſuppoſitis pono duas concluſiones de identitate reali. Quarū prima eſt iſta,illa ſunt idem realiter quę ſic ſe hn̄t quod vnum non pōt eſſe ſine alio ſeu unum eſt impoſſibile ſeparari ab alio abſq; contradictione. Et cum hoc quod impoſſibilitas ſeparationis non proueniat a cā extrinſeca,& quod unum reſpectu alterius nō ſit originās & aliud originatum, quod non ſint in pluribus rebus realiter diſtinctis. Oēs iſte tres particule ſunt accipiende copulatiue,ita quod una conditio non ſufficit ſine alia, vn̄ nō valet conſequentia,hoc non pōt eſſe ſine illo,ergo eſt idem realiter illi,quia tunc quælibet relatio quæ in eſt eſſentie diuine per actum intellectus diuini eſſet realis, quia quicquid eſt idem rei eſt reale,cōſequens ē falſum,ut patet ex 30. di. primi, aut ꝙ talis eſſet eadē illi eſſentie,quia impoſsibile eſt illam eſſentiam eſſe ſine ea, quia ſi talis relatio poſſet eſſe noua tunc intellectus diuinus poſſet mutari,cōſequens eſt falſum,ſed talis impoſsibilitas ꝓuenit a cā extrinſeca quia ab intellectu diuino. Similiter ſecundum phyloſophum cōtradictio eſt celum eſse ſine motu non quidem ex cā intrinſeca in celo ſed ex cā extrinſeca mouente non tn̄ ſequitur quod celum ſit motus realiter licet non paſsit eſſe ſine eo. ¶ Iſta prima conditio probatur a doctore in ſecundo di. prima ſicut contradictio dicta de aliquibus eſt via concludendi diſtinctionem ita impoſsibilitas recipiendi

cipiendi pdicationem contradictoriorum ptinentium ad eſse eſt via concludendi identitatē ī eſse, & hoc ubi non eſt dependentia eſsentialis, quæ requirit diſtinctio nem manifeſtā. ¶ Secunda conditio patet quia nihil ſei pſum pducit. ¶ Tertiam vero conditionem notāter po ſui pp relationes quæ licet non ſic ſe habeāt quod vna poſsit eſse ſine alia uel ꝙ una ſit pducens & alia pducta qa tñ ſic ſe habent quod fundātur in pluribus rebus rea liter diſtinctis ſicut patet de paternitate & filiatione, de duabus ſimilitudinibus & equalitatibus, ideo realiter diſtinguntur. ¶ Ex quo infero aliqua correlaria, primum quod oīa eſsentialia & notionalia eſsentie diuine vnica realitate reātur. Similiter oīa attributa sūt eadem realiter & cum eſsentia, & cum ſeinuicē, & cū perſonis diuinis, & perſone diuine cum eſsentia diuina. ¶ Secundum correlarium quod omnes differentie eſsē tiales, modi intrinſeci in eodem ſuppoſito unica realitate reātur. ¶ Tertium correlarium quod omne ſuperi us eſt idem realiter cum ſuo inferiori. ¶ Et ſi dicas ꝙ diſtinguntur realiter. ¶ Dico quod iſte due ſunt conce dende, hō eſt idem realiter cum Sor. & hō diſtinguitur realiter a Sorte. ¶ Quartum correlarium quod illa quæ ſunt in potentia obiectiua nec diſtinguntur realiter nec ſunt idem realiter, quia ad identitatem realem & diſtin ctionem requiritur quod utrunq; extremum ſit aliquid poſitiuum exiſtens. ¶ Et ex hoc patet quod diſtō realis eſt illa cuius extrema hn̄t aliam & aliā realitatem formaliter poſitiuam actualis exiſtentie uel ſaltem ſubſiſtē tie, dicitur notanter, aliam & aliam realitatem, pptér ſubiectum & propriam paſsionem quæ non realiter di ſtinguntur, quia non habent niſi unam realitatem exi-

ſtentie

ſtentię. Dicitur realiter poſitiuam propter negationes & priuationes, dicitur actualis exiſtentię, pp q̃dditates diuerſarum ſperum quia q̃dditas ut q̃dditas non habet exiſtentiã per ſe, dr̃ vel ſaltẽ ſubſiſtentię, q̃a in dı̃nis eſt tm̃ vna exiſtentia licet ſint tres ſubſiſtentię. ¶ Secunda concluſio huius art. eſt iſta, quod illa ſunt diſtĩcta realiter quæ ſic ſe habent diſiunctiue: quod unũ poteſt eſſe ſine alio: vel quod unum eſt producens & aliud productũ: vel quæ ſunt ĩ pluribus rebus realiter diſtinctis: & dixi diſiunctiue: quia ad inferendum diſtinctionem realem ſufficit habere aliquam iſtarum conditionũ prima pars probatur per doctorem in ſecundo di. prima. Nihil eſt idem realiter a. ſine quo a. poteſt eſſe realiter ſine contradictione quia aliter idem ſimilis eſſet & nõ eſſet: ꝙ videtur eſſe oppoſitum primi principij: ex quo principio vr̃ ſtatim concludi diuerſitas entium: quia ſi de aliquibus duobus dicãtur contradictoria eodem mõ quo dñr de eis: videntur eſſe non idem, & ita ſi contradictoria in eſſe & non eſſe dicantur de eis uidentur eſſe non idem in eſſe ſiue non idem ens. ¶ Et confirmatur rõ quia ſi iſtam propoſitionem: illa ſunt diſtincta realiter quorum unum poteſt manere ſine altero: negaret proteruus: non vr̃ relinqui unde poſsit diſtõ entiũ probari, diceret enim proteruus ꝙ non tantum plures naturæ ut ſubſtantia & accidentia cõia ſunt eadem ſed quod ſor. & Plato vel ſor. & lapis non differunt realiter, & ſi arguas contra, ſor. põt eſſe non exiſtente Platone ergo diſtingũtur realiter: negabiᵗ tibi cõſeqũtia: quia proteruus negabit tibi propoſitionẽ cui inniteris qua negata perit tota doctrina philoſofi 7. tho. qua docet, quod ꝓblema faciliter deſtruitur per contradictio-

nem inuentam ſed difficiliter conſtruitur. Si aūt negeť propoſitio iſta non vr̄ poſſe deſtrui: quia ſi non deſtruitur per contradictionē nec per aliquam aliā oppōnem aut ſaltem non faciliter. ¶ Ex quo infero quod totum diſtinguitur realiter a ſuis partibus loquendo de toto eſſentiali integrali & quantitatiuo. ¶ Secundum correllariū ꝙ res diuerſorum generum actualiter exiſtentes, ſimiliter indiuidua tam eiuſdem ſpeciei q̄ diuerſarum ſpecierū eiuſdem p̄nti actualiter exiſtentia realiter diſtinguntur: etiam materia & forma realiter diſtinguntur. ¶ Tertium correllarium quod tres perſone diuinę diſtinguntur realiter a ſe innicem & non ſunt idem realiter non obſtante ꝙ vna non poſſit eſſe ſine alia: quia hoc non eſt niſi ꝓpter vnitatem eſſentiæ. ¶ Dices arguendo contra: quæcunq; uni & eidē ſimpliciter ſunt eadem ſimpliciter, illa inter ſe ſunt ſimpliciter eadem primo priorum & primo phyſicorum ſed perſone diuine ſunt idem realiter eſſentie, ergo īter ſe ſunt eedem realiter. ¶ Dico breuiter ommiſſis multis ſolutionibus quod illa regula debet intelligi quod ſi aliqua uniātur vel identificētur realiter vni tertio quod ſi hoc aliquid .i. incommunicabile, illa etiam identificabuntur inter ſe. Si vero illud tertium ſe habeat ut quale quid & ut cōicabile, non oportet quod illa identificata in uno identificentur īter ſe. Et hæc de 4. art. minus principali.

QVANTVM ad quintū art. qui eſt ad identitate & diſtictione eſſentiali noto aliqua. ¶ Primo quod duplex eſt ordo eſſentialis vt ad preſens ſufficit: unus eſt ſecūdū q̄d & eſt quando poſterius dependet ſic a priori ꝙ licet non poſſit eſſe ſine illo per potentiam naturalem poteſt tamen

men per potentiam dĩnam ſicut eſt de accidente reſpectu ſubſtantiæ ſaltem de aliquo : & de ſubſtantia reſpectu cauſarum ſecundarum extrinſecarum. Alius eſt ordo eſſentialis ſimpliciter & eſt ĩter illa quæ ſic ſe habent ꝙ implicat contradictionem etiam per quãcunq; potentiã poſterius eſſe ſine priori & accipio ibi ordinem eſſentialem pro dependentia eſſentiali: & ſic dico quod quandocunque aliquid habet ordinem eſſentialẽ iſto 2. modo ad aliud in ratione dependentis ad independens tali dependentia; identificatur realiter cum ſua dependentia: ſicut dicimus de creatura & ſua depẽdẽtia quam habet ad deum & de toto reſpectu ſuarum partium; ſecundo notandum ꝙ identitas eſſentialis capitur dupliciter:vno mõ pro illa identitate qua aliqua identificantur vni eſſentiæ ſingulari & ſic inter identitatem eſſentialem & realem non eſt dĩa preter quam ĩ diuinis:quia licet tres perſonę diuine ſint eedem realiter vni eſſentiæ ſingulariſsime, & per conſequens dñr eſſe idem eſſentialiter:non tñ dñr eſſe idem realiter. In creaturis vero non eſt inſtantia: qm̃ omnia eadem eſſentialiter ſint eadem realiter.¶ Secũdo modo capitur identitas eſſentialis pro illa identitate qua aliqua dñr eſſe de eſſentia alicuius ſiue concurrunt intrinſece ad eſſentiam alicuius. ¶ Iſtis notatis pono duas concluſiones. ¶ Prima ꝙ omnia illa dñr eſſe idem eſſentialiter quæ identificantur realiter vni eſſentiæ ſingulariſſime capiendo primo modo identitatem eſſentialem vel quæ ſunt de eſſentia intrinſeca: alicuius capiendo identitatem eſſentialem ſecundo modo. ¶ Ex quo infero ꝙ quæcunque identificãtur cuicunque ſingulari mundi ſiue ĩdiuiduo ſiue ſuppoſito illa ſunt idem eſſentialiter;

¶ Secunda concluſio quod illa diſtinguntur eſſentialiter quæ hñt diuerſas naturas ſiue eſſentias realiter diſtī ctas vel quæ non concurrunt ad rationem intrinſecam & eſſentialem alicuius sm̃ duo membra poſita in p̄dictam diuiſione de identitate eſſentiali ad quam confōrmiter poſſet dari vna alia diuiſio de diſtinctione eſſentiali. ¶ Intellige tñ quod ad diſtinctiouem: vel identitatem eſſentialem, & ſimiliter ad quancunque identitatem vel diſtinctionem quæ eſt ſecluſo opere intellectus requiruntur extranea eſſe poſitiua & exiſtentia: q̄a accidens non poteſt habere nobilius eſſe & verius quā ſuum ſubiectum uel fundamentum. Et ſi queratur quod cum ego non ſim realiter idem cum antichriſto ut clarum eſt. Numquid bene ſequitur quod ſum realiter diſtīctus ab eo. Dico quod non, ſed bene ſequitur quod ſum ſibi non idem, & ſic de alijs, & hoc de quinto articulo minus principali.

QVANTVM ad Sextum artic. qui eſt de idētitate ſubiectiua & eius diſtinctione eſt duplex modus dicendi. ¶ Primus quod illa dicuntur eſſe idē ſe totis ſubiectiue quæ quidditatiue conueniunt in aliqua realitate potentiali & contrahibili per realitatem dr̄iæ. Et per oppoſitum illa diſtinguntur ſe totis ſubiectiue quæ in nulla tali realitate quidditatiue conueniunt. Et ex iſto modo dicendi eliciuntur tria correlaria. Primum quod quæcumque includunt idem genus quidditatiue ſunt idem ſe totis ſubiectiue. ¶ Secundum correlarium ꝙ omnia prædicamenta a ſe inuicem deus etiam & creatura: ſe totis ſubiectiue diſtinguntur. ¶ Tertium correlarium ꝙ perſone diuine ſe totis ſubiectiue diſtinguntur: & ſic

ſecundum

ſecundum iſtum modum dicendi identitas ſubiectiua eſt inferior ad identitatem obiectiuam & diſtinctio obiectiua eſt inferior ad diſtinctionem ſubiectiuam quę cumq; enim ſunt idem ſe totis ſubiectiue ſunt idem ſe totis obiectiue & non econuerſo: & quæcunque diſtinguntur ſe totis obiectiue diſtinguntur ſe totis ſubiectiue & nō econuerſo ſcd'um iſtum modum dicendi: quare &c. ¶ Alius modus dicendi eſt quod illa dñr idem ſubiectiue quorum realitates poſſunt ſimiles eſſe in eadem re uel per identitatem realem: vel per modum informantis vel informabilis, Et per oppoſitum illa diſtinguntur ſe totis ſubiectiue quorum realitates nō poſſunt ſimiles eſſe in eodem numero alio prædictorū modorum .ſ. vel per modum informantis: vel per modum informabilis: vel per identitatem realem. ¶ Ex hoc inferuntur aliqua correlaria. ¶ Primum quod oīa quæ ſunt ī diuinis ſunt idem ſubiectiue. ¶ Secundum quod oīa in vno indiuiduo ſiue ſint ſuperiora ſiue accidentia abſoluta ſiue reſpectiua ſunt idem ſubiectiue. ¶ Tertiū correlarium ꝙ duo īdiuidua eiuſdem ſpeciei maxime de prædicamento ſubſtantiæ & etiam alterius ſpēi conplete eiuſdem prędicamenti diſtinguntur ſe totis ſubiectiue. ¶ Quartū correlarium, ꝙ duo contraria & duo relatiua oppoſita maxime de ſecūdo mō relatiuorum ſimiliter dñiæ eſſentialiter diuidentes genus diſtīguntur ſe totis ſubiectiue ſcd'um iſtū modū dicēdi. ¶ Et ſi queras quis iſtorum modorum eſt ꝓbabilior. Dico quod vterque eſt probabilis, nec eſt differentia inter eos niſi in modo vtendi vocabulo, & ideo qui uoluerit tenere alterum illorum: dicat conſequenter, & hoc de ſexto articulo minus principali.

QVANTVM ad 7.ſ. de identitate obiectiuâ & eius diſtinctione: dico breuiter quod illa ſunt idem obiectiue de quibus poteſt pdicari aliquod prædicatum quidditatiue ſiue illud ſit limitatum, ſiue trãſcendens, ſiue dicat realitatem potentialem, ſiue non. Et illa diſtinguntur ſe totis obiectiue de quibus non põt pdicari tale pdicatum qdditatiue. ¶ Ex hoc inferuntur aliqua correlaria. Primum ꝙ deus & creatura ſunt idem ſe totis obiectiue & etiam pdicamenta. ¶ Secundum quod paſsiones entis a ſeinuicem & ab ente diſtĩguntur, ſed totis obiectiue. ¶ Tertium correlarium, ꝙ drie ultime, & breuiter oĩa illa q̃ ſunt primo diuerſa diſtĩguntur ſe totis obiectiue. ¶ Pro quo notandum ꝙ aliud eſt dicere aliqua eſſe diuerſa & dria, nam dria ſunt alicui idem entia, hoc eſt dem̃ in aliquo qdditatiue conueniunt, & in aliquo qdditatiue differunt, diuerſa ſunt q̃ in nullo quidditatiue conueniunt, iuxta quod dicit Sco. ꝙ oĩs dria differentium reducitur ad aliqua primo diuerſa alioquin nõ eſſet ſtatus in differentibus, hoc notato probatur ſic ppoſitum rõne Sco. gratia exẽpli accipiãtur duo differentia & ſint ſor. & pla. tunc ſic ſor. & pla. in aliquo conueniunt & per aliquid differunt, ut patet ex ſuppoſito acccipiantur ergo illa per quæ differunt & ſint a. & b. vel ergo a. & b. ſunt diuerſa vel differentia: ſi ſunt diuerſa: habeo propoſitum .ſ. quod iſta diſtinguntur ſe totis obiectiue, ſi ſunt differentia quæram ſicut prius; vel ergo erit proceſſus in infinitum quod eſt inconueniens: vel ſtabitur ad aliqua quæ ſe totis obiectiue diſtinguntur, & hoc de ſeptimo articulo minus principali.

QVANTVM ad vltimum artic. principalē pro compleméto huius quæſtionis qui eſt illatiuus & inueſtigatiuus identitatum & diſtinctionū primo diuidédo in duas partes principales: ſic procedam, in prima parte dabitur modus venandi diſtinctiones, & identitates in ſecunda parte dabitur modus inferendi vnam diſtinct onem & identitatem ex alia. ¶ Quantum ad primam partē primo incipiā a diſtinctione rationis,& pro ampliori declaratione notādum ꝙ diſtinctio rationis inueſtigatur propter diuerſas relationes rōnis attributas per actum rectum vel collatiuum intellectus eidem obiecto uel diuerſis hoc modo, quia uel res realis comparatur ad rē realem vel realitas ad realitatē:& hoc uel ad ſeipsā vel ad aliam in uno & eodem obiecto formali,ut qñ intellectus cōparat colorem & diſgregatiuum in albedine: vel res rationis ad rem realem: ut qñ intellectus cōparat genus ad animal & econuerſo:vel res rationis ad rē rōnis, ut qñ intellectus comparat genus ad ſpēm & econuerſo ſi primo modo: vel res realis comparatur ad ſeipſam uel ad aliam ſi ad ſeipſam: vel comparatur ipſa ut intellecta ad ſeipſam non intellectam: uel ad ſeipſam ut intellectam.Si ſecundo mō: vel igitur comparatur ipſa res concepta ſub uno modo concipiendi ad ſeipſam: uel ad aliā: vel ſub alio mō concipiendi: ſi primo modo: uel igitur ſub modo concipiendi grammaticaliter: ut ſignificando aliquid in recto vel in obliquo: vel logicaliter, puta in con reto uel in abſtracto:& ſic ſcđm diuerſas cōparationes intellectus ad res eaſdem vel diuerſas oritur diſtō rationis. ¶ Diſtinctio verò ex natura rei inueſtigatur per quattuor gn̄a oppoſitionis.

¶ Primo per oppoſitionē relatiuā. ¶ Secundo per oppoſitionem contrariā. ¶ Tertio per oppoſitionem priuatiuam. ¶ Et 4. per oppōnem contradictoriā: ſic q2 impoſsibile eſt duo oppoſita ſiue relatiue ſiue priuatiue ſiue contrarie ſiue contradictorie ſimul eidem reſpectu eiuſdem conuenire & differre ideo &c. Exemplum de oppōne relatiua: vt quia intellectus agens mouet ītellectū poſsibilem: & intellectus poſsibilis mouetur ab intellectu agente, concludimus ibidem eſſe diſtōnē ex natura rei. Exemplum de oppōne contradictoria ut quia ſuperius eſt cōicabile pluribus: inferius vero nō, ideo &c. Exemplum de oppōne priuatiua vel quaſi priuatiua: vt quia eſſentia diuina eſt cōicabilis pluribus ꝑſonis: paternitas vero incōicabilis, ideo &c. Exemplū de contraria oppōne: capiendo large contrarietatē: ut quia homo formaliter eſt ad ſe; dependentia qua dependet ad deum formaliter eſt ad aliud ideo &c. ¶ Diſtinctio aūt formalis facilis eſt ad inueſtigandū: dūmō extrema ſint poſitiua. Tn̄ quadruplici via poteſt inueſtigari. Primo per viam excluſionis. Oīa em̄ quæ ſic ſe habent ꝙ unum non eſt de conceptu quidditatiuo alterius: illa formaliter diſtinguntur. ¶ Secundo per viam diffōnis ſic, quæcumq; enim hn̄t diſtinctas diffinitiones quarum vna non includitur in alia illa formaliter diſtinguntur. ¶ Tertio per viam deſcriptionis ſic quorum deſcriptiones ſunt diuerſe: illa formaliter diſtinguntur; intelligendo per deſcriptionem manifeſtationem conſtitutā ex gn̄e & propria paſsione. ¶ Quarto per viam demr̄ationis ſic quandocunque aliquid eſt demoſtrabile de aliquo & de alio non, illa ſunt diſtincta formaliter. ¶ Poteſt tn̄ addi quinto via reduplicatio-

nis ſecundum Franc. ſic qñ aliquid competit alicui in quantum tale & non alij: ſicut uiuere competit homini inquantum homo & non lapidi: illa formaliter diſtinguntur.¶ Diſtinctio vero realis quadrupliciter poterit inueſtigari. ¶ Primo per uiam gñationis ſic: quorum vnum generatur alio non gñato illa diſtinguntur realiter. ¶ Secundo per viam corruptionis. ¶ Tertio p viam originis. ¶ Quarto per viam ſeparate exiſtentiæ vel ſubſiſtentiæ.¶ Diſtinctio autem eius eſſentialis quadruplici via inueſtigatur.¶ Primo per uiam generationis.¶ Secundo per viam corruptionis.¶ Tertio per uiã ſeparationis. ¶ Quarto per viam dependentiæ. ¶ Diſtinctio tamen ſe totis ſubiectiue per uiam actualis ſeparationis poterit inueſtigari iſto modo: qñ aliqua actualiter ſecundum eſſe exiſtentiæ uel ſubſiſtentiæ ſeparantur abinuicem illa ſe totis ſubiectiue diſtinguntur. ¶ Sed diſtinctio ſe totis obiectiue ſic inueſtigatur: quæ in nullo quidditatiue cõueniunt illa ſunt ſe totis obiectiue diſtincta. ¶ Ex quibus ſequitur quod identitas iſtorum per oppoſitum eorum quæ dicta ſunt de diſtinctionibus poterit inueſtigari.

QVANTVM ad ſecundam partem huius articuli. Primo inueſtigemus modũ inferendi unam identitatem ex alia. ¶ Secundo unam diſtinctionem ex alia. ¶ Quantum ad primum pono duas concluſiones quarũ prima eſt iſta: ꝙ minima identitas eſt identitas ſe totis obiectiue: quia ab oĩbus infertur & ipſa nullam aliã infert. ¶ Secunda cõcluſio quod maxima identitas eſt identitas rõnis: quia oẽs alias infert & non econuerſo: poſt iſtam eſt identitas ex natura rei quæ oẽs alias ſequentes

tes

tes infert & non econuerſo. Similiter dico de identitate formali in rebus non cōpoſitis ex re & re: capiendo proprie identitatem formalem: ita ꝙ ſemper maior identitas infert minorem ĩ talibus rebus, in rebus āt cōpoſitis ex re & re identitas formalis non infert alias identitates. Materia .n. & forma ſunt eedem formaliter cōpoſito, cū ſint de ſua diffōne ſecūdū phyloſophū 7. meta. & tamen diſtinguntur realiter ab eodē. ¶ Idētitas āt realis infert identitatem eſſentialem: & etiam identitatē ſubiectiuā: ſcđm ſcđm modū dicendi de identitate ſubiectiua non tamen ſecundum primum: nec infert etiā idētitatē obiectiuā nec ſcđm primū: nec ſcđm ſecundum modum dicendi; potentię em̄ aīę ſeu paſsiones entis ſunt eedem realiter inter ſe, & eſſentialiter: & tamen diſtinguntur ſe totis obiectiue cum in nullo quidditatiue conueniant. ¶ Et ſi detur ꝙ conueniant: ſaltem ego veniā ad primo diuerſa per quæ iſte potentiæ aīæ differunt: & iſta erunt diſtincta ſe totis obiectiue nō realiter. Et breuiter non poſſum uidere qūo una identitas per bonam cōſequētiā poſſet īferre oēs alias identitates: licet aliquæ aliquas inferant, ut dcm̄ eſt. ¶ Quantum ad ſecundum de modo inferendi vnam̄ diſtinctionem ex alia: pono iſtam concluſionem: ꝙ maior diſtinctio infert maiorem tamen nō video iudicio meo qualiter una diſtinctio per bonā cōſequētiam poſſet omnes alias diſtinctiones inferre: licet aliqua aliquas īferant, Minima tamen videtur eſſe diſtinctio rationis: quia ab oībus infertur: ꝙ declaro ſic: due potentiæ animæ diſtinguntur ſe totis obiectiue: eodem mō quo dictum eſt: & tamen non diſtinguntur ſe totis ſubiectiue: ſcđm ſecūdā opīonē ſuperius recitatā de diſtinctio-

ne

ne ſubiectiua, nec etiã infert diſtinctionem realem ſecundum omnes formalizantes, nec eſſentialem, materia etiam & forma diſtinguntur realiter a compoſito: & tamen nõ formaliter, vt iã dictum eſt, iſta mihi uidentur uera: licet multi formalizantes dicant oppoſitum ſoluãt tamẽ difficultates ibi tactas videlicet de potentijs animæ ſe totis obiectiue diſtinctis: & tamen nõ realiter nec eſſentialiter: quæ etiam ſunt eedem realiter non tamen obiectiue: etiam de materia & forma q̃ ſunt eedem formaliter cum cõpoſito & tamen non realiter: immo diſtinguntur realiter nec unquam Scotus ordinauit illas cõſequẽtias ſiue illationes: nec etiã habent aliquam rationem conuenientem: ideo eadem facilitate qua ſic affirmantur & ordinantur deſtruuntur. Et hæc de corpore quæſtionis.

AD ARGVMENTA principalia. Ad primum cum dicitur, ille formalitates vel ſunt aliq̃ res &c. dico ꝙ ſunt aliq̃ realitates & nõ ꝓprie alique res ſed magis aliquid rei, & cum infertur, ergo diſtinguntur realiter, uerum eſt accipiendo diſtõnem realem large ꝓ oĩ diſtõne quæ eſt ſecluſo opere intellectus, non tamẽ diſtinguntur realiter accipiendo ꝓprie diſtinctionem realem ꝓ illa quæ eſt inter rem & rem. ¶ Ad ſecundũ cum dicitur, quæ diſtinguntur ex natura rei diſtinguntur realiter, dico ꝙ verum eſt realiter .i. per realitates & ex natura rei non tñ ſicut res & res, quia alia eſt diſtinctio rei & alia ex natura rei vt dcm̃ eſt. ¶ Ad tertiũ cum dicebatur ſicut ſe habet res ſubiecti &c. dico ꝙ proprie non eſt hic locus a tranſmutata proportione, quia ubi eſt ꝓportio vel locus a tranſmutata ꝓportio ne oportet quòd ſint diſtinctę rẽs quia proportio etiã

tm̄ rerum & per conſequens tantum fundatur in illis quæ ſunt res & res cum igitur res ſubiecti non ſit alia res a re paſsionis ſed eadem & indiſtincta, imo nō poteſt fundare proportionem, nec per conſequens erit locus a tranſmutata ꝓportione. ¶ Vel aliter dr̄ licet iſta ſolutio ſit bona quod ſimilitudo argumēti nō valet eſt .n. ſimilitudo, & diſsimilitudo, ſimilitudo ē iſta ꝙ ſicut res ſubiecti non poteſt eſſe ſine re paſsionis ita formalitas ſb̄ti non pōt eſſe ſine formalitate paſsionis, diſsimilitudo aūt ꝓꝑ q̄ claudicat eſt quia res ſubiecti trāſit in identitatem realem cū re paſsionis, & ecōtra formalitas aūt ſubiecti non tranſit in identitatem foralem cū formalitate paſsionis nec econtra quare &c. ¶ Ad quartum, cum dr̄ ꝙ formalitas ſubſtātie eſt uera res, dico ꝙ oīs talis eſt uera res ſi ſit ſubſtātia in recto uñ eo modo quo talis formalitas ē ſubſtātia uel aliquid eius, eſt res, mō non oīs formalitas ſubſtantie eſt ſubſtātia in recto, ſed aliqua in recto & aliqua in obliquo, quare ꝓprie nō debet dici illa q̄ eſt in obliquo ꝓprie ſubſtantia ſed ſubſtantie, & ideo non oportet ꝙ illa quæ ſunt diſtincte ꝑ formalitates ſemper dinſtinguantur ſicut res, & res ſed ſicut rei & rei. ¶ Ad quintum cū dr̄ ꝙ quæcūq; hn̄t diuerſas diffōnes diſtinguntur realiter, uerū eſt ſi habeant diuerſas diffinitiones q̄dditatiuas conſtitutas ex genere & dr̄ia, non oportet aūt ſi hēant ſolū diuerſas rationes formales ab intellectu ex natura rei formaliter conceptibiles. ¶ Ad ſextum cum dr̄ ꝙ tunc ab uno & eodem &c. Dico ꝙ ab uno & eodem non pōt ſumi vnitas rerū & pluralitas rerum reſpectu eiuſdem, dico tm̄ ꝙ ab uno & eodem pōt ſumi vnitas rei & pluralitas formalitatū, quæ non opponuntur in eodē nec repugnāt. ¶ Ad ſepti-

mum cum dr̄ accipio formalitates ſubiecti & ꝓprie paſſionis &c. admitto totū. Et cum poſt dr̄ vel his formalitatibus ſubiecti & paſsionis eſt aliquid cōe uel nihil, dico ꝙ nihil ē cōe vnīuocum uniuoce dcm̄. hn̄t tn̄ unā cōem realitatem ſubiectiuam in qua realiter conueniūt & differunt licet non quidditatiue. Et cum ultrā dr̄ quæcumq; diſtinguntur ſe totis obiectiue diſtingūtur ſe totis ſubiectiue & realiter. ¶ Dico ꝙ argumentum eſt bonum cōtra illos qui dn̄t ꝙ diſtō ſe totis obiectiue infert diſtinctionem ſe tot ſubiectiue & omnes alias, ſed ego non dico ſic. iō dico ꝙ aliqua ſe totis eſſe diuerſa pōt eſſe dupliciter vno modo in realitate obiectiua, & ſic ille formalitates ſubiecti & proprie paſsionis sūt primo diuerſe, nec poſtea ſequitur ꝙ diſtinguanť realiter alio modo in realitate ſubiectiua, & ſic realitas & formalitas ſubiecti & paſsionis non ſunt primo diuerſe, q̄a conueniunt in realitate & eſſentia ſubiecti & paſsionis, & in ea identificantur realiter. ¶ Ad aliā ꝓbōnem cum dicis q̄rendo de illo ī quo conueniūt, vel eſt ens reale vel rationis. Dico ꝙ innullo conueniunt q̄ditatiue, iō illud n̄ eſt ens reale nec ens rōnis, dico tn̄ ꝙ in aliquo conueniunt denominatiue & illud eſt ens vel res tranſcendēter, dico ēt ꝙ conueniunt in realitate ſubiectiua, ſicut dcm̄ eſt. ¶ Ad octauum cū dicitur, q̄cunq; diſtinguntur quiditatiue &c. nego, ad ꝓbōnem, quia quiditas & res idem ſunt, verum eſt ſed in adequate, quia cum vnitate rei pōt ſtare pluralitas formalitatum. ¶ Ad nonum cū dicitur ab Herueo nulla paſsio &c. tranſeat ꝓ nunc, poſtea cum dicitur in minori, ſed diſtinctio eſt paſsio entis, concedatur totus ille ꝓceſſus vſq; ad minorem ꝓ ſyllogiſmi & cū dicitur, oē ens eſt reale vel rationis, ut pa-

tet quinto mo.dico ꝙ omne ens eſt reale.i. ſecluſo opere intellectus vel rationis.i.per opus intellectus poſtea cum infertur,ergo omnis diſtinctio eſt realis vel rationis,dico quod omnis diſtõ eſt realis.i. ſecluſo opere intellectus,q̃ a nobis uocatur diſtinctio ex natura rei, vel rationis.i. per opus intellectus,tñ inter illas diſtinctiones mediat diſtinctio ex natura rei & formalis.¶ Ad decimum cum dicitur,quæcunq; diſtingũtur numero &c. concedo illam maiorem & nego minorem.ſ.ꝙ quecũq; diſtinguntur formaliter diſtinguntur numero.Et ad ꝓbationem,quia q̃cumq; diſtinguntur formaliter diſtinguntur quiditatiue tranſeat,ſed quæcũq; diſtinguntur quiditatiue diſtinguntur ſpecifice,nego illã,& ſi adhuc concederetur non ſequeretur vltra,diſtinguntur ſpecifice,ergo diſtinguntur numero,quia ſecundũ eos actio & paſsio diſtinguntur ſpecie,& tamẽ ſunt unus motus numero,vt ipſi dicunt,quare &c. ¶ Ad vndecimum cũ arguebat Franc. de marchia illa q̃ habent realiter & eſſentialiter diuerſas formas &c. concedo accipiẽdo formam primo & ſecundo mõ,non aũt accipiendo formã, quinto mõ. Et ad minorem cũ dicit,q̃cumq; diſtingunt̃ formaliter diſtingũtur per formas,verũ eſt per formas .i. quiditates. & accipiendo formam quinto modo,nõ aũt accipiendo formam pro forma accñtali uel ſubſtantiali,iõ totus ꝓceſſus ſequens non valet quia ꝓcedit ex falſo intellectu.¶ Ad duodecimum cũ dicebatur, niſi illa quæ formaliter diſtinguntur &c. concedo reſpectu illorum a quibus facit differre vel diſtingui realiter,& dico breuiter ꝙ eo mõ quo formalitas eſt principium diſtinctiuum eo mõ facit differre,ſi realiter realiter,ſi formaliter formaliter. ¶ Ad confirmationẽ põt dici ꝙ nõ

eſt

eſt ſimile,quia in differentiá rationis eſt aliquid actuale,puta ipſa relatio rationis, & aliquid potentiale puta ipſum ſubiectum vel fundamentum. Non ãt oportet ꝙ ita ſit in omni diſtinctione ex natura rei.

FINIS.

ERRATA	SIC CORRIGITO	PAG.	VERS.
Cettera	Cetera	1	16
Se tenet	hæc erit	21	2
quod	quo ad	26	1
vniuocum	poſitiuum	48	8
diminutiue	denominatiue	52	6
etherogeneæ	homogeneæ	88	16
fidei	illius	94	14
rationalis	rea is	104	6
rationale	reale	104	6
quod unũ ſit	H. Quum vnum non ſit	220	1
ſolum	modum	125	27
qui	quia	183	20
ſed	ſicut	142	12

¶ Lectio Prima.

CAVSA cur formalitates ediderit Scotus, opinioque triplex circa formalitates. Pagina. 2

Diſtinctionem multiplicē eſſe ponendam rationibus decem oſtenditur. pag. 4

Natura elementi eadem, & mouet, & mouetur, idque fit notum exemplo elemētorum. pag. 4

Qualitatꝰ eādē diuerſis ī ſpeciebꝰ eſſe qualitatis, modiſque illiꝰ quatuor. pag 5

Subſtātia vna oībus ī prædicamētis reponibilis. pa. 5

Scientiarum habitus ſunt a ſe inuicem diſtincti, & ſub diuerſis ſcientijs idē eſſe corpus poteſt. pag. 6

Corpus idem, nō autem modo eodem conſiderat: Phiſicus, Methaphiſicus Matematicꝰ, & Thologus. pa. 6.

Actio, & paſſio idem ſunt, aliud tamen, & aliud habēt quicquid erant eſſe, P. Atdoctio & doctrina nō ſunt idem, neque actio cū paſſione. pag. 7.

Virtus, & iuſtitia eadem dicitur eſſe res, diſtincta tamē ſecundum rationem quidditatiuam. pag. 7

Ens, & vnū una natura ſunt, diſtincta tñ ratione quidditatiua, & inſtatur contra iſta, & ſoluitur obiectio clare. pag. 8

Eſſentia diuina a patre, & filio, & ſpiritu ſancto non eſt alia eſſentialiter, ſed formaliter. pag. 9.

Eſſentia diuina eſt de eſsētia patris, cùm pater in eſſe cōſtituatur eſſentia, & paternitate. Pater tamen nō eſt de quidditate eſſentiæ quatenus pater eſt. eſſentia tamen eſt de ęſſentia patris, non quòd quidditatiue, & per ſe prędicetur de patre. & primo modo; nō enim eſt ens per ſe vnum. pag. 9.

De una, & eadem re duo cōtradictoria prædicari poſſunt, licet non reſpectu eiuſdem. pag. 10.

Anima vult, & non vult, intelligit primo, & nòn primo, neque per ſe intelligit. pag. 10.

¶ Lectio Secunda.
Vtrum ea, quæ diſtinguntur formaliter, diſtinguantur realiter? Titulus eſt queſtionis. pag. 11
Formalitas quid, unde, & quot modis ſit dicta pa. 11
Realitas a re dicta eſt pag 12
Res ſubſiſtentiæ, exiſtentiæ, & eſſentiæ. pag 12
Res ſubſiſtentiæ eſt incommunicabile ut quo, & ut quòd. pag. 12
Res exiſtens eſt, quæ poſita eſt extra cauſam ſuā, & intellectum. pag. 13
Res eſſentiæ eſt ipſa rei eſſentia. pag. 13
Eſſe eſſētiæ numq̄ ab eſſētia realiter ſeparatur pag. 13
Eſſentia realis non ſeparatur ab exiſtentia realiter, bene autem eſſe cognitum. p. 13
Res eſſentiæ, & ſubſiſtentiæ quomodo ſe ſe inferāt. 13
Diuiſio, diſtinctio, & non idem idem ſunt, differunt autem ſecundum magis, & minus. pag 14
Queſtio quid intelligat, quid ſupponat, & quid quæritet. pag 14
Super vnum tres relationes ponuntur, idem, ſimile, & equale pag. 15
Fundamentum duplex harum realitatum, proximū, & remotum. pag. 15
Ens quomodo diuidatur in idem, uel diuerſum, ſimile uel diſſimile, equale, vel inequale. pag. 16
Scientia formalitatum non habet intrinſecas cauſas, ſicut neque alia ſcientia. pagina 16
Quid ſubiectum ſcientiæ huius? pag 17
Subiecti conditiones aſſignā tur. pag 17
Quare formalitates potius quàm realitates appellanda ſunt. pag. 17
¶ Lectio Tertia.
Ens primo diuitur. pag. 18
Diuiſio quincuplex pag 19
Aequiuocum æquiuocans, & ęquiuocatū. ibidem. p 19
Aequiuocum a caſu, & a conſilio. ibidem. pag. 19
Analogum. pag. 19
Equiuocum analogum a conſilio. pag 19
Ens diuiditur in ens reale, & in ens rationis. pag. 20
Ens hoc pacto diuiſum ſubiectum eſt primum intellectus noſtri. pag. 20
Primitas triplex pfectionis, originis, & adęquationis. pagina 20
Potentia quęlibet ſuam retinet vnitatē obiecti. pag. 20
Vnitas quatruplex uniuocationis

tionis, ęquiuocationis, Analogiæ, & proportionis. pagina 20
Obiectum cuiuſcumque potentiæ uniuocū eſſe debet, cur igitur intellectus tale vniuocum non habet obiectum? pag. 21
Obiectum moues, & terminat intellectum diuerſimode. pag. 21
Ens rationis, ſicut eſt ſecūda intentio per ſe ſcilibe eſſe vr̄, vnde & reale. pag 22
Quare ens nō ęquiuocū, ſed uniuoce eſſe videtur enti reali, & rationis pag. 22
Intelligibilitas conuenit ſecūdis intentionib⁹, ſed nō primo neque per ſe. 22
Logicus an per accidens conſideret ſecundas intentiones, quia non primo conſiderat. pag. 22
Contradictio Scoti ſoluitur de primo obiecto intellectus. pag. 23
Complexio, & diuiſio eſt in mente, & non in rebus 23
Ens reale vniuocum ē Deo, & decem prædicamentis. pagina 24
Siquis omnia entia dicit, ęquiuoce numcupabit ea, Porphirius Ariſtotelem citando ſomniat. pag. 24
Ens dicitur de entibus, ſicut ſanum de ſanis nō vndique. pag. 25
Accidentia ſunt non entia perfecta, & cōparatiue ad ens perfectum, ſunt eñ diſpoſitiones entis perfecti. pag. 25
Materiæ, & forma ſunt compoſito nobiliores, & minus nobiles. pag. 25
Contrahitur ens ad Deū, & creaturam non per differétias, ſed per modos intrinſecos, qui non ſunt entia. pagina 26
Ens non prædicatur in quid de paſſionib⁹ ſuis & modis intrinſecis, ut de differentijs in quale licet eſſentiale prædicetur. pag. 26
Modi intrinſeci non ſunt nihil, ſed identice ens. p.26
Quæ continentur ſub extremis contradictionis nō habent conceptum uniuocum. pag 26
Deus, & creatura, ſubſtantia & accedens non ſunt extrema contradictionis, licet ī ſe, & ſuper ſe illam fundare poſſint. pag. 27
Quæ ſunt primo diuerſa non habent conceptum communem. pag 27
Deus, & creatura quomodo ſint, & non ſit primo diuerſa. pag. 27

Entis conceptus duplex, realitatis, & obiecti. pag. 27
Entis rationis duplex conceptus ratiocinabilis, & rationis comparantis. pag. 27
¶ Lectio Quarta.
Quid ſit ens reale pag. 28
Antichriſtus, & ſcientiæ entia realia ſunt. pagina 28
Intellectus duplex rectus, & collatiuus. pag. 29
Voluntas eſt etiam collatiua potentia, atq; ſenſus interiores. pag. 30
Intellectus ex propria ratione rē nō cognoſcit ex propriis, ſed ex comunibus pag. 30
Cōferētia duplex ē, ratiocinatiua, & animaltica. pag. 31
Senſus interiores declarantur omnes. pag. 31
Habitus ſcientificius in intellectu eſt, ſed immediate, ſecundæ autem intentiones mediate. pag. 35
Entis ratiōis cōditiōes. p. 35
Entis rationis triplex acceptio. pag. 36
Entis ratiōis ēe duplex. p. 36
Ens obiectiue in anima. p. 37
Species rei, & non res in intellectu ſunt. pag. 37
Res in potētia ponitur in prædicamento, ac ſi eſſet res in actu. pag. 38
Humanitas Sortis dicitur natura cōmunis per indifferētiam, & non per inexiſtentiam, quia non repugnat ſibi in Platone eſſe. pag. 38
Diuina autē natura e cōtra eſt in perſonis. pag. 38
Vniuerſale duplex, in potentia remota vt humanitas Sortis, & in potētia propinqua, & eſt quando relucet in ſpecie intelligibili. pag. 39
Vniuerſale autem in actu dicitur, quando actu ab intellectu conſideratʳ. pag. 39
Ens ratiōis obiectiue ē uniuerſale in anima. pag. 39
¶ Lectio Quinta.
Secunda intentio quomodo cauſetur. pag. 40
Voluntas cauſare poteſt ſecūdā intētionē, nō tamē cuilibet rei attribuere. pag. 43
Bruta animalia entis rationis, nō autē ſecundarum intentionum eſſe cauſare queunt. pag. 43
Deus non ualet ſecundas cauſare intentiones. pag. 44
Deus eſſe ſecundam intentionum cauſauit a principio orbis. pag. 44
Chimera fundare nō poteſt ſecundam intentionem, bene chimeræ pars. pag. 44
Intentio generis, & intentio ſpeciei, qua diſtinctione diſtinguntur. pag. 44
Intentionum ſecundarum triplex

plex genus. pag. 44
Entis realis diuiſio prima per quantum, & non quantum. pag. 45
Ens quantum per finitum, & infinitum. pag. 45
Ens finitum per abſolutum, & reſpectiuum. pag. 45
Ens abſolutum quid, ut Deus attributa, & tria genera generaliſſima. pag. 45
Ens reſpectiuum, ut proprietates notionales, relationes communes, & ſeptem genera generaliſſima. pag. 46
Relatio duplex intrinſeca, & extrinſeca. pag. 46
Quantitas duplex, molis, atq; uirtutis. pag. 46
Quantitas molis eſt in prædicamento, uirtutis vero nō, ſed tranſcendēs. pag. 47
Entis prima diuiſio impugnatur. pag. 47
Ens non quantum ubi reperiatur. pag. 48
Relatio an quāta ſit, cum ens in decem genera generaliſſima diuidatur. pag. 48
Inſtatur, & ſoluitur inſtantia duplex. pag. 48
Attributa omnibus in diuinis competunt, relationes uero originis uni, aut duabus ad ſummum. pag. 48
Diſtincta plura realiter infinita formaliter eſſe nequeūt in diuinis. pag. 48
Deus cum rebus omnibus eſt formaliter perfectior, ſine illis vero radicaliter. p. 49
Attributa, quę in diuinis. p. 49
Relationes notionales. p. 50
Relationum, relatio, reſpectus, & habitudo quomodo cohæreant. pag. 50

¶ Lectio Sexta.

Ens denominatiue, nō autem formaliter eſſe ad aliud poteſt. pag. 52
Formaliter quatuor modis dicitur ens ad aliud. pag. 52
Proprietas pſonalis, & ꝓprietas notionalis quæ. pa. 53
Attributa ī diuinis quæ. p. 54
Attributa in nobis ſunt in genere, in deo uero tranſcendentia ſunt. pag. 54
Entis diuiſiones ſex. pag. 54
Relatio originis quanta non eſt, nec non quanta, nec formaliter ſubſtantia eſt, aut accidens. pag. 55
Humanitas in ſe entitatem habet antequam unitatem. pag. 56
Enti unitas intima ē, quia realiter eſt eadem. pag. 56
Entis paſſio prima unitas. 56
Entis quidditas ſubſtantia eſt, & accidens. pag. 56
Entis modus intrinſecus quātum, & nō quantū. pag. 58
Intellectus clare, atq; confu-

ſe cognoſcit. pag. 56
Ens uniuocum, & æquiuocũ dicitur reſpectu intellectus clare, uel confuſe cognoſcentis pag. 56
Demonſtratio non eſt definitionis, neq; ſubſtantiæ, ſed paſſionum. pag. 57
Humanitatis abſtractæ uirtutis quantitatis eſt demonſtrabilis aliqua, & impugnatur quincupliciter atq; ſoluitur pag. 57
Entis quantitas eſt quaſi paſſio ſua, ita finitas, & infinitas. pag. 57
Entis quantitas modum habet intrinſecum illius paſſionis propriæ. pag. 58
Ens, & unum eandem naturam habent, unum tamen eſt alterius paſſio. pag. 58
Ens, & unum habent easdẽ paſſiones, non tamen eodem modo prædicantur de eis. pag. 59
Humanitas an ſit indiuiduum, & an diſtinguatur, uel una ſit cùm ſuo modo intrinſeco pag. 59
Entis quatuor diuiſiones. 60
Deus infiniti dicitur eſſe uigoris. pag. 61
Infinitas duplex, temporis, ſiue durationis, & uirtutis. pag. 61

¶ Lectio Septima.

Diuiſionis ordinem Porphirius ſeruauit in arbore ſua. pag. 61
Superiora potentialiter inferiora continent, iſta uero eſſentialiter illa pag. 62
Ens quantum in abſolutum, & reſpectiuum an bene diuidatur, a Scoto pag. 64
Ordinem in diuiſionibus nõ eſſe ſemper ſeruandũ. 64
Diuiſio aliquando eſt modus quidã ſciendi pag. 64
Diuiſio aliquando datur per notiora nobis, aliquando per notiora naturæ. p. 64
Relatio duplex intrinſeca, & extrinſeca: Intrinſeca cauſam habet, ſed non propriam pag. 65
Ordo reſpectus extrinſeci aſcendendo. pag. 66
In Deo reſpectus terminãtes ſunt uel rationis, uel nullius entitatis, in creatura uero reales. pag. 67
Reſpectus extrinſecus an ualeat præpediri pag. 67
Reſpectus extrinſecus quando, & ubi, an neceſſario ſurgat. pag 68
Relationis intrinſecus non eſt per ſe motus, extrinſecus uero ſic. pag. 69
Relatio intrinſeca per accidens acquiritur, per motũ uidelicet

nidelicet propriæ dicta ſui fundamenti. pag. 69
Intellectio, & uolitio cuius ſint prædicamenti pa. 71
Actio diuiditur in immanentem, & tranſeuntẽ. pag. 71

¶ Lectio Octaua.

Entis diuiſio in ſubſtantiam, & accedens. pag. 72
Subſtantia tripliciter conſideratur. pag. 72
Accidẽs dupliciter eſſe declaratur. pag. 72
Res dupliciter aſſignatʳ. 73
Subſtantia nõ ſemper a ſubſtãdo, ſed a ſubſiſtẽdo dicitʳ ideo Deus ſubſtãtia eſt. 73
Subſtantia intenſa, uel remiſſa an unũ dicatur per ſe, & an in pdicamẽto ponatʳ. 74
Deus a ſe non poſitiue eſt, ſed negatiue. pag. 75
Dei filius a patre eſt poſitiue non cauſatiue, ſed productiue, a ſe autem eſt negatiue cauſatiue. pag. 75
Subſtãtia tertio modo sũpta refertur aliquo modo, & denominatiue. pag. 76
Deus abuſiue ſubſtantia dicitur pag. 76
Dei tres ſubſiſtentias diuinas, & tres ſubſiſtentes, non autem tres exiſtẽtias, uel tres ſubſiſtentias. Vnicũ .n. ẽe triũ dicimus perſonarũ. 76
Triplicem ſubſtantiam illam poſuit Ariſt. pag. 76
Entis diuiſio in ſubſtantiam, & accidẽs, & alibi in decẽ prædicamẽta eadẽ eſt. 77

¶ Lectio Nona

Prædicamentum ſecũdarum intentionum poſuit Ariſt. in quolibet reali ſuo prædicamento, atque in prædicabilibus pag. 79
Prędicamentum vndecimum dr̃ prædicamentũ ſecundarũ intentionũ, non reale, ſed intentionale pag. 79
Prædicamentum intentionale per ſe in vndecimo prædicamento ponitur, deno mina.iue ĩ quolib. pa. 79
Inhęrentia per ſe in uno prædicamento, in alijs autem per accidens pag. 79
Ens diuiditur in per ſe, & per accidẽs, & in ſubſtãtiã atq; accidẽs diuerſimode p. 80
Entis diuiſiones ſeptẽ aliæ. 80
Accidentis conſideratio ſexcuplex pag. 81
Subſtantiæ partes multiplices ſunt pag. 82
Forma an corporeitatis ſit danda pag. 83
Subſtantia quõ diuerſimode ab Ariſt. diuiditʳ pag. 84

¶ Lectio Decima.

Materia, & forma quidditatiue entia ſunt, ſubſtãtia autem reductiuæ, pag 85

Subſtantiæ partes homogeneæ, & ethorogeneæ p.85.
Subſtãtiæ pars homogenea ſubſtãtia eſt, etherogenea uero non · pag. 86.
Subſtantiæ pars homogenea ſubſtantia eſt, quæ dum cõiunćta eſt toti, indiuiduũ dicitur pag. 86.
Indiuidui ratio duplex p.87.
Infinita indiuidua ꝑ ſe exiſtẽtia in homogeneo eſſe, nõ autem ſubſiſtentia pa. 87.
Totum homogeneum quomodo de parte ſeparata ꝑdicatur pag. 87.
Totum homogeneum eſt, atque vniuerſale pag. 88.
Tota duo, & partes duæ. & quomodo de ſe inuicem prædicantur pag. 88.
Res ut uenit a ratus rata ratũ conſideratur pag. 89.
Ideas cur non poſuit Ariſtoteles pag. 89.
Ideas vnde deſumat Scotus pagina · 89.
Idea quid ſit ſecundum Platonem pag. 89.
Idea principiũ generationis dupliciter. pag. 89
Idea ſolum in mente diuina reperitur. pag 90
Idea quomodo cauſeť. p. 90
Ideæ non ſunt omnino reſpećtus reales, ſed ab intellećtu diuino cauſanť, in eoq; exiſtunt. pag. 90
Idea unica ẽ, atq; plures. p.90
Idea in Deo eſt eſſentia diuina prout eſſentia eſt rerum ſimilitudo. pag. 90
Idea indelebilis eſt. pag. 90
Idea formam ſonat, quam aliquis imitatur ex intentione agẽtis, exẽplar, & modo prouidentiam. pag. 90
Idea cur ita una non ſit ſicut ſapientia, & ars. pag. 90
Idea peccatũ nõ habet. p. 91
Idea ad ſpeculatiuam, prouidentia uero ad prαćticam ſpećtat. pag. 91
Ideam indiuiduorum aliam ponimus nos ab idea ſpecierum, non ſicut poſuit Plato. pag. 91
Idea, quid ſit ſecundum Auguſtinum pag.. 91
Idea, ratio, ſcientia, ars, atq; uerbum quomodo differant. pag. 91
Idea eſt eorũ q̃ nũq̃ fient 92
Idea prius ſpeciem, quàm indiuiduũ cõſiderat pag. 92
Ideas ſubſtantiarum ſicut accidentiũ ponimus nos, nõ autem Plato pag. 92

¶ Lećtio Vndecima.

Ens diuitur in ſecundũ quid & ſimpliciter, ſiue in ens in potẽtia ſubiećtiua, & in ens in potẽtia obiećtiua 92
Potentia, & ałus ſunt eiuſdem

dem generis pag. 93
Idem in actu nõ deſtinguitur a ſeipſo dum erat in potentia neq; numero, neq; ſpecie, neq; genere pag. 93
Actus correſpondens potẽtiæ obiectiue eſt exiſtẽtia. 93
Actus correſpondens potentiæ ſubiectiue ẽ forma 94
Forma eadem eſſe poteſt in potẽtia obiectiua, & in potentia ſubiectiua pag. 94
Materia prima eſt ens in pura potẽtia obiectiua.pa. 94
Actus, & potentia non ſunt eiuſdem generis, cum unũ de genere ſubſtantiæ, & aliud de genere accidentis eſſe poſſit pag. 95
Actus, & potentia quare errauerunt dicentes eſſe eiuſdem generis. pag. 95
Potentia, & actus ſunt differentiæ entis pag. 95
Exiſtẽtia diuiditur ab eſſe rei immaginabili, cognito, & ideale, nõ autẽ ab ẽe rei uero, atq; reali. pag. 96
Antichriſtus non habet uerũ eſſe. pag. 96
Eſſe ideale in mente diuina, cognitum tamen eſſe in intellectu noſtro dicitur eſſe. pag. 96
Ideale eſſe dicit̃ duplex, formale, & obiectiuum, formale unicum eſt, obiectiuum uero reſpectu multiplicium rerũ multiplex p. 97
Alia ratione homo conditus eſt, & alia equus, ait Auguſtinus nõ formali ſed obiectiua pag 97
Entis realis diuiſiones multiplices ab Ariſtoteles aſſignantur pag. 97
Dictio diſtractiua mortuum, diminutiua uero immaginabile dicitur eſſe. p. 98
Ens in potẽtia obiectiua neq; creatum, neq; increatum dicitur, cùm creatum, uel increatum de uero ente in potentia ſubiectiua dicatur unde mediat inter ens ſimpliciter, & ens ſecundum quid. pag. 99
Ens in potentia obiectiua dicitur non ens ab Ariſt. dicente, quòd omne quod generatur ex ente, aut ex non ente, ideſt aut ex ente in potentia ſubiectiua, aut ex ente in potentia obiectiua. pag. 99
Ens in potentia obiectiua nõ fundat reſpectum generationis, neq; creationis, ſed eductionis, & largo modo factionis pag. 100
Entis in potentia obiectiua fundamentum eſt eſſe cognitum. pag. 100
Entia reſpectu cauſæ duplicis

eſſe

eſſe habuerũt poteſtate du plex pag. 100
Relatio actualis, & potentialis. pag. 101
Potẽtia omnis, aut actiua, aut paſſiua, rei eſt exiſtentis diſtinctio. pag. 101

¶ Lectio Duodecima.

Ens quatenus eſt ſubiectum methaphiſicæ, & adequatũ obiectũ intellect' nr̃i uniuoce p̃dicat de ente ſimpliciter, & de ente ſecundũ quid, ſaltem ad illa eſt uniuocum prædicatũ. 101
Methaphyſicus ſub ratione generali omnia entia conſiderat, quòd ſi ſub ſpeciali ratione conſideraret, ſuperfluerẽt reuęlationes in ſacra pagina habitæ. 102
Subiectum Metaphyſicę, & obiectum noſtri intellectus conueniunt, atq; diffe runt. pag. 103
Specificatiue Metaphyſicus ens in quantum ens conſiderat, reduplicatiue uero intellectus ens quatenus ens conſiderat ut obiectum. pag. 103
Reſpectus realis nullus exthrahit ab ente, & uno, cũ ſimplices ſint cõceptus, ſed a rebus realibus pa. 104
Propria paſſio ẽ realiter ens, non autẽ formaliter. 105
Methaphyſica expoſitio Scoti illius eſſe ipſe fatet. 105
Ens in quantum ens ſubiectũ in methaphyſica eſt ſpecifi catiue, metaphyſica tamen entia ſpeculat ĩ quãtũ en tia reduplicatiue pag. 105
Anotioribus nobis incendi mus ad notiora naturæ. pagina 105
Modus procedendi duplex aſcendendi videlicet, & deſcendendi. pag. 206
Diuiſio in aliqua in quæ deſcendit, & per aliqua aliud eſt, vox enĩ primo modo, ut canis, conceptus autem realis ſecundo modo diuiditur. pag 107
Conceptus diuiſibilis vniuocus eſſe oportet. pag. 107
Conceptus quincuplex eſſe dicitur. pag. 107
Conceptus obiectiualis duplex qualitatiuus differentiæ, & quidditatiuus generis. pag. 108
Aequiuocatio duplex, rei ſcilicet, & ſigni. pag. 108
Aequiuocatio ſigni duplex. pagina 108
Aequiuocatio ſigni naturaliter ſignificantis. pag. 108
Aequiuocatio ſigni ad placitum duplex ſcilicet a caſu

&

& conſilio. pag. 108
Propoſitio in qua ponitur ęquiuocum a caſu ſemper eſt diſtinguenda Illa autẽ in qua ponitur, æquiuocum a conſilio, non. Vt animal eſt ſubſtantia, pro uiuo enim intelligitur, cũ ſit analogum. pag. 109
Vniuocatio rei, & ſigni. 110
Analogum omne, vel uniuocum eſſe, uel ęquiuocum, & non medium tenere dicitur. pag. 110

¶ Lectio Tertiadecima.

Vniuocum prædicatum, & vniuoce prædicati differunt. pag. 111
Vniuocatio entis ſecundum Phyſicum, Logicum, atq; Methaphyſicum. pa. 112
Superius quadruplici uia in ſua inferiora deſcendit. pag. 113
Ens uniuocum dixerũt nonnulli, alii ęquiuocum, alii uero analogum, & quare. pag. 114
Vniuocatio entis duplex, tranſcendens, & limitata. pag. 115
Prædicatum tranſcendens quid. pag. 115
Quicquid eſt in genere eſt finitum. pag. 116
Genus generaliſſimum quid. pag. 116
Genus generaliſſimum ſtare poteſt ſine ſpeciebus multis. pag. 116
Genus eſt illud, quod de ſe eſt aptum natum diuidi in differentias oppoſitas, nõ autem, quod habet potentiam ad ſic diuidi. pag. 117
Aptitudo differt a potentia. pag. 117
Aptitudo quid. pag. 117
Potentia quid. pag. 117
Potentia poteſt eſſe ſine aptitudine. pag. 117
Genus eſt aptum natum dici de pluribus, ergo plura ſunt apta nata recipere prædicationem illius, non ualet. pag. 117
Forma ſolis apta eſt nata eſſe in alia materia ab illa, in qua eſt, non autem eſt alia materia apta nata recipere illam. pag. 118
Aptitudo in uno extremo non impeditur a potentia niſi propter defectum aptitudinis in alio extremo. pag. 118

¶ Lectio Quarta decima.

Ens dupliciter conſideratur, tranſcendenter videlicet, & tranſcendẽtiſſime. 118

Ens

Ens tranſcendentiſſime captũ eſt æquiuocum quacumq; æquiuocatione. pag. 118

Cõceptus cõmunis entis rea lis, uel rationis eſt neceſſe ꝙ ſit, cùm non poſſit præſcindi ab vtrisq;, & eſſe, ſicut bene auimal poteſt a rationalitate, & irrationalitate præſcindi, & eſſe, animal enim neutrum forma liter eſt. pag. 119

Ens tranſcendenter captum eſt commune Deo, & creaturę primo obiectum intel lectus noſtri ex natura potentiæ primum obiectum uoluntatis, & primũ ſubiectũ methaphiſicæ. pa. 120

Conceptus entis uniuocus an a parte rei realẽ unitatem dicat? pag. 120

Conceptus entis non eſt communis entibus per inexiſtẽtiam realem ſicut eſſentia diuina tribus eſt perſonis. pag. 120

Nec communis eſt per indiffe rentiam, ut ſunt naturæ cõmunes, de quarũ quidditate non ſunt differentiæ ultimæ, ſed conceptui entis correſpondet aliqua cõmunitas per intellectum, cùm unitas neq; realis eſt, neq; rationis pag. 120

Intellectus duplex clarus, & confuſus, ita proceſſus du plex reſpectu cuius datur. pag. 121

Entis duplex vuiuocatio. 121

Entis conceptus eſt rationis ideſt per opus abſtractiuũ intellectus, realis dicitur, quia non per opus intellectus, ratiocinatiuus pa. 122

Entis cõceptus duplex diſtinctus, & confuſus pag. 122

Entis conceptus an aliquo modo prius Deo eſſe dicatur, & primo noſtri, apud intellectum enim clare intelligentis conceptus ille non datur. pag. 123

Deus eſt ens, non eſt quidditatiua prædicatio pag. 123

Prædicatum uniuocum, & equiuocum Ariſt. pertractauit pluribus ĩ locis. 123

Ens primum obiectum eſt intellectus noſtri primitate adęquationis ex natura potentiæ. pag. 124

Primitas triplex pag. 124

Ens non eſt adęquatum obiectum intellectus unde intellectus, ſed pro ſtatu. 124

Obiectum intellectus unde intellectus ẽ quidditas realis ſenſibilis. pag. 124

Obiectum primum intellect⁹ non eſt attingibile, ſed ad quod inclinatur intellectus. pag. 124

¶ Lectio

¶ Lectio Quintadecima.
Ens diuiditur in ſimplex,atq; compoſitum. pag. 125
Simplex dicitur multis modis. Simplex quod non eſt compoſitum,nec componibile vt Deus,ſimplex quod non habet cõceptum quidditatiuum,& qualitatiuum ſicut ſimpliciter ſimplex pagina 125
In Deo eſt multiplicitas, nõ tamen unum dicitur potẽtiale ad aliud. pag. 126
Cõceptus ſimpliciter ſimplex eſt duplex. pag. 127
Modus ĩtrinſecus quid.p.127
Conceptus duplex adæquatus & inadæquatus, conceptus obiectiuus & qualitatiuus, quam diſtinctiones Ariſt. poſuit pag. 128
Propoſitiones quæque circa prædicationẽ entis. p.128
Angeli, & animæ an materia careant pag. 129
Simplex quod non componitur ex re & re pag. 130
Simplex quod non eſt mixtum. pag. 130.
Compoſitio cum his, & ex his pag. 131
Simplicia hæc omnia poſuit Ariſtoteles pag.131
Simplex cælum eſſe alio modo poſuit Ariſtoteles, & alio modo Theologi ponunt pag. 131.
Compoſitio cũ his, & ex his quadruplicem differentiam habent. pag. 132
¶ Lectio Sexta decima.
Ens diuiditur in ens neceſſariũ,& in ens cõtigens p. 133
Contingens duplex coplexũ, & incomplexum. pag 133
Neceſſariũ duplex complexũ & incomplexum pag. 133
Neceſſarium complexum duplex. pag. 133
Contingens complexum duplex. pag. 133
Neceſſariæ rei conditiones. pagina 134
Neceſſe quomodo Philoſophi, & Theologi teneant. pag. 134
Prioritas,& poſterioritas ſm̃ Philoſophos. pag. 135
Potentia nec tẽpus cõſideratur ĩ æternis 9.licet. p.135
Prioritas non temporis, ſed naturæ conſideretur ineſſe pagina 135
Partes mundi natura,& non tempore precedunt mundum. 135
Contingentes res omnes sũt cum habeant eſſe a voluntate differentia. pag. 136
Neceſſariæ uero ſecundum quid quatenus ab intellectu eſſe earũ retinẽt. p.136
Neceſſarium ſecũdum quid complexũ

cōplexum cur non datͬ ſicut datͬ incomplexum 137
Intellectus diuinus terminos ſimplices cognoſcit ante determinationem volūtatis complexus aūt poteſt 137
Damnandum cur Deus creare velit. pag. 137
Prioritas naturæ duplex poſitiue, & priuatiue, materia pri⁹ natura priuatiue, & nō poſitiue eſt ſine forma, quā cum forma. pag 138
Potentia, quā in ſempiternis ponunt Philoſophi. 138
Differētia triplex inter intelligentias ſecūdas, & filiū, & ſpūm ſāctū reſpectu patris uel eſſentiæ diuinæ. 139
Eſſe a ſe & non a ſe in diuinis non dicit maioritatem neque minoritatem, cùm nō dicat aliud, & aliud ēe 139
Perfectiſſimo bonoque ſummo poſito, bonum ſecundum quid ſequitur. p. 140
Contingens ſimplex cur non detur ſicut neceſſariū ſimplex. pag. 140
Cōtingēs vere quare in oppoſitā qualitatem uertatͬ. 140
Ens in potētia ſubiectiua, & ens ſimpliciter nō ſunt idē neq; diſtinctio entis in potentia ſubiectiua, & in potentia obiectiua, cùm illa entis diſtictio videlicet ſimpliciter & ſm̄ quid. p. 141
¶ Lectio Decima ſeptima.
Entis diuiſio in ens independens, & dependens. p. 142
Omnia ad aliquid ſunt, non formaliter, ſed denominatiue. pag. 142
Oīs relatio eadē eſt cū creaturā, cuius fundamentū eſſe nequit ſine termino. 143
Deo ipſi reſpectus, qui creaturæ idētificatͬ realiter, eſt rationis, vel nullus. p. 143
Nulla creatura dependet ab alia eſſentialiter. pag. 143
Ens in vnum, & multa diuiditur. pag. 143
Vnū quinq; modis dr̄. p. 144
Compoſitū a materia, & forma dependet. pag. 144
Independens dupliciter. 144
Filius Dei quomodo nō dependeat a patre. pag. 144
Angeli, & aīæ quomodo ſint imdependentes. pag. 145
Ordo relationis creaturę ad Deum. pag 145
Relatio omnis duas habet habitudines. pag. 146
Homo non poteſt ſtare ſine termino in aptitudine, ꝙ eſt ridere in aptitudine, bene in actu. pag. 146
Voluntas volitionem, & intellectus intellectionem ꝓducit ęquiuoce. pa. 146
Humanitas eſſe pōt ſine termino

mino & verbo, nõ aũt quatenus terminus unionis illius eſt. pag. 147
Idem ĩ actu, & in potentia ẽe poteſt ĩ actu virtuali, & in potentia formali. pa. 148
Relatiua realia nõ ſupponũt ſemper fundaméta realiter diſtincta, licet inferunt aliqnando. pag. 148
Relatiuorum tres modi. 148
Deus põt facere reſpectũ ſine extremis, nõ aũt quaten⁹ reſpectus illorum. pa. 140
Cauſa, & principium nõ pro eodem ſumuntur. pa. 150
Omnia ſunt ad aliquid realiter, nõ aũt quidditatiue, quõ intelligatur pa. 150
Vnitas duplex realis, & rationis. pag. 151
Vnitas rationis duplex. 152
Vnitas rationis collatiuę 152
Vnitas realis quadruplex. 152
Ens, & vnum conuertuntur, ideo quot modis dicit̃ ens tot modis dr̃ vnum. p. 154
Ens quinq; modis dicit̃, unũ etiam totidem dicit̃. 154
Vnitates quas poſuit Ari. 155
¶ Lectio Decimaoctaua.
Articulus ſecũdus principalis 7. partiales, cõtinat p. 156
Ratio dicitur dupliter. 156
Intellectus dicitur dupliciter agens, & paſſibilis, ſiue poſſibilis. pag. 156
Intellectus agens dicitur dupliciter ſcilicet actiuus, & productiuus pag. 157
Intellectus poſſibilis dicitur dupliciter, ſcilicet paſſiuus & receptiuus. pa. 157
In ĩtellectu diuino nõ ponũt̃ omnia, q̃ ĩ noſtro ĩtellectu ẽe conſiderantur. pa. 157
Intellectus agẽtis eſt oĩa facere, dupliciter exponit̃. 158
Actu & potentia intelligibile quid. pag 158
Intellect⁹ ꝓpriũ ẽ trãsferre de ordine in ordinẽ pag. 158
Species intelligibilis rei duplex. pag. 159
Intellectus poſſibilis omnia fieri. pag 160
Intellectus agens dupliciter dicitur. pag 160
Intellectus ut potentia dupliciter conſideratur pa. 160
Intellect⁹ agẽtis cõditiões. 161
Intellectus poſſibilis conditiones. pag. 161
Intellectũ hũc duplicem cur poſuerit Ariſt. pag. 162
Potẽtię aĩæ ab anima quomodo diſtinguantur. 162
Actus intellect⁹ triplex rect⁹, collatiu⁹, & reflexus. 167
Actus intellectus abſtractiu⁹, & intuitiuus. pag. 168
Perfectio rei in inferiori reperit̃, tamen nobiliori modo in ſuperiori. pag. 168

Intuitiua

Intuitiua notitia duplex. 168
Relatio logica, & methaphiſica pag. 169
Ratio quatuor modis dicitur. pag. 169

¶ Lectio Decima nona.

Ratione, quæ eadem ſint, & quæ diſtincta pag. 171
Cõtradictio in actibus rationis concludit diſtinctionẽ & ſuper rebus realibus realem iufert pag. 171
Diſtinctio rõnis duplex 171
Diſtinctio rationis ſortitur robur, & non repugnantia rei. pag. 172
Intelligere rẽ aliter q̃ ſit modo duplici dr̃. pag. 172
Conceptus indiſtinctus 173
Ad amicitiã neceſſario multa requiruntur, ſat aũt eſt vnũ ad inimicitiã pag. 174
Rationis idẽtitas duplex 175
Identitas non dicit poſitiuũ, ſed non alietatẽ. pag. 176
Negatio, vel mnltiplicabile ponitur pag. 176
Identitas in infinitum multiplicabilis eſt, cũ non ſit formaliter idẽ ĩfinito. 176
Primæ intentiones de primis oppoſitis ſibi nequeũt prædicari, ſecundæ vero poſſunt, ideo iſta eſt falſa, album eſt nigrum, & iſta uera genus eſt ſpecies p. 177
Identitas, & diſtinctio rationis ponitur ab Ariſtotele pag. 178

¶ Lectio Vigeſima.

Identitas, & diſtinctio ex natura rei. pag. 178.
Ens, & res dupliciter conſiderantur pag. 178
Differentia vero identitatis in diuinis quatruplex eſt. pagina 179
Ordo eſt inter ſubſtantiam, naturam, eſſentiam, quidditatem, ſiue formalitatem pagina 180
Formalitas capitur trib⁹ modis. pag. 180
Diuiſionis entis cõtradictio Scoti uidetur pag. 181
Entis diuiſio ad limitata fit p decem genera; quando uero per illimitata, per abſolutũ, & reſpectiuũ. 182
Abſolutum, & reſpectiuũ eſt tranſcendens. pag. 183
Abſolutum, quod eſt commune ſubſtãtię, quantitati, & qualitati, non poteſt eſſe genus pag. 183
Reſpectus qui dicitur de finito, & infinito tranſcendens eſt. pag. 183
Genus ẽ actualiter finitũ. 184
Inherentia eſt in determinato genere tanquã ſpecies, cũm ſit reſpectus extrinſecus. pag. 184
Paſſio dupliciter conſideratur.

tur. pag. 185
Attributa cur perſonis diuerſis cōſiderātur. pag. 185
Quo modo differant inter ſe ſubſiſtętia, ſubſtātia, natura, eſſentia, quidditas, & formalitas. pag. 186
¶ Lectio Vigeſima prima.
Quidditatiuum ſex modis accipitur. pag. 189
Idētitas, & diſtinctio ex natura rei. pag. 190
Totum phyſicum realiter, totum uero metaphiſicū ex natura rei diſtinguit̃. 190
Eſſentia diuina formaliter a relationib⁹ diſtinguit̃. 191
Actus intelligēdi, & ſpecies idē obiectū repreſēt-t. 191
Quidditatiuum ſex modis dictū an poſuerit Ariſt 192
Definitio & definitum formaliter ſunt intentiones ſecundæ non autem fundamentaliter. pag. 193
Cōtradictoria duo poſſūt de definitione, & definito p̄dicari ſine opere ītellect⁹ 193
Diſtictio ex natura rei neceſſaria eſt inter definitum & definitiones. pag. 194
Superiora cōpetunt inferiorib⁹ in ſuppoſitione perſonali, nō autē ſimplici. 194
Oppoſitorum ſi alter uni cōpetat per ſe reliquū neq; per ſe neque per accidens cōpetere poteſt. pa. 195.
Multiplicabile per ſe eſt natura cōmunis. pag. 196
Multiplicabile per accidens eſt natura particularis. 196
Immultiplicabile p ſe ē differētia īdiuidualis. pa 196
Multiplicabile per ſe cui cōpetit, incōmunicabile per accidēs cōpetere neq̃. 196
Totū logicū a ſuis partib⁹ ratione ſecatur. pag. 197
Totum phiſicū ex natura rei & realiter a partib⁹ ſuis diuiditur pag. 197
Totū metaphiſicū ex natura rei diſtinguitur. pag. 197
Sortes nihil aliud eſt quā animalitas & rationalitas, cōſtitutiue, non autem formaliter. pag. 198
¶ Lectio Vigeſima ſecunda.
Modus intrinſec⁹ quid. 198.
Modi intrīſeci quot ī Deo, & in creatura. pag. 198
Modus ītrinſecus nec intrat quidditatē, nec differet ab eā & formaliter poſitiue, bene autē negatiue. pa. 199
Modi ītrīſeci alia opinio. 199
Idē, atq; diuerſum ſunt circa ēns īmediate oppoſita abſolute ſumpta, non autē cū determinatione formaliter aut poſitiue. pag. 200
Sanum, & ægrum ſunt immediate oppoſita circa animal,

mal, non autem ſanum, uel egrum. pag. 201
Decem prædicamenta diſtinguntur per modos modaliter, formaliter aũt per quidditates ſuas. pag. 203
Deus nõ diſtinguit' a creatura formaliter, & quiddi atiue per infinitaté, ſed per ſuas quidditates pag. 203.
Prædicatio per ſe i primo modo habet quatuor grad' 203
Modus ſecundus eſt quando propria paſſio de ſubiecto prædicatur. pag. 204
Modus tertius modus eſſendi eſt. pag. 204
Modus quartus eſt, cùm effectus formalis prædicat' de aliquo mediante ſua cauſa formali. pag. 204
In Prædicatione concreti de abſtracto, oportet quòd cõcretum ſuperius ſit ĩmedia te ad illud. pag. 204
Aeternitas non dicit proprietatem, neque qualitaté, niſi conſecutiue, ſiue præexigitiue. pag. 205
Perfectiones in Deo ſunt duplices. pag. 205
Aeternitas in Deo perfectionem attributalem non ſimpliciter, ſed modalem, & cõſecutiue dicit. pag. 205
Rationalitas non uariat rationem formalem contracti bene autem conſtituti, modus autem intrinſecus non uariat rationem cõſtituti, bene autem contracti uariare uidetur. pag 206
Differt modus à differentia quinque modis. pa. 207
Quæ diſtinguuntur ex natura rei. pag. 212
Diſtinctio ex natura rei modalis dicitur. pag. 212
Diſtinctio ex natura rei impugnatur. pag. 212
Diſtinctio realis duplex. 212
Diſtinctio ex natura rei quæ ſit. pag. 213.
¶ Lectio Vigeſima tertia.
Exiſtentia in Deo eſt de eſſẽtia, non autem modus intrinſecus. pag. 213
Exiſtẽtia una in Deo, ſicut eſſentia, licet tres perſone ſint, tres ſubſiſtentes, tresque ſubſiſtentię. pag. 213
Multiplicato aliquo multiplicantur omnia, quę ſunt de quidditate illius, ſi illud quod multiplicat' ſit prius, & non poſterius. pa. 213.
Et quia in Deo eſſentia quid prius eſt, altẽ natura, ideo licet in Deo multiplicẽtur eſſentialia, nõ multiplicant' eſſentiæ, imoque exiſtẽtia una etiã dicitur pag. 213
Perſona multiplicata in creaturis, nõ ideo multiplicatur

tur, & ée exiſtẽtiâ, quia cui libet perſonæ creatæ corre ſpõdet proprium eſſe. 214
Eſſentia diuina non per abſtrahentẽ intellectũ habet eſſe ĩ perſonis diuinis, ſed per eſſentiã, & ĩexiſtẽtiã realẽ, homo autẽ ĩ ſuis ĩferiorib⁹ habet eſſe per abſtrahẽtẽ ĩtellectũ, quia ſuis indiuiduis abſtrahit illud. 215
Perſonæ creatæ habent eſſe, quod dependet ab eſſe illo diuino triũ pſonarũ. 215
Vera eſt illa, Sortes ẽ homo, Plato eſt homo, & Frãciſc⁹ eſt homo, & iſti ſunt homines tres, nõ autẽ uera eſt illa, tres diuinę perſonę tres ſunt Dij, & hoc propter ĩpfectionẽ hominis, qui habet eſſe ſolum per abſtrahẽtem intellectum, & propter perfectionẽ diuinæ naturæ, quæ habet ẽe per exiſtẽtia unicam, unicumque eſſe reale. pag. 215
Natura cõmunis hominis licet habeat eſſe per abſtrahentem intellectum, non tamen habet eſſe per intellectum collatiuum, ideo eſſe ſuum erit metaphyſicum, & non ſecundæ intentionis. pag. 216.
Homo ut eſt ſpecies, ſecunda intentio eſt, ſic & Sortes quatenus ĩdiuiduum. 217
Relationes non ſunt finitæ, neq; ĩfinitæ formaliter. 217
Intellect⁹ clare, & non confuſe cognoſcens, non cognoſcit unam perſonam diuinam ſine alia, neque eſſentiam ſine perſonis, neque illas perſonas ſine eſſentia, neque hanc ſine exiſtẽtia. Viator autẽ unũ ſine alio cognoſcere, & frui poteſt modo confuſo. pag. 218
Cognoſcimus Deũ quaten⁹ ẽ, nõ aũt quaten⁹ exiſtit. 219
Sciẽtiã de Deo habemus quaten⁹ ab exiſtentia abſtrahit, non autem inquantum habet exiſtentiam. pag. 219
Scientiam habemus de Deo non clarã, ſed confuſã. 219
Exiſtẽtia Dei, & noſtra ſunt eiuſdem rationis, ideſt cõcept⁹, nõ autẽ definitionis, ſiue ſpeciei, cũ in Deo *trãſcẽdẽs* eſſe dicatur. pa. 219
Prædicamẽta ſunt de ẽe, & nõ de exiſtẽtia creata. pa. 220
Cõpoſitio nõ fit ĩ Deo ex eo ꝙ ens dicać cõe ad finitũ, & ĩfinitũ, q̃a ens nõ eſt in Deo ut potẽtiale, neq; infinitas ut actuale. pag. 222
Species ſũt ſicut numeri 223.
Mauritij quæ dicta eſſe dicũć ĩ margine, nõ ſunt undiq; appreciãda. pag. 223

¶ Lectio Vigeſima quarta.

Formalis identitas, & diſtinctio pag. 224
Forma, formale, atq; formalitas, eadē dicitur pa 224
Forma dicitur quinquæ modis. pag. 224
Terminus generationis, & adequationis pag. 224
Forma accidētalis duplex 225
Formaliter quinq; modis dicitur. pag. 225
Prædicatio formalis eſt quatruplex pag. 226
Modus prædicandi per ſe primus quatuor habet gradus. pag. 226
Rationale duplex pag. 226
Modus dicendi per ſe ſecundus duos habet grad⁹. 227
Modus dicendi per ſe tertius atq; quartus. pag. 227
Conſtructio duplex pag. 227
Formæ plurimę in homine, ſed anima una, qua aduenıente ceſſarunt & formæ, & operationes illarum, ut non dicatur niſi unica forma, & operatio illius formæ in homine pag. 228
Materia totius, & partis, ita forma ē toti⁹, & partis. 229
Ens in Deo non conſtitutiue cadit, immoq; licet quidditatiue dicatur de Deo, nō tamen quatenus genus eſt, ratio enim iſta in Deo reperit in quadā nobilitate. 229
Propoſitio de omni infert per ſe, & non econtra pag. 230
Propoſitio hæc, ſortes eſt homo, impugnatur, ęterna tamen dicitur. pag. 231.
Modum primum dicendi per ſe aſſignauit Ariſt non autem ſecundum omnem gradum illius pag. 231
Scientia non eſt de ſingularibus quo ad exiſtentiam, eſt tamen quo ad eſſe cognitum. pag. 231
Modus dicendi per ſe quartus impugnatur pag. 232
Propoſitione hac, homo ē homo, nulla eſt uerior. 232
Propoſitio quiditatiua duplex pag. 233
Diſtincta extrema dupliciter. pag. 233
Propoſitio deſeruiēs ſillogiſmo, & nō deſeruiēs. 233
Propoſitio naturalis, alia innaturalis. pag. 233
Prædicari de ſe reali prædicatione incōuenit, non autē intentionali. pag. 233
Propoſitio per ſe impugnat rationibus multis pag. 234
Differētia multiplex īter primū, & ſecūdū modū. 235
Prædicatio per ſe aliquando nō eſt neceſſaria pag. 237
Formas omnes an poſuerit Ariſt. pag. 237

¶ Lectio

¶ Lectio Vigeſima quinta.
Propoſitiones per ſe prædicantur. pag. 238
Propoſitiones per ſe non conuertuntur. pag. 238
Regulæ tres ad cognoſcendã propoſitionẽ per ſe pag. 239
Prædicatio eiusdem de ſe eſt uera, quando non prædicatur ens per accidens, uel ratio in ſe falſa pag. 240
Prædicatio formalis quæ habet quatuor gradus. 240
Propria paſſio reductione eſt in illo prędicamẽto, ĩ quo eſt ſuum ſubiectũ. pa. 241
Ratio in ſe falſa quæ. 242
Reſpectus adueniens fundamento non uariat illius rationem. pag. 242
Totum in modo, & pars in modo quid ſit pag. 242
Modus duplex pag. 243
Ratio in ſe falſa recipit prædicationem de aliquo in ſuppoſitione materiali, & ſimplici. pag. 243
Demonſtratio duplex. 243
Res una modum prædicandi habet diuerſũ, cũ in omnib⁹ prędicamẽtis ponat. 245
Prædicatio denominatiua qd requirat. pag. 245
Eſſentia generat, non eſt denominatiua, quia ſubiectũ nõ eſt cõpoſitum, neque cõſtitutum. pag. 246
Prædicatio denomin. differt. 281 plex. pag. ſimpli
Denominatio intrinſeca, 281 extrinſeca. pag. 247
Propria paſſio an ualeat ſeparari a ſubiecto. pag. 248
¶ Lectio Vigeſima ſexta.
Prędicatio idẽtice idẽtica. 250
Infinitum formaliter, & permiſſiue. pag. 250
Eſſentia diuina eſt generat.o, uera eſt, ubi falſa eſt, eſſentia diuina generat, uel generatur. pag. 250
De ultimate abſtracto nihil prædicatur niſi ſit in primo modo, & per ſe pag. 251
Abſtractio unica fit in ſubſtãtia, in accidẽtib⁹ uero duę, in relationibus tres. 251
Identica prædicatio alia in creaturis eſt, alia in diuinis. pag. 251
Quæcunq; ſunt eadẽ uni, interſe eadem ſunt. pag. 254
Identica prædicatio eſt, q̃ habet unã identitatem, identica autẽ identice eſt q̃ duas identitates habet. 254
Identica prædicatio in diuinis quæ, & qui gradus illius ſunt. pag. 255
Vltimate abſtractũ ſubiectũ non recipit prædicationẽ alicuius, dupliciter exponitur, affirmatiue, & negatiue. pag. 256

Subſtantiæ partes homogeneæ, & ethorogeneæ p. 85.
Subſtãtiæ pars homogenea ſubſtãtia eſt, etherogenea uero non · pag. 86.
Subſtantiæ pars homogenea ſubſtantia eſt, quæ dum cõiuncta eſt toti, indiuiduũ dicitur pag. 86.
Indiuidui ratio duplex p. 87.
Infinita indiuidua p ſe exiſtẽtia in homogeneo eſſe, nõ autem ſubſiſtentia pa. 87.
Totum homogeneum quomodo de parte ſeparata p̃dicatur pag. 87.
Totum homogeneum eſt, atque vniuerſale pag. 88.
Tota duo, & partes duæ. & quomodo de ſe inuicem prædicantur pag. 88.
Res ut uenit a ratus rata ratũ conſideratur pag. 89.
Ideas cur non poſuit Ariſtoteles pag. 89.
Ideas vnde deſumat Scotus pagina · 89.
Idea quid ſit ſecundum Platonem pag. 89.
Idea principiũ generationis dupliciter. pag. 89
Idea ſolum in mente diuina reperitur. pag 90
Idea quomodo cauſet̃. p. 90
Ideæ non ſunt omnino reſpectus reales, ſed ab intellectu diuino cauſant̃, in eoq; exiſtunt. pag. 90
Idea unica ẽ, atq; plures. p. 90
Idea in Deo eſt eſſentia diuina prout eſſentia eſt rerum ſimilitudo. pag. 90
Idea indelebilis eſt. pag. 90
Idea formam ſonat, quam aliquis imitatur ex intentione agẽtis, exẽplar, & modo prouidentiam. pag. 90
Idea cur ita una non ſit ſicut ſapientia, & ars. pag. 90
Idea peccatũ nõ habet. p. 91
Idea ad ſpeculatiuam, prouidentia uero ad practicam ſpectat. pag. 91
Ideam indiuiduorum aliam ponimus nos ab idea ſpecierum, non ſicut poſuit Plato. pag. 91
Idea, quid ſit ſecundum Auguſtinum pag.. 91
Idea, ratio, ſcientia, ars, atq; uerbum quomodo differant. pag. 91
Idea eſt eorũ q̃ nũq̃ fient 92
Idea prius ſpeciem, quàm indiuiduũ cõſiderat pag. 92
Ideas ſubſtantiarum ſicut accidentiũ ponimus nos, nõ autem Plato pag. 92
¶ Lectio Vndecima.
Ens diuitur in ſecundũ quid & ſimpliciter, ſiue in ens in potẽtia ſubiectiua, & in ens in potẽtia obiectiua 92
Potentia, & actus ſunt eiuſdem

dem generis pag. 93
Idem in actu nõ deſtinguitur a ſeipſo dum erat in poten tia neq; numero, neq; ſpecie, neq; genere pag. 93
Actus correſpondens potētiæ obiectiue eſt exiſtētia. 93
Actus correſpondens potentiæ ſubiectiue ē forma 94
Forma eadem eſſe poteſt in potētia obiectiua, & in potentia ſubiectiua pag. 94
Materia prima eſt ens in pura potētia obiectiua. pa. 94
Actus, & potentia non ſunt eiuſdem generis, cum unũ de genere ſubſtantiæ, & aliud de genere accidentis eſſe poſſit pag. 95
Actus, & potentia quare erra uerunt dicentes eſſe eiuſdem generis. pag. 95
Potentia, & actus ſunt differentiæ entis pag. 95
Exiſtētia diuiditur ab eſſe rei immaginabili, cognito, & ideale, nõ autē ab ēe rei uero, atq; reali. pag. 96
Antichriſtus non habet uerũ eſſe. pag. 96
Eſſe ideale in mente diuina, cognitum tamen eſſe in intellectu noſtro dicitur eſſe. pag. 96
Ideale eſſe dicit duplex, formale, & obiectiuum, formale unicum eſt, obiectiuum uero reſpectu multiplicium rerũ multiplex p. 97
Alia ratione homo conditus eſt, & alia equus, ait Auguſtinus nõ formali ſed obiectiua pag 97
Entis realis diuiſiones multiplices ab Ariſtoteles aſſignantur pag. 97
Dictio diſtractiua mortuum, diminutiua uero immaginabile dicitur eſſe. p. 98
Ens in potētia obiectiua neq; creatum, neq; increatum dicitur, cùm creatum, uel in creatum de uero ente in potentia ſubiectiua dicatur unde mediat inter ens ſimpliciter, & ens ſecundum quid. pag. 99
Ens in potentia obiectiua dicitur non ens ab Ariſt. dicente, quòd omne quod generatur ex ente, aut ex non ente, ideſt aut ex ente in potentia ſubiectiua, aut ex ente in potentia obiectiua. pag. 99
Ens in potentia obiectiua nõ fundat reſpectum generationis, neq; creationis, ſed eductionis, & largo modo factionis pag. 100
Entis in potentia obiectiua fundamentum eſt eſſe cognitum. pag. 100
Entia reſpectu cauſæ duplicis eſſe

eſſe habuerũt poteſtate duplex pag. 100
Relatio actualis, & potentialis. pag. 101
Potẽtia omnis, aut actiua, aut paſſiua, rei eſt exiſtentis diſtinctio. pag. 101

¶ Lectio Duodecima.

Ens quatenus eſt ſubiectum methaphiſicæ, & adequatũ obiectũ intellect⁹ nři uniuoce ꝓdicať de ente ſimpliciter, & de ente ſecundũ quid, ſaltem ad illa eſt uniuocum prædicatũ. 101
Methaphyſicus ſub ratione generali omnia entia conſiderat, quòd ſi ſub ſpeciali ratione conſideraret, ſuperflueręt reuęlationes in ſacra pagina habitæ. 102
Subiectum Metaphyſicę, & obiectum noſtri intellectus conueniunt, atq; differunt. pag. 103
Specificatiue Metaphyſicus ens in quantum ens conſiderat, reduplicatiue uero intellectus ens quatenus ens conſiderat ut obiectum. pag. 103
Reſpectus realis nullus exthrahiť ab ente, & uno, cũ ſimplices ſint cõceptus, ſed a rebus realibus pa. 104
Propria paſſio ẽ realiter ens, non autẽ formaliter. 105
Methaphyſica expoſitio Scoti illius eſſe ipſe fateť. 105
Ens in quantum ens ſubiectũ in methaphyſica eſt ſpecificatiue, metaphyſica tamen entia ſpeculat ĩ quãtũ entia reduplicatiue pag. 105
A notioribus nobis incendimus ad notiora naturæ. pagina 105
Modus procedendi duplex aſcendendi videlicet, & deſcendendi. pag. 206
Diuiſio in aliqua in quæ deſcendit, & per aliqua aliud eſt, vox enĩ primo modo, ut canis, conceptus autem realis ſecundo modo diuiditur. pag 107
Conceptus diuiſibilis vniuocus eſſe oportet. pag. 107
Conceptus quincuplex eſſe dicitur. pag. 107
Conceptus obiectiualis duplex qualitatiuus differentiæ, & quidditatiuus generis. pag. 108
Aequiuocatio duplex, rei ſcilicet, & ſigni. pag. 108
Aequiuocatio ſigni duplex. pagina 108
Aequiuocatio ſigni naturaliter ſignificantis. pag. 108
Aequiuocatio ſigni ad placitum duplex ſcilicet a caſu

&

& conſilio. pag. 108
Propoſitio in qua ponitur ęquiuocum a caſu ſemper eſt diſtinguenda Illa autẽ in qua ponitur, æquiuocum a conſilio, non. Vt animal eſt ſubſtantia, pro uiuo enim intelligitur, cũ ſit analogum. pag. 109
Vniuocatio rei, & ſigni. 110
Analogum omne, vel uniuocum eſſe, uel ęquiuocum, & non medium tenere dicitur. pag. 110

¶ Lectio Tertiadecima.

Vniuocum prædicatum, & vniuoce prædicari differunt. pag. 111
Vniuocatio entis ſecundum Phyſicum, Logicum, atq; Methaphyſicum. pa. 112
Superius quadruplici uia in ſua inferiora deſcendit. pag. 113
Ens uniuocum dixerũt nonnulli, alii ęquiuocum, alii uero analogum, & quare. pag. 114
Vniuocatio entis duplex, tranſcendens, & limitata. pag. 115
Prædicatum tranſcendens quid. pag. 115
Quicquid eſt in genere eſt finitum. pag. 116
Genus generaliſſimum quid. pag. 116
Genus generaliſſimum ſtare poteſt ſine ſpeciebus multis. pag. 116
Genus eſt illud, quod de ſe eſt aptum natum diuidi in differentias oppoſitas, nõ autem, quod habet potentiam ad ſic diuidi. pag. 117
Aptitudo differt a potentia. pag. 117
Aptitudo quid. pag. 117
Potentia quid. pag. 117
Potentia poteſt eſſe ſine aptitudine. pag. 117
Genus eſt aptum natum dici de pluribus, ergo plura ſunt apta nata recipere prædicationem illius, non ualet. pag. 117
Forma ſolis apta eſt nata eſſe in alia materia ab illa, in qua eſt, non autem eſt alia materia apta nata recipere illam. pag. 118
Aptitudo in uno extremo non impeditur a potentia niſi propter defectum aptitudinis in alio extremo. pag. 118

¶ Lectio Quarta decima.

Ens dupliciter conſideratur, tranſcendenter videlicet, & tranſcendẽtuſſime. 118

Ens

Ens tranſcendentiſſime captũ eſt æquiuocum quacumq; æquiuocatione. pag. 118

Cõceptus cõmunis entis rea lis, uel rationis eſt neceſſe ꝙ ſit, cùm non poſſit præſcindi ab vtrisq;, & eſſe, ſicutꝗ bene auimal poteſt a rationalitate, & irrationalitate præſcindi, & eſſe, animal enim neutrum forma liter eſt. pag. 119

Ens tranſcendenter captum eſt commune Deo, & creaturę primo obiectum intel lectus noſtri ex natura potentiæ primum obiectũ uoluntatis, & primũ ſubiectũ methaphiſicæ. pa. 120

Conceptus entis uniuocus an a parte rei realẽ unitatem dicat? pag. 120

Conceptus entis non eſt communis entibus per inexiſtẽtiam realem ſicut eſſentia diuina tribus eſt perſonis. pag. 120

Nec communis eſt per indiffe rentiam, ut ſunt naturæ cõmunes, de quarũ quidditate non ſunt differentiæ ulti mæ, ſed conceptui entis correſpondet aliqua cõmunitas per intellectum, cùm unitas neq; realis eſt, neq; rationis pag. 120

Intellectus duplex clarus, & confuſus, ita proceſſus du plex reſpectu cuius datur. pag. 121

Entis duplex vuiuocatio. 121

Entis conceptus eſt rationis ideſt per opus abſtractiuũ intellectus, realis dicitur, quia non per opus intellectus, ratiocinatiuus pa. 122

Entis cõceptus duplex diſtinctus, & confuſus pag. 122

Entis conceptus an aliquo modo prius Deo eſſe dicatur, & primo noſtri, apud intellectum enim clare intelligentis conceptus ille non datur. pag. 123

Deus eſt ens, non eſt quidditatiua prædicatio pag. 123

Prædicatum uniuocum, & æquiuocum Ariſt. pertractauit pluribus ĩ locis. 123

Ens primum obiectum eſt intellectus noſtri primitate adęquationis ex natura potentiæ. pag. 124

Primitas triplex pag. 124

Ens non eſt adęquatum obiectum intellectus unde intellectus, ſed pro ſtatu. 124

Obiectum intellectus unde intellectus ẽ quidditas realis ſenſibilis. pag. 124

Obiectum primum intellect⁹ non eſt attingibile, ſed ad quod inclinatur intellectus. pag. 124

¶ Lectio

¶ Lectio Quintadecima.
Ens diuiditur in ſimplex,atq; compoſitum. pag. 125
Simplex dicitur multis modis. Simplex quod non eſt compoſitum,nec componibile vt Deus,ſimplex quod non habet cōceptum quidditatiuum,& qualitatiuum ſicut ſimpliciter ſimplex pagina 125
In Deo eſt multiplicitas, nō tamen unum dicitur potētiale ad aliud. pag. 126
Cōceptus ſimpliciter ſimplex eſt duplex. pag. 127
Modus ītrinſecus quid.p.127
Conceptus duplex adæquatus & inadæquatus, conceptus obiectiuus & qualitatiuus, quam diſtinctiones Ariſt. poſuit pag. 128
Propoſitiones quæque circa prædicationē entis. p.128
Angeli,& animæ an materia careant pag. 129
Simplex quod non componitur ex re & re pag. 130
Simplex quod non eſt mixtum. pag. 130.
Compoſitio cum his, & ex his pag. 131
Simplicia hæc omnia poſuit Ariſtoteles pag.131
Simplex cælum eſſe alio modo poſuit Ariſtoteles, & alio modo Theologi ponunt pag. 131.
Compoſitio cū his, & ex his quadruplicem differentiam habent. pag. 132
¶ Lectio Sexta decima.
Ens diuiditur in ens neceſſariū,& in ens cōtigens p. 133
Contingens duplex coplexū, & incomplexum. pag. 133
Neceſſariū duplex complexū & incomplexum pag. 133
Neceſſarium complexum duplex. pag. 133
Contingens complexum duplex. pag. 133
Neceſſariæ rei conditiones. pagina 134
Neceſſe quomodo Philoſophi, & Theologi teneant. pag. 134
Prioritas,& poſterioritas ſm̄ Philoſophos. pag. 135
Potentia nec tēpus cōſideratur ī æternis 9.licet. p.135
Prioritas non temporis, ſed naturæ conſideretur ineſſe pagina 135
Partes mundi natura,& non tempore precedunt mundum. 135
Contingentes res omnes sūt cum habeant eſſe a voluntate differentia. pag. 136
Neceſſariæ uero ſecundum quid quatenus ab intellectu eſſe earū retinēt. p.136
Neceſſarium ſecūdum quid complexū

cōplexum cur non daṫ ſicut daṫ incomplexum 137
Intellectus diuinus terminos ſimplices cognoſcit ante determinationem volūtatis complexus aūt poteſt 137
Damnandum cur Deus creare velit. pag. 137
Prioritas naturæ duplex poſitiue, & priuatiue, materia pri⁹ natura priuatiue, & nō poſitiue eſt ſine forma, quā cum forma. pag 138
Potentia, quā in ſempiternis ponunt Philoſophi. 138
Differētia triplex inter intelligentias ſecūdas, & filiū, & ſpūm sāctū reſpectu patris uel eſſentiæ diuinæ. 139
Eſſe a ſe & non a ſe in diuinis non dicit maioritatem neque minoritatem, cùm nō dicat aliud, & aliud ēe 139
Perfectiſſimo bonoque ſummo poſito, bonum ſecundum quid ſequitur. p. 140
Contingens ſimplex cur non detur ſicut neceſſariū ſimplex. pag. 140
Cōtingēs vere quare in oppoſitā qualitatem uertaṫ. 140
Ens in potētia ſubiectiua, & ens ſimpliciter nō ſunt idē neq; diſtinctio entis in potentia ſubiectiua, & in potentia obiectiua, cùm illa entis diſtictio videlicet ſimpliciter & ſm quid. p. 141

¶ Lectio Decima ſeptima.

Entis diuiſio in ens independens, & dependens. p. 142
Omnia ad aliquid ſunt, non formaliter, ſed denominatiue. pag. 142
Oīs relatio eadē eſt cū creaturā, cuius fundamentū eſſe nequit ſine termino. 143
Deo ipſi reſpectus, qui creaturæ idētificaṫ realiter, eſt rationis, vel nullus. p. 143
Nulla creatura dependet ab alia eſſentialiter. pag. 143
Ens in vnum, & multa diuiditur. pag. 143
Vnū quinq; modis dr. p. 144
Compoſitū a materia, & forma dependet. pag. 144
Independens dupliciter. 144
Filius Dei quomodo nō dependeat a patre. pag. 144
Angeli, & aīæ quomodo ſint imdependentes. pag. 145
Ordo relationis creaturę ad Deum. pag 145
Relatio omnis duas habet habitudines. pag. 146
Homo non poteſt ſtare ſine termino in aptitudine, ꝙ eſt ridere in aptitudine, bene in actu. pag. 146
Voluntas volitionem, & intellectus intellectionem ꝓducit ęquiuoce. pa. 146
Humanitas eſſe pōt ſine termino

mino & verbo,nõ aũt quatenus terminus unionis illius eſt. pag. 147
Idem ĩ actu,& in potentia ẽe poteſt ĩ actu virtuali, & in potentia formali. pa. 148
Relatiua realia nõ ſupponũt ſemper fundaméta realiter diſtincta, licet inferunt aliqnando. pag. 148
Relatiuorum tres modi. 148
Deus põt facere reſpectũ ſine extremis, nõ aũt quaten⁹ reſpectus illorum. pa. 140
Cauſa,& principium nõ pro eodem ſumuntur. pa. 150
Omnia ſunt ad aliquid realiter, nõ aũt quidditatiue, qũo intelligatur pa. 150
Vnitas duplex realis, & rationis. pag. 151
Vnitas rationis duplex. 152
Vnitas rationis collatiuę 152
Vnitas realis quadruplex. 152
Ens,& vnum conuertuntur, ideo quot modis dicit' ens tot modis dr̃ vnum. p. 154
Ens quinq; modis dicit', unũ etiam totidem dicit'. 154
Vnitates quas poſuit Ari. 155
¶ Lectio Decimaoctaua.
Articulus ſecúdus principalis 7. partiales,cõtinat p. 156
Ratio dicitur dupliter. 156
Intellectus dicitur dupliciter agens,&,paſſibilis, ſiue poſſibilis. pag. 156
Intellectus agens dicitur dupliciter ſcilicet actiuus, & productiuus pag. 157
Intellectus poſſibilis dicitur dupliciter, ſcilicet paſſiuus & receptiuus. pa. 157
In ĩtellectu diuino nõ ponũt' omnia, q̃ ĩ noſtro ĩtellectu ẽe conſiderantur. pa. 157
Intellectus agẽtis eſt oĩa facere, dupliciter exponit'. 158
Actu & potentia intelligibile quid. pag 158
Intellect⁹ ꝓpriũ ẽ trãſferre de ordine in ordinẽ pag. 158
Species intelligibilis rei duplex. pag. 159
Intellectus poſſibilis omnia fieri. pag 160
Intellectus agens dupliciter dicitur. pag 160
Intellectus ut potentia dupliciter conſideratur pa. 160
Intellect⁹ agẽtis cõditiões. 161
Intellectus poſſibilis conditiones. pag. 161
Intellectũ hũc duplicem cur poſuerit Ariſt. pag. 162
Potẽtię aĩæ ab anima quomodo diſtinguantur. 162
Actus intellect⁹ triplex rect⁹, collatiu⁹,& reflexus. 167
Actus intellectus abſtractiu⁹, & intuitiuus. pag. 168
Perfectio rei in inferiori reperit', tamen nobiliori modo in ſuperiori. pag. 168

Intuitiua notitia duplex. 168
Relatio logica, & methaphiſica pag. 169
Ratio quatuor modis dicitur. pag. 169
¶ Lectio Decima nona.
Ratione, quæ eadem ſint, & quæ diſtincta pag. 171
Cõtradictio in actibus rationis concludit diſtinctionẽ & ſuper rebus realibus realem iufert pag. 171
Diſtinctio r̃onis duplex 171
Diſtinctio rationis ſortitur robur, & non repugnantia rei. pag. 172
Intelligere rẽ aliter q̃ ſit modo duplici dr̃. pag. 172
Conceptus indiſtinctus 173
Ad amicitiã neceſſario multa requiruntur, ſat aũt eſt vnũ ad inimicitiã pag. 174
Rationis idẽtitas duplex 175
Identitas non dicit poſitiuũ, ſed non alietatẽ. pag. 176
Negatio, vel mnltiplicabile ponitur pag. 176
Identitas in infinitum multiplicabilis eſt, cũ non ſit formaliter idẽ ĩfinito. 176
Primæ intentiones de primis oppoſitis ſibi nequeũt prædicari, ſecundæ vero poſſunt, ideo iſta eſt falſa, album eſt nigrum, & iſta uera genus eſt ſpecies p. 177
Identitas, & diſtinctio rationis ponitur ab Ariſtotele pag. 178
¶ Lectio Vigeſima.
Identitas, & diſtinctio ex natura rei. pag. 178.
Ens, & res dupliciter conſiderantur pag. 178
Differentia vero identitatis in diuinis quatruplex eſt. pagina 179
Ordo eſt inter ſubſtantiam, naturam, eſſentiam, quidditatem, ſiue formalitatem pagina 180
Formalitas capitur trib⁹ modis. pag. 180
Diuiſionis entis cõtradictio Scoti uidetur pag. 181
Entis diuiſio ad limitata ſit p decem genera; quando uero per illimitata, per abſolutũ, & reſpectiuũ. 182
Abſolutum, & reſpectiuũ eſt tranſcendens. pag. 183
Abſolutum, quod eſt commune ſubſtãtię, quantitati, & qualitati, non poteſt eſſe genus pag. 183
Reſpectus qui dicitur de finito, & infinito tranſcendens eſt. pag. 183
Genus ẽ actualiter finitũ. 184
Inherentia eſt in determinato genere tanquã ſpecies, cùm ſit reſpectus extrinſecus. pag. 184
Paſſio dupliciter conſideratur.

tur. pag. 185
Attributa cur perſonis diuerſis cõſiderãtur. pag. 185
Quo modo differant inter ſe ſubſiſtẽtia, ſubſtãtia, natura, eſſentia, quidditas, & formalitas. pag. 186
¶ Lectio Vigeſima prima.
Quidditatiuum ſex modis accipitur. pag. 189
Idẽtitas, & diſtinctio ex natura rei. pag. 190
Totum phyſicum realiter, totum uero metaphiſicũ ex natura rei diſtinguit. 190
Eſſentia diuina formaliter a relationib⁹ diſtinguit. 191
Actus intelligẽdi, & ſpecies idẽ obiectũ repreſẽt-t. 191
Quidditatiuum ſex modis dictũ an poſuerit Ariſt 192
Definitio & definitum formaliter ſunt intentiones ſecundæ non autem fundamentaliter. pag. 193
Cõtradictoria duo poſſũt de definitione, & definito ꝓdicari ſine opere itellect⁹ 193
Diſtictio ex natura rei neceſſaria eſt inter definitum & definitiones. pag. 194
Superiora cõpetunt inferiorib⁹ in ſuppoſitione perſonali, nõ autẽ ſimplici. 194
Oppoſitorum ſi alter uni cõpetat per ſe reliquũ neq; per ſe neque per accidens cõpetere poteſt. pa. 195
Multiplicabile per ſe eſt natura cõmunis. pag. 196
Multiplicabile per accidens eſt natura particularis. 196
Immultiplicabile p ſe ẽ differẽtia ĩdiuidualis. pa 196
Multiplicabile per ſe cui cõpetit, incõmunicabile per accidẽs cõpetere neqt. 196
Totũ logicũ a ſuis partib⁹ ratione ſecatur. pag. 197
Totum phiſicũ ex natura rei & realiter a partib⁹ ſuis diuiditur pag. 197
Totũ metaphiſicũ ex natura rei diſtinguitur. pag. 197
Sortes nihil aliud eſt quã animalitas & rationalitas, cõſtitutiue, non autem formaliter. pag. 198
¶ Lectio Vigeſima ſecunda.
Modus intrinſec⁹ quid. 198.
Modi intrĩſeci quot ĩ Deo, & in creatura. pag. 198
Modus ĩtrinſecus nec intrat quidditatẽ, nec differet ab eã & formaliter poſitiue, bene autẽ negatiue. pa. 199
Modi ĩtrĩſeci alia opinio. 199
Idẽ, atq; diuerſum ſunt circa ẽns ĩmediate oppoſita abſolute ſumpta, non autẽ cũ determinatione formaliter aut poſitiue. pag. 200
Sanum, & ægrum ſunt immẽdiate oppoſita circa animal,

mal,non autem ſanum,uel egrum. pag. 201
Decem prædicamenta diſtinguntur per modos modaliter,formaliter aũt per quidditates ſuas. pag. 203
Deus nõ diſtinguiť a creatura formaliter,& quidditatiue per infinitaté, ſed per ſuas quidditates pag. 203.
Prædicatio per ſeĩ primo modo habet quatuor grad' 203
Modus ſecundus eſt quando propria paſſio de ſubiecto prædicatur. pag. 204
Modus tertius modus eſſendi eſt. pag. 204
Modus quartus eſt, cùm effectus formalis prædicať de aliquo mediante ſua cauſa formali. pag. 204
In Prædicatione concreti de abſtracto, oportet quòd cõcretum ſuperius ſit ĩmediate ad illud. pag. 204
Aeternitas non dicit proprietatem,neque qualitaté,niſi conſecutiue,ſiue præexigitiue. pag. 205
Perfectiones in Deo ſunt duplices pag. 205
Aeternitas in Deo perfectionem attributalem non ſimpliciter, ſed modalem, & cõſecutiue dicit.pag. 205
Rationalitas non uariat rationem formalem contracti,bene autem conſtituti, modus autem intrinſecus non uariat rationem cõſtituti, bene autem contracti uariare uidetur. pag. 206
Differt modus à differentia quinque modis. pa. 207
Quæ diſtinguntur ex natura rei. pag. 212
Diſtinctio ex natura rei modalis dicitur. pag. 212
Diſtinctio ex natura rei impugnatur. pag. 212
Diſtinctio realis duplex. 212
Diſtinctio ex natura rei quæ ſit. pag. 213.
¶ Lectio Vigeſima tertia.
Exiſtentia in Deo eſt de eſſẽtia, non autem modus intrinſecus. pag. 213
Exiſtẽtia una in Deo, ſicut eſſentia, licet tres perſone ſint,tres ſubſiſtentes, tres que ſubſiſtentię. pag. 213
Multiplicato aliquo multiplicantur omnia,quę ſunt de quidditate illius, ſi illud quod multiplicať ſit prius, & non poſterius. pa. 213.
Et quia in Deo eſſentia quid prius eſt, altẽ natura,ideo licet in Deo multiplicẽtur eſſentialia,nõ multiplicanť eſſentiæ, imoque exiſtẽtia una etiã dicitur. pag. 213
Perſona multiplicata in creaturis, nõ ideo multiplicatur

tur, & ẽe exiſtẽtiã, quia cuilibet perſonæ creatæ correſpõdet proprium eſſe. 214

Eſſentia diuina non per abſtrahentẽ intellectũ habet eſſe ĩ perſonis diuinis, ſed per eſſentiã, & ĩexiſtẽtiã realẽ, homo autẽ ĩ ſuis ĩferioribꝰ habet eſſe per abſtrahẽtẽ ĩtellectũ, quia ſuis indiuiduis abſtrahit illud. 215

Perſonæ creatæ habent eſſe, quod dependet ab eſſe illo diuino triũ pſonarũ. 215

Vera eſt illa, Sortes ẽ homo, Plato eſt homo, & Frãciſcꝰ eſt homo, & iſti ſunt homines tres, nõ autẽ uera eſt illa, tres diuinę perſonę tres ſunt Dij, & hoc propter ĩpfectionẽ hominis, qui habet eſſe ſolum per abſtrahẽtem intellectum, & propter perfectionẽ diuinæ naturæ, quæ habet ẽe per exiſtẽtia unicam, unicumque eſſe reale. pag. 215

Natura cõmunis hominis licet habeat eſſe per abſtrahentem intellectum, non tamen habet eſſe per intellectum collatiuum, ideo eſſe ſuum erit metaphyſicum, & non ſecundæ intentionis. pag. 216.

Homo ut eſt ſpecies, ſecunda intentio eſt, ſic & Sortes quatenus ĩdiuiduum. 217

Relationes non ſunt finitæ, neq; ĩfinitæ formaliter. 217

Intellectꝰ clare, & non confuſe cognoſcens, non cognoſcit unam perſonam diuinam ſine alia, neque eſſentiam ſine perſonis, neque illas perſonas ſine eſſentia, neque hanc ſine exiſtẽtia. Viator autẽ unũ ſine alio cognoſcere, & frui poteſt modo confuſo. pag. 218

Cognoſcimus Deũ quatenꝰ ẽ, nõ aũt quatenꝰ exiſtit. 219

Sciẽtiã de Deo habemus quatenꝰ ab exiſtentia abſtrahit, non autem inquantum habet exiſtentiam. pag. 219

Scientiam habemus de Deo non clarã, ſed confuſã. 219

Exiſtẽtia Dei, & noſtra ſunt eiuſdem rationis, ideſt cõceptꝰ, nõ autẽ definitionis, ſiue ſpeciei, cũ in Deo trãſcẽdẽs eſſe dicatur. pa. 219

Prædicamẽta ſunt de ẽe, & nõ de exiſtẽtia creata. pa. 220

Cõpoſitio nõ fit ĩ Deo ex eo ꝙ ens dicaᷣ cõe ad finitũ, & ĩfinitũ, qa ens nõ eſt in Deo ut potẽtiale, neq; ĩnfinitas ut actuale. pag. 222

Species sũt ſicut numeri 223.

Mauritij quæ dicta eſſe dicũᷣ ĩ margine, nõ ſunt undiq; appreciãda. pag. 223

¶ Lectio Vigeſima quarta.
Formalis iden:itas, & diſtinctio pag. 224
Forma, formale, atq; formalitas, eadẽ dicitur pa 224
Forma dicitur quinquæ modis. pag. 224
Terminus generationis, & adequationis pag. 224
Forma accidẽtalis duplex 225
Formaliter quinq; modis dicitur. pag. 225
Prædicatio formalis eſt quatruplex pag. 226
Modus prædicandi per ſe primus quatuor habet gradus. pag. 226
Rationale duplex pag. 226
Modus dicendi per ſe ſecundus duos habet grad⁹. 227
Modus dicendi per ſe tertius atq; quartus. pag. 227
Conſtructio duplex pag. 227
Formæ plurimę in homine, ſed anima una, qua aduenıente ceſſarunt & formæ, & operationes illarum, ut non dicatur niſi unica forma, & operatio illius formæ in homine pag. 228
Materia totius, & partis, ita forma ẽ toti⁹, & partis. 229
Ens in Deo non conſtitutiue cadit, immo q; licet quidditatiue dicatur de Deo, nõ tamen quatenus genus eſt, ratio enim iſta in Deo reperit in quadã nobilitate. 229
Propoſitio de omni infert per ſe, & non econtra pag. 230
Propoſitio hæc, ſortes eſt homo, impugnatur, ęterna tamen dicitur. pag. 231.
Modum primum dicendi per ſe aſſignauit Ariſt non autem ſecundum omnem gradum illius pag. 231
Scientia non eſt de ſingularibus quo ad exiſtentiam, eſt tamen quo ad eſſe cognitum. pag. 231
Modus dicendi per ſe quartus impugnatur pag. 232
Propoſitione hac, homo ẽ homo, nulla eſt uerior. 232
Propoſitio quiditatiua duplex pag. 233
Diſtincta extrema dupliciter. pag. 233
Propoſitio deſeruiẽs ſillogiſmo, & nõ deſeruiẽs. 233
Propoſitio naturalis, alia innaturalis. pag. 233
Prædicari de ſe reali prædicatione incõuenit, non autẽ intentionali. pag. 233
Propoſitio per ſe impugnat rationibus multis pag. 234
Differẽtia multiplex ı er primũ, & ſecũdũ modũ. 235
Prædicatio per ſe aliquando nõ eſt neceſſaria pag. 237
Formas omnes an poſuerit Ariſt. pag. 237

¶ Lectio

¶ Lectio Vigeſima quinta.

Propoſitiones per ſe prædicantur. pag. 238
Propoſitiones per ſe non conuertuntur. pag. 238
Regulæ tres ad cognoſcendã propoſitionẽ per ſe 239
Prædicatio eiuſdem de ſe eſt uera, quando non prædicatur ens per accidens, uel ratio in ſe falſa pag. 240
Prædicatio formalis quæ habet quatuor gradus. 240
Propria paſſio reductione eſt in illo prędicamẽto, ĩ quo eſt ſuum ſubiectũ. pa. 241
Ratio in ſe falſa quæ. 242
Reſpectus adueniens fundamento non uariat illius rationem. pag. 242
Totum in modo, & pars in modo quid ſit pag. 242
Modus duplex pag. 243
Ratio in ſe falſa recipit prædicationem de aliquo in ſuppoſitione materiali, & ſimplici. pag. 243
Demonſtratio duplex. 243
Res una modum prædicandi habet diuerſũ, cũ in omnib⁹ prędicamẽtis ponatſ. 245
Prædicatio denominatiua qd requirat. pag. 245
Eſſentia generat, non eſt denominatiua, quia ſubiectũ nõ eſt cõpoſitum, neque cõſtitutum. pag. 246
Prædicatio denominatiua duplex. pag. 246
Denominatio intrinſeca, & extrinſeca. pag. 247
Propria paſſio an ualeat ſeparari a ſubiecto. pag. 248

¶ Lectio Vigeſima ſexta.

Prędicatio idẽtice idẽtica. 250
Infinitum formaliter, & permiſſiue. pag. 250
Eſſentia diuina eſt generat.o, uera eſt, ubi falſa eſt, eſſentia diuina generat, uel generatur. pag. 250
De ultimate abſtracto nihil prædicatur niſi ſit in primo modo, & per ſe pag. 251
Abſtractio unica ſit in ſubſtãtia, in accidẽtib⁹ uero duę, in relationibus tres. 251
Identica prædicatio alia in creaturis eſt, alia in diuinis. pag. 251
Quæcunq; ſunt eadẽ uni, inter ſe eadem ſunt. pag. 254
Identica prædicatio eſt, q̃ habet unã identitatem, identica autẽ identice eſt q̃ duas identitates habet. 254
Identica prædicatio in diuinis quæ, & qui gradus illius ſunt. pag. 255
Vltimate abſtractũ ſubiectũ non recipit prædicationẽ alicuius, dupliciter exponitur, affirmatiue, & negatiue. pag. 256

Abſtractio in ſubſtãtia unica fit, quãdo prędicatũ nõ eſt aliud a ſuo ſubiecto, ut homo ẽ homo, igitur humanitas eſt humanitas, quãdo uero eſt aliud, duæ fieri poſſunt, ut ſubſtantia intellectiua eſt, ſubſtantia uolitiua. ergo intellectiuũ eſt uolitiuũ, ergo intellect⁹ eſt uolũtas, ſi nõ ualet, ſaltem intellectᵒ ẽ ĩtellect⁹, ualebit. 257
Abſtractio quomodo ſiat in accidentibus abſolutis, & reſpectiuis. pag. 258
Abſtractio fit a poſteriori, & nunquã a priori, quomodo intelligatur. pag. 259
Prius duplex ẽ, ſuperi⁹ videlicet, & quod præſupponitur alteri. pag. 259
Subſtantia tripliciter intelligitur eſſe. pag. 260
Accidens reſpectiuum cõcernit tria. pag. 260
Sillogiſmus expoſitorius exponitur. pag. 260
¶ Lectio Vigeſima ſeptima.
Vltimata abſtracta per regulas multas cognoſcunť uere, vel falſe p̃dicari. 261
Omnis ꝓpoſitio uniuerſalis affirmatiua ſẽper ẽ uera qñ extrema habẽt formalẽ infinitatẽ, aut permiſſiuã, aut qñ cõcernũt tertiũ, cui uniũť, & regula declaratur ſecundum quinque cõditiones. 263
Quę cõueniũt uni tertio cõſtitutiue ſũt eadẽ inter ſe. 264
Abſtractæ in creaturis p̃dicationes cognoſcuntur per propoſitiones. pag. 265
Abſtractæ prædicationes falſæ octo; uere quinq; 265
Prædicatio formalis duplex diciť, alia qdditatiua, alia uero denominatiua. 267
De⁹ ẽ homo, uerbũ eſt hõ, nõ eſt formalis, neq; denominatiua, neq; quidditatiua, ſed ſubſtantialis prædicatio dicenda. pag. 268
Propoſitionẽ q̃ non ſit qdditatiua, aut qualitatiua, nõ dant Phyloſophi, Theologi autem dant. pag. 268
Identica identice prædicatio declaratur pag. 268
Regula de ſubiecto abſtracto triplex. pag. 269
Prędicatio ei⁹dẽ ð ſeipſo. 270
Abſtractio nõ fit a termĩo. 270
Fundamentũ duplex. 270
Relatio aptitudinalis non abſtrahit a fundamento, ſed a termino. pag. 271
Equinitas nihilcõcernit, neq; ſuppoſita ꝓpriæ naturæ in primo ſigno naturæ, nõ ãt in ſecundo pag. 271
Sillogiſm⁹ expoſitori⁹. 272
¶ Lectio Vigeſima octaua.
Prædicatio eſſẽtialis, quæ tm̃ in

in diuinis eſt. pa. 273
Filius eſt eſſentiæ, conſtructio intranſitiua eſt, ideſt filius eſt de eſſentia. p. 273
Prædicatio eſſentialis talis denotat duo, s. conſubſtantialitatem, & originem, ut filius eſt de ſubſtãtia patris, ſiue de eſſẽtia patris. 273
Vnitas quincuplex. pa. 275
Ex, & de differunt. pag. 276
Creatura ex Deo eſt, non autem de Deo. pag. 276
Ex terra ſonat materialẽ cauſam, cũ dicit̃ hominẽ ex terra formatũ fuiſſe, & q̃a cauſa materialis nõ reperitur ĩ diuinis, nõ dr̃ filius eſſe ex ſubſtãtia patris, ſed de ſubſtantia patris. pag. 277
Eſſentialis eſt iſta, filius eſt de ſubſtãtia p̃ris, & iſta homo eſt animal rationale, eſſentialis atq; formalis. 277
Forma duplex informans, & qua quis ſubſiſtere dicitur, ut eſſentia diuina eſt, qua filius ſubſiſtit. pag. 278
Forma informãs duplex. 278
Diſtinctio eſſentialis, & ſubſtantialis differt. pag 278
Vnum per accidens cur ſic dicatur. pag 281
Vnitas aggregationis cũ unitate per accidens cõuenientia, & differentia. 280
Vnum per ſe, & unum per accidẽs quomodo differt. 281
Vnum per ſe, & unum ſimpliciter q̃uo differũt. 281
Idẽtitas formalis duplex, mutua, & non mutua. pa. 282
Vniuerſum dicimus unitatẽ habere ordinis. pag. 283
Definitũ ſuæ definitioni idẽ formaliter, & inferius non eſt aliud formaliter a ſuo ſuperiori. pag. 284
¶ Lectio Vigeſima nona.
Formalis identitas, & diſtinctio. pag. 284
Inferius nõ includitur in formali ratione in ſuo ſuperiori, ſed ſuperius in ſuo inferiori. pag 284
Eſſentia diuina ab attributis formaliter diſtinguitur, & quæ in diuinis formaliter diſtinguuntur pag. 285
Forma una eſt in diuinis, & tamen ſunt ibi plures formalitates. pag. 285
Eſſẽtia una eſt in diuinis, plura eſſentialia tñ ſunt. 286
Plurificato poſteriori non ſequitur, quòd debeat ſuum prius plurificari pag. 286
In diuinis quid ponendũ ſit, & quomodo formalitates ibi ponendæ ſint. pag. 286
Ex neceſſaria propoſitione non ſequitur niſi neceſſaria, tamen ex propoſitione per ſe, uel formaliter

nō talis ſequitur, pa. 287.
Regulari per dici de omni, uel de nullo. pag. 288
Diſtributio in termino,& extra. pag. 288.
Attributum an habeat propriam infinitatem. pag. 288
Formaliter quomodo inferius ſit ſuperiori, & formaliter quomodo ſupiora ſunt inferioribus. pag. 289
Formaliter eſſe idem alicui dupliciter. pag. 291
Extraneari dupliciter. 291.
Subiectum per additamētum cadit in definitione accidentis. pag. 292.
Subſtātia cauſa eſt quidditatiua accedentis, non autem formalis. pag. 293.
Principium duplex. pa. 293
Formalitas a quo ſit dicenda. pag. 293.
Cauſa rerum an uoluntas, an poteſtas. pag. 294.
Primo diuerſa aliqua duobus modis. pag. 295.
In diuinis omnia ſunt eiuſdem rationis fundamentalis, non autem formalis, ſunt etiam eſſentialis. 298
Formaliter & modaliter multiplicātur in diuinis infinitates. pag. 298.
Eſſentia diuina infinitatesq; plures, non dicitur niſi denominatiue cum illis aliquid maius. pag. 298
Relatio primi modi quomodo utrumque extremū denominet uario modo. 300
Conſtitutiuū eſt idem ſuo cōſtituto formaliter, ideſt eſſentialiter, non autem formaliter, ideſt modaliter, & ex natura rei. pag. 301
Identitas formalis differt ab idētitate ex natura rei 301
Totum metaphyſicum non diuidere eſſentialiter, totum uero phiſicum a ſuis partibus diuidere realiter & formaliter. pag. 301
In diuinis an ſit diſtinctio formalis;& quomodo. 301
Multiplicato poſteriori quomodo multiplicatur, uel nō multiplicat̃ prius. pa. 302
Bona plura in Deo ponere ſemper nō eſſe bonū. 302
Exiſtentia, & neceſſitas ī Deo ſunt modi intrinſeci, & nō formalitates. pag. 302.
Conceptum duplex pa. 303
Pater a ſua paternitate adiectiue ſumpta diſtinguitur, non autem ſubſtantiue cōſiderata. pag. 303
Homo, & humanitas quomodo duplici ratione diſtinguantur. pag. 303

¶ Lectio Trigeſima.

Prioritas quincuplex. 304.
Duratio triplex. pag. 305.
Prius, & poſterius origine ꝓ priori, & poſteriori natura

capitur ſæpe. pag. 306
Signa originis duo. pa. 306
Prius Pater eſt beatus, quàm generet. pag. 306
Realitas, reale, & res tripliciter dicitur. pag. 306
Res in diuinis dupliciter. 306
Prioritas perfectionis in genere, & extra gen⁹ pa. 307
Priora generatione sũt poſteriora perfectiõe, qũo intelligatur uera, uel falſa. 307
Materia prius negatiue forma dicitur eſſe natura. 308
Prioritas naturæ dicitur octo modis. pag. 308
Mẽſura triplex declarat. 310
Ordo originis triplex, & inſtantia cuius licet declarantur, in diuinis præcipue ac diffuſe. pag. 311
Poſteriora ſunt perfectiora quomodo intelligitur 314
Priora componere ſua poſteriora declaratur. pag. 314
Prioritas naturæ cur negetur a nonnullis. pag. 316
Pater quomodo pri⁹ eſt beatus quàm generet tribus modis exponitur. pa. 316.
Eſſentia diuina cũ exiſtentia quid nam dicat. pag. 316
Prioritates poſuit Ari. p. 317
Homo ſua paſſione quomodo prior ſit. pag. 317.
¶Lectio Trigeſima prima.
Realis identitas, & diſtinctio. pag. 318.
Realis identitatis tres conditiones. pag. 318
Realiter q̃ ĩ diuinis ſint. 319.
In diuinis exiſtentia una eſt, & ſubſiſtentia tres. pa. 320.
Realis diſtinctio. pag. 320
Quæcunque ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe, intelligitur de uno ſuppoſito, & ſingulari, & non de ſpecie, & communicabile. pag. 322.
Realiter quomodo magis Sortes, & Plato, quàm ſortes, & brachium ſuum diſtinguntur. pag. 322
Realis identitas eſt relatio rationis. pag. 323
Secundæ intentiones eſſe habẽt obiectiuũ nõ motiuũ, ſed terminatiuũ. pa. 323.
Secundas intentiones an intellect⁹ diuin⁹ cauſet. 323
Deum omnia participant, & quomodo. pag. 324
Intellectus diuinus nõ poteſt præpediri, quin agat in eſſentiam diuinam. pag. 324
Quæ requirũtur ad diſtinctionẽ realẽ, an exiſtẽtia an ſubſiſtentia ſolum. pag. 325
Diſtincta in ſuperiori an diſtinguanĩ in inferiori. 325.
Notionalia ſunt idem realiter inter ſe, & tamen faciunt realiter diſtĩgui perſonas. pag. 326
Realiter homo dicitur idem

Sorti,& diſtinguitur a Sorte realiter, & eſſentialiter naturaliter, nō autem ſpecifice. pag. 326
Natura aliud ē a qdditate 327
Modus intrinſecus ſeparabilis, & inſepabilis a re. 328
Paſſio propria nō cauſat,neq; producitur a ſubiecto, ſed emanat ideo ab eo nō ē diſtincta realiter. pag. 328
Contradictoria reſpiciūt eſſe rei,& modū eſſendi illius, & inferunt diſtinctioné realem cùm rem, & non cùm modū rei conſidarār. 229
Propria paſſio a ſuo ſubiecto nō diſtinguitur realiter, & tamen dicitur ſeparabilis a ſubiecto, non autem ſeparari poteſt, quia ab extrinſeco præpeditur. pa. 333
Realiter ad hoc ꝙ aliqua eadem ſint tria requiruntur, & uno deficiéte illa diſtinguntur realiter pag. 333
Subiectū cū paſſione ſua propria eſt ſimul natura. 334
Subiectū eſt tñ prius negatiue ſua paſſione. pag. 334

¶ Lectio Trigeſima ſecunda.
Totum a partibus quomodo diſtinguatur. pag. 335
Totum methaphyſicum, & phyſicum quid. pag. 335
Partes quomodo accipiāt in toto,& quotuplex, dicatur eſſe pars pag. 335
Quantitas duplex pag. 335
Virtus duplex. pag. 336
Extenſio eſt diſtincta a quāti tate,& a ſubiecto. pa. 336
Totū diſtinguitur a ſuis partib⁹ rōe multiplici. p. 337
Totū nō diſtingui oſtendunt plurimæ auctoritates, & rationes. pag. 338
Duo abſoluta diſtincta realiter Deus ab inuicem ſeparare poteſt, ſi unum nō dependeat ab alio. pag. 339
Prius poteſt ſtare ſine ſuo poſteriori,ſed nō ſemper. 340
Deus neceſſario, & non neceſſario cauſare dr̄. 340
Totū integrale diuidiť a ſuis partibus rationibus. 341
Totum homogeneū & etherogeneum. pag. 343
Totum homogeneū an ſic diuidatur, eſt dubiū. 343
Bis idē reproduci an ſit poſſibile. pag. 343
Totū per accidēs a ſuis nō diuiditur partibus. pa. 345

¶ Lectio Trigeſima tertia.
Eſſentialis identitas, diſtinctio,& ordo. pag. 345
Accidens quomodo qat ſine ſubiecto ſtare pag. 347
Deus cauſare oēs ſubſtātias ſe ſolo potuerit, nō āt omnia accidentia

accidentia ſe ſolo cauſare ualebit. pag. 347
Diſtinctio eſſentialis cur aſſignetur. pag. 348
Accidentia cur nequeunt ſine ſubiecto eſſe. pag. 348
Quid faciat Deus reſpectu ac accidentiũ, an omnia quæ facit circa ea ſubſtãtia. 349
Accidẽtis eſt eſſe in alio, quomodo intelligitur. 349
Eſſentialis ordo quadruplex eſſe dicitur. pag. 350
Eſſentialis eſt depẽdentia cũ re dependente. pag. 350
Eſſentialis diſtinctio quomodo a reali diſtinguitͥ & q̃ requirunt ad ẽe illarũ. 351
Eſſẽtialis, & realis diſtinctiõis diuersũ ẽ fũdamentũ. 352
Eſſentialiter, & de eſſentia eſſe non eſt idem. pa. 353
Eſſẽtialis cauſa duplex. 353
Eſſentialis ordo, & dependentia differt. pag. 353
¶ Lectio Trigeſima quarta.
Subiectiua identitas dupliciter declaratur, & ſecundũ utrunq; modũ dicendi quę hac diſtinctione ueniãt diſtinguenda. pag. 354
Subiectiua identitas, atq; diſtinctio. pag. 354
Diuerſa; & differentia aliqua eſſe nõ eſt idem. pa. 356
Quæ requirãtur ad diſtinctionẽ ſe totis ſubiectiue. 357
Obiectiua, & ſubiectiua realitas quid. pag. 358
Quomodo realitas cõtrahaẽ ad ſua inferiora pag. 359
Se totis ſubiectiue ſunt, & nõ sũt diuinæ perſonæ. 360
Species, quæ pfecta dicaẽ. 361
Subiectiuam identitatem poſuit Ariſt. pag. 363
Differentia ultima quæ. 364
Differentia cum diuerſis non conueniũt aſſerit Ari. 365
¶ Lectio Trigeſima quinta.
Mod' inueſtigãdi identitatẽ, & diſtinctionem rationis quatruplex. pag. 366
Modus inueſtigandi identitatem, & diſtinctionẽ ex natura rei quatruplex. 367
Diſtinctio formalis quatruplex. pag. 368
Diſtinctio realis quatruplex inueſtigatur. pag. 369
Diſtinctio eſſentialis inueſtigatur quatruplex. pag. 369
Diſtictio ſe totis ſubiectiue & obiectiue qũo ĩueſtigaẽ. 369
Diſtinctiõis rationis octo sũt fũdamenta impugnãtur & declarantur. pag. 361
Diſtinctionis rationis poſitio ab Ariſt. & cur modo quinq;, & modo octo fundamenta aſſignet. pag. 363
Diſtinctio ex natura rei ab Ariſt. ponitur. pag. 363
Diſtinctio formalis ponitur

ab Ariſt. pag. 374
Diſtinctio realis eſt Ari. 375
Rationis relatio quomodo per actum rectum, & quomodo per reflexum cauſatur. pag. 377
Res non intellecta quomodo comparetur. pag. 378
Intellectus idem mouens, & motus eſſe poteſt. pa. 378
Intellectus agens, & poſſibilis an ſit res una. pa. 378
Relatio realis an requirat sẽper extrema realiter diſtincta. pag. 379
Impugnantur identitates, & diſtinctiones ſuperius dictæ. pag. 380
¶ Lectio Trigeſima ſexta.
Modus inferendi unã diſtinctionem, vel identitatem ex alia. pag. 385
Formalis idẽtitas duplex. 387
Homo eſt idem formaliter ſuis partibus: phyſica uera eſt, metaphyſica vero falſa, quia ĩ prima in obliquo, & ſecunda in recto fit prædicatio. pag. 389
Ens, & propria paſſio nõ ſunt idẽ realiter per ſe, ſed per accidens. pag. 390
Materia, & forma compoſito, & econtra idem formaliter ſunt. pag. 391
Identitas maior vel minor extenſiue, & intenſiue cognoſcitur. pag. 392
Diſtinctio quæ maior realis, an rationis? pag. 393
Differentia in re, & intellectu. pag. 393
Maior unitas ꝙ minores inferat docet Ariſt. pag. 393
Totũ cum materia, & forma idem formaliter ab Ariſt. ponitur, & ens, & unũ realiter unum eſſe. pag. 394
¶ Lectio Trigeſimaſeptima.
Formaliter quæ diſtinguntur an diſtinguantur realiter. pag. 395
Argumẽta ad quæſtionẽ. 395
Formalitates sũt aliquę realitates, & nõ aliquę res. 395
Quæ diſtinguntur ex natura rei diſtinguuntur realiter idest per realitates. 395
Argumentum a transmutata propoſitione. pag. 396.
Formalitas ſubſtantiæ eſt uera res in recto, non autẽ in obliquo. pag. 397
Ab uno, & eodẽ poteſt ſumi unitas rei, & pluralitas formalitatum. pag. 399
Formalitati ſubiecti & paſſionis, nõ eſt quid commune uniuocum, & quomodo ſunt, uel non ſunt primo diuerſa. pag. 399
Quidditas, & res idem ſunt, ſed inadequate. pag. 300
Dubia in ſolutiones argumẽtorum.

torum. pag. 404
Argumentum a transmutata proportione quomodo teneat pag. 405
Aptitudo non habet rationé entis in actu, & ratione termini eſt in potentia, ratione uero fũdaméti in actu dicitur eſſe. pag. 406
Illa diſtincta sũt realiter, quæ diuerſas habent definitiones quidditatiuas, quarum una non includitur in alia neq; per additamẽtũ, neq; quidditatiue. pag. 407
Homo, & ſua paſſio dicitur una natura ſubiectiue, non autem obiectiue. pa. 408
Quidditas, & res eſſentiæ idẽ ſunt, non autem quidditas & res exiſtentiæ. pa. 409
Quę ſunt diſtincta numero, & ſeparabilia ſunt, illa realiter diſtinguntur. 410
Homo eſt ſpecies, & animal eſt genus, non eſt uera formaliter, ſed fundamentaliter. pag. 401

Hec

INDEX RERVM, ET LOCORVM MEmorabilium, quæ in toto hoc uolumine continētur iuxta ordinem alphabeticum, & numerum paginarum.

A.

Abſolutum, & reſpectiuum eſt trāſcendens, & quod eſt commune ex illis ſubſtantiæ, quantitati, & qualitati non poteſt eſſe genus. pag. 183
Abſtractio unica fit a ſubſtantia, ab accidentibus uero, & relationibus plures. pag. 251
Abſtractio ultimata nō recipit prædicationem alicuius, exponitꝛ affirmatiue, & negatiue. pag. 256
Abſtractæ prædicationes in diuinis uerę cognoſcūtur, uel falſæ per regulas multas. pag. 261
Abſtractæ uero prędicationes in creaturis per treſdecim regulas cognoſcuntur, Falſæ per regulas octo, & uere per regulas quinque 265
Abſtractio non fit à termino. pag. 270
Accidentia, ſunt non entia pagina. 25
Accidens duplex. pag. 72
Accidentis conſideratio. 81
Accidens reſpectiuū concernit tria. pag. 260
Accidens quomodo ſine ſubiecto ualeat eſſe. 335. & cur nequeat 346. Et quomodo illius ſit ēe in alio 349
Actio, & paſſio idem ſunt, & doctio, & doctrina nō ſunt idem, & quomodo actio cum paſsione idem non ſint. pag. 8
Actio immanens, atque tranſiens. pag. 70
Actus correſpondens potentiæ obiectiuæ, & ſubiectiuæ. pag. 93
Actus, & potentia non ſunt eiuſdem generis, & cur errarunt aſſerentes oppoſitum. pag 95
Actus intellectus triplex rectus collatiuus atque reflexus. Item abſtractiuus, & intuitiuus. pag. 167
Actus intelligendi, & ſpecies idē obiectū repreſētāt 167
Aequiuocatio duplex a caſu, & a conſilio. pag. 19
Aequocatio rei, & ſigni. 108
Aeternitas non dicit proprietatem

tatem, neque qualitatem, niſi conſecutiue. pa. 271
Alia ratione homo conditus eſt, atque brutum non for mali, ſed obiectiue. pa. 97
Amicitiæ multa neceſſaria ſunt, inimicitiæ ſolūmodo unum. pag. 174
Analogū, & analogia. 19 & 20
Analogum omne, aut uniuocum, aut æquiuocum. 110
Animæ, & angeli an materia careant. pag. 129
Anima intelligit; & non intelligit, uult, & non uult primo, & non per ſe quomodo intelligatur. pag 10
A notioribus nobis ad ea, quę sūt notiora naturę, & ecōtra quomodo ſit inceden dum. pag. 106
Antichriſtus, & ſcientiarum entia ſunt realia pa. 28
Aptitudo differt à potētia 117
Aptitudo quid ſit. pag. 117
Aptitudo nō impeditur ī uno extremo, niſi propter defectum aptitudinis in alio extremo. pag. 118
Attributa omnibus in diuinis cōpetunt, relationes uero originis uni, aut duab9 perſonis ad ſummū. pag. 48
Attributa, quæ ſint in diuinis. pag. 49
Attributa quæ ſint. pag. 53
Attributa in nobis ſunt in genere, in Deo autem tranſcē dentia ſunt pag. 53
Argumenta principalia ſiūt, atq; ſoluuntur pag. 395
A tranſmutata proportione argumentari. pag. 405

B

Bona plura in Deo ponere nō ſemper decet. pag. 302
Bruta animalia cauſare nequeunt ſecundas intentiones. pag. 43

C

Cauſa cur formalitates ediderit Scotus. pag. 2
Cauſa, & principium 149
Cauſa rerum an ſit uolūtas dicta, an poteſtas. pag. 294
Chimęra fundare nō poteſt ſecundas intentiones. 44
Conceptus diuiſibilis uniuocus dicitur. pag. 107
Conceptus quincuplex. 107
Conceptus obiectiualis duplex pag. 108
Cōcept9 cōmunis ētis qd 119
Conceptus entis uniuoc9 an a parte rei unitatem dicat realem. pag. 120
Conceptus entis quomodo non ſit in rebus per inexētiam realem, ut diuina eſſētia perſonis ineſt diuinis, neq; per indifferentiam realē, vt naturæ cōmunes. 120
Conceptus indiſtinctus. 173
Concretum duplex. pag. 303

Conſe-

Conferentia duplex. pag. 31
Cognoſcimus Deum, & quomodo. pag. 218
Côplexio, & diuiſio ſunt in intellectu, & nô in reb⁹. 32
Côpoſitio duplex. pag. 130
Compoſitio cû his, & ex his differũt quatruplr̃. pa. 222
Contingens complexum & incomplexum. pag 133
Côtingêtes res omnes ſunt, & neceſſarie omnes ſecundum quid. pag. 136
Contingens uere quare î oppoſitam qualitatem uertatur. pag. 140
Conſtitutiuum cum ſuo conſtituto quomodo idem ſint pagina. 301.
Conſtructio duplex. 228
Contradictoria duo quomodo de definitione & definito queant prædicari. 193
Contradictio Scoti de primo obiecto intellectus ſoluitur. pag. 23
Corpus tripliciter conſideratur. pag. 7

D.

Decem prædicamenta diſtinguntur. pag. 203
Demonſtratio non eſt definitionis, neque ſubſtantię, ſed paſſionis. pag. 57
Demonſtratio duplex. 247.
De ultitmate abſtractis nil dicitur. pag. 251.
Deus & creatura, ſubſtantia & accidens non ſunt extrema contradictionis, ſed ſemper fundant contradictionem. pag: 27
Deus non ualet ſecundas cauſare intẽtiones, licet eſſe ſecundarum intentionum Deus cauſauerit à principio orbis. pag. 43
Deus cum rebus omnibus eſt formaliter perfectior, ſine illis uero radicaliter. pa. 49
Deus infiniti dicitur eſſe uigoris. pag. 60
Deus a ſe non poſitiue dicitur eſſe; ſed negatiue. 75
Deus abuſiue ſubſtantia dicitur. pag. 76
Dei tres ſubſiſtentie. pa. 76
Deus eſt ens, non eſt quidditatiua prædicatio. pa. 123
Deo ipſi reſpectus, qui creaturæ reantur, ſunt rationis, uel nulli. pag. 143
Deus poteſt cauſare reſpectum ſine extremis, non quatenus reſpectus extremorum illorum pag. 149
Deus non per infinitatem ſed per quidditatem ſuã a creatura diſtinguitur formaliter. pag. 203
Deus eſt homo, & uerbum eſt homo, nô eſt formalis, neq; denominatiua prædicatio; ſed ſubſtantialis. pag. 268

Deus

Deum quomodo omnia participent. pag. 324
Deus quomodo neceſſario, & quomodo nõ neceſſario cauſet. pag. 340
Deus cauſare omnes ſubſtantias ſe ſolo poteſt, non autem omnia accedẽtia. 547
Differt modus a differentia quinque modis. pa. 206
Differentia triplex inter intelligentias ſecũdas, & perſonas diuinas reſpectu eſſentiæ pagina. 206
Differẽtia, & nõ idẽtitas in diuinis eſt quatruplex. 279
Differentia multiplex inter primum, & ſecundum modum. pag. 234
Differentiæ ultimæ. pa. 364
Differẽtia in re, & in intellectu. pag. 393
Definitum ſuæ definitioni idẽ eſt formaliter, & inferius non eſt aliud formaliter a ſuo ſuperiori. pa. 283
Definitum, et definitio formaliter ſunt intentiones ſecundæ, non autem fundamentaliter. pag. 193
Diſtinctio multiplex eſt ponenda, & rationibus decẽ comprobatur. pag. 4
Diſtinctio rationis duplex. pagina. 172
Diſtinctio rationis ſortitur robur a non repugnãtia rei. pag. 172
Diſtinctio ex natura rei eſt inter definitionẽ, & definitum, & impugnatur. 194
Diſtinctio realis duplex. 212
Diſtinctio ex natura rei, quæ ſit. pag. 213
Diſtinctio eſſentialis, & ſubſtantialis. pag. 278
Diſtinctio in ſuperioribus an ſit in inferioribus. 325
Diſtinctio eſſentialis cur ponatur. pag. 348
Diſtinctio formalis quatrupliciter inueſtigatur. 368
Diſtinctio realis quatrupliciter inueſtigatur. pa. 369
Diſtinctio eſſentialis inueſtigatur quatrupliciter. 369
Diſtinctio ſe totis obiectiue & ſubiectiue quomodo inueſtigatur. pag. 369
Diſtictiõis ratiõis octo ſunt fundamenta. 370, & 371
Diſtinctio rationis ponitur ab Ariſt. 371. 8. Ex natura rei. 17. Formalis decẽ atq; realis. pag. 373, & 374
Diſtributio in termino, & extra terminum. pag. 288
Diuerſa, & differentia. p. 406
Diuiſio in aliqua, & per aliqua differt. pag. 107
Diuiſionis entis Scoti impugnatio. pag. 181
Duratio triplex. pag. 305
Duo indiuidua quomodo nõ

 diſtin-

distinguntur realiter. 318
Duo abſoluta Deus ſeparare poteſt, cùm diſtincta realiter fuerint. pag. 339
Dubia in ſolutiones argumētorū prīcipaliū. 404, & 405

E

Ens, & unum una natura ſūt, diſtincta tamē ratione qdditatiuà. pag. 10
Ens diuiditur in idem, vel diuerſum, æquale, vel inequale, ſimile, vel diſſimile. 16
Ens primo diuiditur. pag 18
Ens obiectum intellectus noſtri. pag. 20
Ens rationis, ut eſt ſecūda intentio pag. 22
Ens reale uniuocum Deo, & creaturis. pag. 24
Ens dicitur de entib⁹, ſicut ſanum, de ſanis pag. 24
Ens non prædicatur in quid de paſſionibus ſuis, & de modis intrinſecis, & de differentiis. In quale uero de differentiis eſſētialiter prędicatur. pag. 26
Ens cōtrahitur ad Deum, & creaturas non per differentias, ſed per modos intrinſecos. pag. 26
Entis conceptus duplex, realitatis, & obiecti. pag. 27
Entis rationis duplex cōceptus, rationabilis, & rationis comparantis pag. 27
Ens reale quid ſit. pag. 28
Entis rationis cōditiones. 36
Entis rationis triplex acceptio. pag. 36
Entis rationis duplex eſſe. 36
Ens obiectiue in anima. 36
Ens rationis obiectiue eſt uniuerſale. pag. 39
Entis realis diuiſio prima. 45
Ens abſolutum, & reſpectiuū quid. pag. 45
Entis prima diuiſio impugnatur. pag. 47
Ens non quātum ubi reperiatur. pag. 48
Ens denominatiue, nō autem formaliter eſſe ad aliud poteſt. pag. 52
Et quatuor modis dicitur ad aliud formaliter. pag. 52
Entis diuiſiones ſex. pag. 54
Entis unitas eſt intima, cū ſit realiter illi. pag. 56
Entis paſſio prima, quidditas ſubſtātia, & accidens, atq; mod⁹ intrenſecus. 56, & 57
Ens uniuocum, & equiuocū dicitur duplex reſpectu duplicis intellectus confuſe, uel clare conſpicientis. 57
Entis quantitas, & unitas qūo ſe habeant. pag. 58
Entis quatuor diuiſiones. 60
Entis diuiſionis an ordo ſeruetur a Scoto. pag. 63
Entis diuiſio in ſubſtantiam, &

& accidens. pag. 72,& 77
Entis diuiſio in ſecũdũ quid, & ſimpliciter. pag. 92
Entis realis diuiſiones multiplices. pag. 97
Ens in potentia obiectiua q d ſit. pag. 99
Ens ut eſt ſubiectum in methaphyſica, & adequantũ obiectum intellect⁹ noſtri, uniuoce prędicat̃ de ente ſimpliciter, & ſecundum quid. pag. 101
Ens, & unum nõ magis cõueniũt, quã ens, & nihil. 152
Ens in quãtum ens ſubiectũ in methaphyſica eſt ſpecificatiue, methaphyſicą tamẽ entia ſpeculatiua inquantũ entia reduplicatiue. 105
Ens uniuocũ, ęquiuocum, & analogũ conſideratur. 114
Ens tranſcendenter, & tranſcendentiſſime. 118, & 320
Entis duplex uniuocatio 121
Entis cõceptus diſtinct⁹, atq; confuſus pag. 122
Entis cõceptus an aliquo modo Deo eſſe dicatur. 123
Ens eſt primum obiectum intellectus noſtri primitate adequationis ex natura potentiæ pag. 124
Ens ſimplex, atque compoſitum pag. 125
Ens neceſſarium, atq; contingens pag. 133
Entis diuiſio in potentia ſubiectiua, & obiectiua non eſt eadem cum ente ſimpliciter, & ſecũdum quid. 141
Entis diuiſio ĩ ens idepẽdẽs, atq; dependens pag. 142
Ens in unum, & multa. 143
Ens, & unum conuertuntur, & ideo cũ unum dicatur quinque modis, ita & ens. pag. 154
Ens, & res dupliciter conſiderantur. pag. 178
Entis diuiſio ad limitata eſt ad decem prædicamẽta, ad illimitata uero dat̃ per abſolutum, & reſpectiuũ. 182
Ens in Deo non cadit conſtitutiue, & ſi quidditatiue de Deo dicitur, non tamen quatenus genus eſt. 229
Equinitas nil concernit niſi in primo ſigno, nõ autem in ſecundo pag. 271
Eſſentia diuina eſt eſſẽtia patris, pater tamen nõ eſt de quidditate eſſentię, & quo modo alia formaliter a perſonis eſſe dicatur. pag. 10
Eſſe eſſentiæ nunq̃ ab eſſentia ſeparatur pag. 13
Eſſe ideale eſt tantũ in mente diuina, in noſtra autẽ eſſe cognitum eſt pag. 96
Eſſe a ſe, & non eſſe a ſe, non dicit in diuinis maioritatem. pag. 158

Eſſentialis, & accidentalis dependentia. pag. 148

Eſſentia diuina formaliter diſtinguitur a relationibus. pag. 191

Eſſentia diuina non habet eſſe in perſonis ſuis per abſtractionem, ſicut homo in ſingularib⁹ ſuis, ſed per realem exiſtentiam, & non per indifferentiam, ſicut homo. pag. 215

Eſſentia generat non eſt denominatiua, quia ſebiectū nō eſt conſtitutū. pa. 250

Eſſentia diuina eſt entitas, uera eſt propoſitio, ubi illa eſt falſa, eſſentia dinina generat, & generatur. pa. 250

Eſſentia diuina formaliter diſtinguitur ab attributis, & quæ formaliter diſtinguantur in dictis. pa. 285

Eſſentia una eſt in diuinis, & plura eſſentialia. pa 286

Eſſētia diuina infinitates habet plures, & non dicitur maius aliquid cum illis, niſi denominatiue. pag. 298

Eſſentia diuina cum exiſtentia quid nam dicat. 316

Eſſentialis identitas, diſtinctio, & ordo pag. 345

Eſſentialis ordo quatruplex dicitur eſſe. pag. 350

Eſſentialis, & realis diſtinctio nis non idem eſt fundamētum. pag. 352

Eſſentialis ordo, & depēdentia differt. pa. 350. & 353

Exiſtentia diuiditur ab eſſe rei ideali, cognito, & imaginabili, non autem ab eſſe rei reali pag. 96

Exiſtentia in Deo eſt de eſſentia, non autem modus intrinſecus. pag. 213

Exiſtentia una, & ſubſiſtentiæ plures. pag. 213

Exiſtentia Dei, & noſtra ſunt eiusdem rationis ideſt conceptus, non autem definitionis, ſiue ſpeciei, cùm in Deo tranſcendēs eſſe dicatur. pag. 219

Ex, & De differunt. pag. 276

Ex neceſſaria propoſitione non ſequitur, niſi neceſſaria, ex per ſe autem, aut formaliter non ſequitur neceſſaria. pag. 268

Extraneari dupliciter. 258

Exiſtētia, & neceſſitas in Deo ſunt modi intrinſeci, & nō formalitates pag. 302

Extenſio eſt diſtincta a quantitate, & ſubiecto. 336

F

Filius Dei quomodo a patre non dependeat. pag. 144

Finitū eſt quicquid in genere ponitur. pag. 116

Forma

Forma elementi eadẽ, & mouet, & mouetur. pag. 4
Formalitas quid ſit, unde dicatur, & quot modis. 11, & 12
Formaliter quatuor modis pag. 52
Forma corporeitatis an danda ſit. pag. 83
Forma, & materia reductiuæ ſubſtantia ſunt. pag. 83
Forma, & materia quidditatiuæ entia ſunt, ſubſtantiæ autem reductiuæ pag. 84
Forma eadẽ eſſe poteſt in potẽtia obiectiua, & ſubiectiua. pag. 94
Forma ſolis apta ẽ eſſe in alia materia, non autem materia alia apta eſt recipere illam. pag. 118
Formalis identitas, & diſtinctio. pag. 124
Forma dicitur quinq; modis. pag. 224
Formæ plurimæ in homine, licet unica anima ſit. 228
Forma accidentalis duplex pag. 224
Formaliter quĩq; modis. 225
Formas omnes an poſuerit Ariſt. pag. 237
Forma informãs, & qua quis ſubſiſtit. pag. 278
Forma informans duplex. 278
Formalis identitas, & diſtinctio. pag. 284
Forma una eſt in dictis, & tamen plures formalitates. 286
Formaliter quomodo inferius ſit idem ſuperiori. 289
Formaliter, & modaliter multiplicantur in diuinis infinitates. pag. 298
Formalis identitas duplex. pag. 387
Formaliter, quæ diſtinguntur an realiter diſtinguantur. pag. 395
Formalitates ſunt realitates, & non res pag. 395
Formalitas ſubſtantię eſt uera res in recto, non autem in obliquo. pag. 397
Formalitas ſubiecti, & paſſionis quid. pag. 399, & 400
Formalitates cur potius uocantur, quàm realitates. 17
Fundamentum duplex, proximum, & remotum. pa. 15

G

Genus generaliſſimum quid pagina. 116
Genus generaliſſimũ ſtare poteſt ſine multis ſpecieb⁹. 116
Genus eſt, quod aptum natũ eſt de ſe diuidi in oppoſitas differentias. pag. 117
Genus eſt aptum natũ dici de plurib⁹, ergo plura ſũt apta nata recipere prædicationẽ illius, non ualet. pa. 117
Genus ẽ actualiter finitũ. 184

H.

Habitus ſcientificus ſuum eſſe habet in intellectum immediate, ſecundæ autem intentiones mediate. 35
Homo eſt ſpecies, & animal eſt genus, non eſt uera formaliter, ſed fundamentaliter. pag. 411
Humanitas Sortis dicitur natura cõmunis eo quòd nõ repugnat eſſe in alio. 38
Humanitas in ſe entitatem habet atque unitatẽ. 55
Humanitas abſtracta quãtitatem uirtutis de ſe oſtendit, impugnatur tamen quincupliciter. pag. 57
Humanitas an ſit indiuiduũ & an una ſit cũ ſuo modo intrinſeco. pag 59
Humanitas chriſti eſſe poteſt ſine termino, non autem quatenus terminus illius eſt. pag. 147

I.

Ideas cur nõ poſuerit Ari. 89
Ideas unde deſumat Scotus. pag. 89
Idea quid ſit ſecundum Platonem. pag. 89
Idea eſt principium generationis duplex. pag. 89
Idea ſolum in mente diuina reperitur. pag. 90
Idea quomodo cauſetur. 90
Ideæ nõ ſũt reſpect^9 reales, ſed ab intellectu diuino cauſantur, & eoque exiſtunt. 90
Idea unica eſt, atque plures. pagina. 90
Idea in Deo eſt ſua eſſentia prout ipſa eſſentia eſt rerũ ſimilitudo. pag. 90
Idea indelebilis eſt, & quomodo formam ſonat atq; exẽplar. pag. 90
Idea non eſt peccati. pa. 91
Idea ad ſpeculationem, prouidentia uero ad practicã ſpectat. pag. 91
Ideam indiuiduorum aliam ab idea ſpecialiter ponim^9 nos, non autem Plato. 91
Idea quid ſecundum Auguſtinum ſit. pag. 91
Idea, ratio, ſcientia, ars, atque uerbum dfferunt inter ſe. pag. 91
Idea eſt rerum, quæ numquã fient. pag. 92
Idea ſpeciẽ potius, quàm indiuiduum reſpicit. pa. 92
Ideas ſubſtantiarum ita, & accidẽtiũ ponimus nos, ſed non Plato. pag. 92.
Ideale eſſe duplex eſt formale obiectiuũ, primum unum, ſecũdum uero dicitur eſſe multiplex. pag. 97
Idem, atque diuerſum 92
Identitas in infinitũ multiplicabilis eſt. pag. 176

dentica

Identica ṗdicatio. 254 & 256.
Idem, ſimile, equale ſuper una re fundari poſſunt 15
Identitas non dicit poſitiuũ ſed alietatem. pag 176
Identitas ex natura rei. 178
In Deo multiplicitas eſt, nõ tamen, ut potẽtiale & actuale. pag. 126
In Deo reſpectus ſunt rationis uel nulli, hi uidelicet quia creaturis in ipſum terminatur. pag. 67
Indiuiduum quid ſit pa. 86
Inherẽtia per ſe eſt ĩ uno prædicamẽto, per accidens, uero in pluribus. 79 & 184
Intellectus diuinus non poteſt præpediri, quin agat ĩ eſſentiam diuinã. pag. 324
Immultiplicabile per ſe ẽ differentia indiuidualis. 196
Idem poteſt eſſe principium diuerſarum operationum. pag. 196
Idem in actu, & in potentia eſſe poteſt. pag. 147
Incõmunicabile ut quo, & ut quod. pag. 13
In Deo reſpect⁹ quid ſint. 67
In diuinis an ſit diſtĩctio formalis. pag. 301
In diuinis quomodo ſint formalitates. pag 286
In diuinis omnia ſunt eiuſdẽ rationis fũdamẽtaliter. 298
Infinitas duplex. pag. 60
Infinita indiuidua ĩ homogeneo exiſtunt, ſed non ſubſiſtunt. pag. 87
Infinitas duplex, durationis, & uirtutis pag. 60
Intellect⁹ diuinus cognoſcit terminos ſimplices ante determinationẽ diuinę uolũtatis, complexos autem poſt. pag. 137
Intellectus dicitur actiuus & productiuus. pag. 157
Intellectus paſſiuus, & receptiuus. pag. 157
In intellectu diuino nõ reponuntur omnia, quæ in noſtro intellectu reponunt̃. pag. 157
Intellectus agentis eſt omnia facere. pag. 158
Intellect⁹ propriũ eſt trãsferre de ordine ĩ ordinẽ. 158
Intellectus poſſibilis eſt omnia fieri. pag. 160
Intellectus ut potẽtia dupliciter cõſiderat̃. pag. 160
Intellectus agẽtis cõditiones quinque. pag. 161
Intellectus poſſibilis cõditiones quatuor. pag. 161
Intellect⁹ cur duplex eſſe dicatur ab Ariſt. poſitus. 162
Intellect⁹ clare cognoſcẽs nõ cognoſcit unã diuinã pſonam ſine alia. pag. 218
Intellectus idẽ mouẽs, & motus eſſe poteſt. pag. 378

Intelligibilitas. pag. 378
Intelligere rem aliter, quàm ſit dupliciter. pag. 172
Intentio ſecunda unde cauſetur. pag. 40
Intentio generis, & ſpeciei quomodo differant. pa. 44
Intuitiua notitia duplex. 168

M

Materia, & forma quidditatiue entia ſunt, ſubſtãtia uero reductiue. pag. 79
Materia prius natura dicitur eſſe forma, ſed negatiue. pagina. 308
Mauritij, quę deſcripta ĩ margine reperiuntur, uel non ſua, uel non omnia ſunt apprecianda. pag. 223
Memoria cùm reliquis ſenſibus interioribus. pag. 31
Metaphyſici ſubiectum. 103
Modi intrinſeci identice aliquid ſunt. pag. 26
Modus procedẽdi duplex. 106
Modus intrinſec⁹ quid. 127, 198, & 199
Modi dicendi per ſe. pa. 204
Modus prędicãdi p ſe aſſignatur ab Ariſt. ſed nó ſecũdũ oẽm ſuũ gradum. pa. 231
Modus duplex. pag. 243
Modus intrinſecus ſeparabilis, & inſeparabilis à re. pagina. 328, & 368
Modus inueſtigandi omnes identitates, atque diſtĩctiones. pag. 366
Multiplicabile per ſe, & per accidens, & cui competat. pag. 195 196, & 213
Multiplicato poſteriori quando non multiplicet prius. pagina. 302

N

Natura communis hominis licet habeat eſſe per intellectum abſtrahentem, non tamen habet illud per intellectum conferentem. 216
Natura aliud eſt a quidditate. pag. 327
Neceſſarium complexum duplex. pag. 133
Neceſſe non idem eſt apud phiſicos, & theologos. 134
Notionalia ſunt idem realiter inter ſe, & tamẽ faciũt perſonas ĩ diuinis diſtigui realiter. pag. 326
Nulla creatura eſſẽtialiter dependet ab alia. pag. 143

O

Obiectũ mouet, & terminat ĩ tellectũ diuerſimode. 21
Obiectum intellectus unde, intellect⁹ eſt quidditas rei ſenſibilis. pag. 124
Obie-

Obiectum primum intellecti non eſt attingibile, ſed illud ad quod inclinať intellectus. pag. 124

Obiectiua, & ſubiectiua identitas. pag. 354

Omnia unum eſſe affirmantes confundunt entia quæque, & regulantur. pag. 2

Omnia ad aliquid nō formaliter, ſed denominatiue ſunt. pag. 142

Omnis relatio eadem eſt cum creatura, cuius fundamentum eſſe ſine termino nequit. pag. 143

Omnis propoſito uniuerſalis qñ ſit uera declaraĩ quincupliciter. pag. 263

Ordo non ſemper eſt ſeruandus in diuiſionibus. 64

Ordo reſpectus extrinſeci adendo, & deſcendēdo. 66

Ordo relationis creaturæ ad Deum quamtruplex. 145

P

Partes mundi natura & non tempore procedunt mundum. pag. 135

Partes quomodo conſiderentur, & quotuplices ſint. 335

Paſſio duplex. pag. 184

Pater prius eſt beatus, quàm generet. pag. 315

Perfectiſſimo bono poſito ſequitur bonum ſecundum quid. pag. 140

Perfectio rei in ſuperiori eſt dignior. pag. 168

Perfectiones in Deo ſunt duplices. pag. 205

Perſona. pag. 214 & 215

Potentia quęlibet ſuam retinet unitatem. pag. 20

Potentia quàm in ſempiternis ponuntur philoſophi. pagina. 135

Potentiæ animæ quomodo diſtĩguãtur ab anima. 162

Prædicamenta ſunt de eſſe, & non de exiſtentia creata. pag. 220

Prædicatio formalis quatruplex. pag. 225

Prædicamentum ſecundarum intentionum an poſuerit Ariſt. & an ſit reale, uel intentionale, & an ſit undecimum. pag. 79

Prædicatũ traſcēdēs q̃d. 115

Prædicationē cōcreti de abſtracto oportet quod cōcretũ ſit ſuperius immediate ad illud. pag. 204

Prædicatio per ſe nō ſemper eſt neceſſaria. pag. 237

Prædicatio eiuſdē de ſe ſemper eſt uera, ſi non prædicetur ens per accidēs, uel ratio in ſe falſa. pag. 240

Prædicatio formalis habet quatuor gradus. pag. 240

Præ-

Prædicatio denominatiua qd requirat pag. 245
Prædicatio identica. 250
Prædicatio formalis duplex. pagina 267
Prędicatio eſſentialis tãtum eſt in diuinis. pag. 273
Primæ intẽtiones quomodo prædicẽtur de primis. 177
Primitas triplex. pa. 20, & 25
Principium duplex pag. 293
Prioritas, & poſterioritas 135
Prioritas naturæ duplex. 138
Prius quomodo nõ multiplicatur ad multiplicationem poſterioris. pag. 286
Prioritas quincuplex 304
Prioritas perfectionis in genere, & extra genus. 307
Prioritas naturæ dicitur octo modis pag. 308
Propoſitiones quinq; circa prædicationem entis. 128
Propoſitio hęc, Sortes eſt homo impugnatur, & tamen æterna dicitur. pag. 231
Propoſito de omni infert per ſe, & non econtra p. 230
Propoſitio quidditatiua duplex. pag. 233
Propoſitio alia naturalis, alia innaturalis pag. 233
Propoſitio per ſe impugnatur rationibus multis. 233
Propoſitiones per ſe practicãtur. pag. 238, & 239
Propria paſſio an ſi. realiter idem ſuo ſubiecto. 248
Propoſitioné, quę non ſit affirmatiua, aut negatiua nõ ponunt Phyloſophi, Theologi autẽ ponunt pa. 268
Propria paſſio a ſuo ſubiecto non diſtinguitur realiter, & tamen poteſt a ſuo ſubiecto ſeparari pag. 332
Prius eſt duplex. pag. 259

Q

Qualitatis modi ſunt quatuor. pag. 5
Quare formalitatem potius, quã realitatũ dicatur iſte tractatus pag 17
Quantitas duplex, molis, & ẽ in prędicamẽto, virtutis uero, & eſt tranſcendens. pag 46, & 335
Queſtio quid quęrat, & quid ſupponat pag. 14
Quæ continentur ſub extremis contradictionis non habent conceptum uniuocum. pag. 26
Quæ ſunt primo diuerſa non habent cõceptum commu nem. pag. 27
Quæcunq; ſunt eadem uni tertio, interſe ſũt eadẽ 254 & intelligit de uno ſingulari, & non comuni. pa. 192
Quæ requirũtur ad diſtinctionem realem an exiſtẽtiam,
an

an ſubſiſtentia. pag. 325
Quæ requirũtur ad diſtinctio nem ſe totis ſubiectiue 357
Quæ diſtinguntur ex natura rei diſtingunt realiter, id eſt per realitates pag 395
Quæ ſint diſtícta realiter. 410
Quid ſit ſubiectũm ſciētiæ huius. pag. 17
Quid ſit ens reale. pag. 28
Quid agat Deus circa accidētia, an quæ circa ſubſtantiã agit? pag. 349
Quidditas, & res eſſentiæ idē ſunt, nõ autem quidditas, & res exiſtentiæ pag. 409
Quomodo differant inter ſe ſubſiſtentia, ſubſtãtia, natura, eſſētia, quidditas, & formalitas. pag. 186
Quomodo realitas cõtrahat ad ſua inferiora. pag. 287

R

Ratio dicitur dupliciter 156
Rationis idētitas duplex. 175
Ratio in ſe falſa. pag. 243
Realitas, reale, & res tripliciter ſunt pag. 306
Realis identitas, & diſtinctio. pag. 318
Realiter, quæ ſunt in diuinis eadem pag. 321
Realis identitas eſt relatio rationis pag. 323
Realiter homo eſt idē Sorti, & ab eo diſtinguitur pag. 328
Realiter ad hoc quòd aliqua eadem ſint tria requiruntur. pag. 333
Regulæ tres ad cognoſcendã propoſitionem per ſe 239
Regula triplex de ſubiecto abſtracto pag. 269
Regulari per dici de omni, & dici de nullo pag. 283
Relatio an ſit quanta cũ ens in decem genera generaliſſima diuidatur. pag. 48
Relationes notionales 50
Relatiuũ, relatio, reſpectus, & habitudo. pag. 50
Relatio intrinſeca, & extrinſeca. pag. 65
Relatio actualis, & potentialis pag. 101
Relatio quęlibet duas habitudines habet. pag. 145
Relatiua realia non ſupponũt fundamēta ſemper realiter diſtincta, ſed aliquando inferunt pag. 148
Relatio logica, & methaphyſica. pag. 169
Relationes nõ ſunt neq; finitæ, neq; infinitæ formaliter. pag. 217
Relatio aptitudinalis non abſtrahit a fundamento, ſed a termino pag. 271
Res tripliciter dicitur, ſubſiſtentiæ, exiſtentiæ, & eſſentiæ. pagi. 12

Res

Res in potentia ponitur in prædicaméto, ac ſi eſſet in actu. pag. 36
Reſpectus extrinſecus an ualeat prępediri. pag. 67
Res dupliciter aſſignatur. 73
Reſpectus realis nullus extrahitur ab ente, & uno cùm ſimplices ſint cócept⁹. 105
Reſpectus adueniens fundamento non uariat rationē illius. pag. 242
Res una in omnibus prædicamentis conſiderari poteſt. pagina. 245
Res in diuinis dupliciter conſideratur. pag. 306

S

Sanum,& ægrum ſunt immediate oppoſita circa animal, non autem ſanum, uel ægrum. pag. 200
Scientiam de Deo habemus abſtrahendo ab exiſtentia, non autem quatenus exiſtentia eſt, & ſcientia Dei clara, atq; confuſa. 218
Sciētia nō eſt de ſingularibus quo ad exiſtentiam ſed quo ad eſſe cognitum. pagina. 231
Scientiarum habitus ſunt a ſe inuicem diſtincti. pag. 7
Scientia non habet intrinſecas cauſas. pag. 16
Secundę intentiones habent eſſe obiectiuum, non motiuum ſed terminatiuū. 323
Secunda intentio quomodo cauſetur pag. 40
Senſus interiores omnes declarantur. pag. 31
Signa originis duo. pa. 306
Simplex dicitur multis modis. pag. 125, & 127
Sortes nō eſt aliud quàm animalitas,& rationalitas conſtitutiue,nō autem formaliter. pag. 198
Species ſicut numeri eſſe dicuntur. pag. 223
Species rei, & nō res in intellectu diuerſimode ſunt. 36
Subiectum per additamentū cadit in definitione antecedentis. pag. 158
Subiecti cauſæ aſſignantur. 17
Subiectum methabhyſices, et obiectum intellectus noſtri differunt. pag. 18
Subiectiua identitas. 354
Sub diuerſis ſcientiis idem cōſideratur corpus. pag. 7
Subſtantia non ſemper a ſubſtando, ſed a ſubſiſtēdo aliquando dicitur. pag. 73
Subſtantia ab Ariſt. diuerſimode capitur. pag. 84
Subſtantiæ partes homogeneę,& etherogeneę pa. 85
Subſtantia tripliciter dicitur. pag. 260

Superiora continent inferiora potentialiter, eſſentialiter autem econtra. pa. 62
Superius quatruplici uia in ſua inferiora deſcendit. 113
Superiora continent inferiora in ſuppoſitione perſonali, non autem in ſuppoſitione ſimplici. pag. 194

T

Totum homogeneum quomodo de parte ſeparata prædicetur. pag. 94
Tota duo, & partes duæ, & quomodo de ſe inuicē prædicentur. pag. 95
Totum phyſicum realiter, totum uero methaphyſicum ex natura rei a ſuis diuidiť partibus. pag. 190
Totum logicum a ſuis partibus non ſecatur pag. 197
Totum phyſicum bene diuiditur a ſuis partibus realiter. pag. 197
Totum methaphyſicum ex natura rei diſtinguitur a ſuis partibus. pag. 197
Totum a partibus quomodo diſtinguatur pag. 335
Totum ꝙ diſtinguatur a ſuis partibus ratione multiplici indicatur. pag. 337
Totum, ꝙ non ſic diſtinguatur impugnatur ratione, & auctoritate multiplici. 338
Totū integrale diſtinguitur a ſuis partibus pag. 341
Totum homogeneū, & etherogeneum, & an ſit a ſuis, partibus homogeneum diuiſum. pag. 343
Totum per accidens a ſuis partibus non diuiditur. 345
Totum cum materia, & forma idem eſſe ab Ariſt. ponitur, & ens, & unum realiter idem eſſe. pa. 394

V

Virtus duplex. pag. 336
Vltimate abſtractum non recipit prædicationem alterius, exponitur affirmatiue, & negatiue. pag. 256
Vltimata abſtracta p regulas multas cognoſcūtur uere, uel falſæ prædicari. 261
Vnitas realis, & rationis. 141
Vnitas collatiue potentiæ quincuplex. pag. 152
Vnitas realis quatruplex 152
Vnitas maior minorem infert. pag. 152
Vnitates ab Ariſtotele poſitæ. pag. 155
Vnitas ſexcuplex. pag. 275
Vnitas uniuerſi eſt ordinis. pagina. 283
Vniuocatio duplex rei, & ſigni. pag. 110

Vniuocum prædicatum, & uniuoce prædicari differunt. pag. 111
Vniuocatio entis duplex, trãſcendens, & limitata. p. 112
Vnum per accidens, pro aggregatione, per ſe, & unum ſimplicitate quomodo ad inuicẽ ſe habeãt. 280, et 281
Vnum ſicut ens quinque dicitᷣ modis. 284&285
Voluntas nolitionem, & intellectus intellectionem equiuoce producit. pa. 146

FINIS.

FRATRIS HIERONYMI PISTORIENSIS, ordinis Capuccinorum Diui Franciſci, in Scoti Formalitates DIALOGI.

LECTIO PRIMA.

Hieronymus, & Scotus, interlocutores.

H. DEclaraturus, ſubtiliſsime Doctor, tuas in academijs noſtris formalitates, ne dedigneris, quæſo, nobis ex intimis poſcentibus in eis abdita pãdere: in gloſſam enim atq; commentũ tantæ doctrinæ, verba auctoris illius, magiſtri, & præceptoris noſtri doctiſsimi, omni cum humilitate requirimus.

S. Gaudeo plane, mi Hieronyme, quoniã, quod te mea ſcripta in Pariſij vniuerſitate docuerunt, nunc noſtræ Religionis ſcholaribus communicas. Quare cum velis alios meæ doctrinæ ſectatores formare, ne minimum quidem laborem prò te ſubterfugiam: quandoquidem in meis omnibus te ſedulum cognoui; & mihi ſemper ex ceteris mei Gymnaſij ſcholaribus fuiſti cariſsimus. Proponas igitur: Ego vero difficultates enodabo. Incipe, & omiſſa faciamus cettera: hoc enim

præ omnibus mihi iucundiſsimum eſt.

H. Faciam equidem, & hoc quid mihi gratius accidere potuerit, video nihil: Deoque Opt. Max. ac tibi gratias, quas poſſum ampliſsimas ago.

S. Hæc quæſo omiſſa faciamus.

H. Quid fuit in cauſa, vt tot de formalitatibus tam accurate conſcriberes?

S. Qui de diſtinctione, identitateque rerum multa retulerunt, ſatis iudicio meo non facientes.

H. Quinam fuerunt inter alios, qui de tam graui re ſunt loquuti?

S. Parmenides, & Meliſſus omnia entia vnum eſſe dicebant; Vnde Deum Optimum, Maximum, dehonorabant, terreſtria, cæleſtia, & infernalia confundebant.

H. Quo fundamento hæc ſua firmabant?

S. Ratione, quam ſic formabant. Omne quod eſt, aut eſt accidens, aut ſubſtantia; ſed accidens non eſt per ſe, quia alteri inhęret, ergo omne quod eſt, eſt cum ipſa ſubſtantia. ſed ſubſtantia dicit ens, & præter ens nihil eſt, & ens, & unum conuertuntur. ergo omne, quod eſt, unum eſt.

H. Concludit ne ratio iſta?

S. Minime, ſed falſa eſt, Deumque inhonorat, omnia confundendo.

H. Quomodo demonſtratur falſa?

S. Omnia animalia vnum ſunt, ergo omnia animalia ſunt vnum aliquod animalium. Itaque non ſequitur, Omnia entia vnum ſunt, ergo omnia entia aliquod vnum entium erunt. Antecedens quidem verum eſſe fate-

fatemur; falſum vero cõſequens; primum, quia genere omnia animalia vnum eſſe apparent; non autem ſequitur, vt numero omnia animalia vnum ſint; de unitate namque generica primum; ſecundum vero de vnitate numerali intelligendum eſt.

H. Falſa reuera apparet eorum poſitio: ſed quo modo Deum Optimũ, Maximum inhonorent, rerumque ordinem confundant, ipſe ignoro.

S. Si omnia vnum ſunt, deſignetur illud vnũ, & ſit ſubſtantia, uel accidens, Plato, uel illa albedo; tunc ſi omnia entia unũ ſunt, omnia Plato ſunt, uel illa albedo, lapides, arbores, animalia, cælum, angeli, dęmones, atque Deus, Plato, uel illa albedo erũt; & cùm Plato miſerrimus ſit, & peccator, & illa albedo accidẽs ſit, & dependens, omnia entia, imo, & Deus erunt peccator, uel accidentia, & dependentia. Quapropter illi ponere coacti ſunt entium diſtinctionem, uel dicere ea, quæ exiſtunt, non exiſtere, neque eſſe. Quare mens iſtorum tam rationi contraria eſt, ut illud Pauli de ipſis dici ualeat; Qui cùm cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt; ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt; niſi aſſerere uoluerint, unitatem illam ordinis alicuius fuiſſe in rerum omnium auctorem, quem creata reſpiciunt omnia.

H. Extiterunt ne alij, qui de re diſtinguenda aliquid de poſuerint?

S. Alios extitiſſe cognouimus, res, diſtinguentes diſtin

ctione reali,& ſi aliqua alia diſtinctione res uidebantur diſtingui;rationis affirmabant eas diſtinctione diſtingui; quamobrem formalitates has in medium dare decreui; ut palam omnibus fieret,alias dandas eſſe diſtinctiones,formalemque præcipue.

H. Quo fundamento roboratur harum diſtinctionum diueiſitas?

S. Experientia, authoritate,& ratione multiplici.

H. Sequere igitur, quod promittis,ſed de diſtinctione primo formali fundamentum explana.

S. Experiētia docet; rationabilitatē, riſibilitatēq; eſſe in homine,quas nō ambigit in unitate conuenire reali. Cùm igitur diſtinctas illas eſſe percipiat, aliqua diſtinctione fatetur experientia, ipſas eſſe diſtinctas; non reali diſtinctione (ut dictum eſt) neque rationis; cùm non ſolum id per intellectum efficiatur,ergo aliqua alia media diſtinctione illas diſtingui erit neceſſe. Authoritas uero Ariſt. eſt in prædicamento de qualitate, t. com. 21. in Eth. & in 4. metaph. ac Commentatoris in 3. Cæli com. 28.

H. Depone, quæſo, rationes promiſſas.

S. Super uerba Comentatoris incipiam nunc citati. Eadem (inquit) natura elementi, & mouet, & mouetur: mouet quidem quatenus forma eſt, cuius eſt agere:mouetur autem quatenus materia,cuius eſt pati, idque exemplo oſtenditur: quia ignis elementum mouetur a motore primo per cælorum alios motus, & ignis idemmet (purificando aerem) mouet; & aer idem aquam ſuo motu purificat, ne corrumpatur;

tur; aqua autem, ut terra gignat; qu e uitæ huic neceſſaria ſunt, eam mouere non deſinit. cùm igitur illa, quæ ſic reſpectu unius ſunt, ut agens unum ſit, & idem patiens, diſtingui neceſſe eſt, & non reali diſtinctione; cùm unica ſit harum extremitatum res; neque diſtinctione, quę ſuum per intellectum eſſe retineat: igitur media alia diſtinctione, quam nos formalem uocamus.

Ratio alia Ariſt. eſt in cap. de qualitate, ubi habetur, eandem caliditatem diuerſis in ſpeciebus eſſe poſſe qualitatis; nam in prima erit quatenus diſpoſitio quædam; in ſecunda prout erit iguis potentia quædam ad calefaciendum; & in tertia quando paſsio erit, uel paſsibilis qualitas. Iſta ergo hoc pacto diuerſa diſtinctionem innuunt, & non realem, cùm unica res harum extremitatum ponatur: neque rationis erit diſtinctio; ut patet ad ſenſum; igitur formalis, quam diximus.

H. An iſtæ ſpecies ſic diuerſę in qualitatis prædicamento exiſtant inter ſe oppoſitæ, ſicut ſpecies animalium ſub genere animalis?

S. Ne putes hoc pacto qualitatis ſpecies eſſe diſtinctas; ſed ueluti modos adinuicem qualitatis eſſe cenſebis. hinc Ariſt. in loco eodem ſubintulit; & alij modi qualitatis fortè uenient aſsignandi.

H. Clarè ſatis, quid de modis dictum ſit, ipſe cognoui, ſequere igitur rationes.

S. Sortes idem ſubſtantia eſt; quantus; qualis; effectus quidam, agit, patitur, in loco, in tempore, eſt ſi-

tuatus,& denique aliquo ſeſe modo habere cernitur, res una eſt,quę eſt Sortes,& omnium prędicamétorũ locũ eũ tenere nõ ambigimus;Et ex eo, quia una res eſt, diſtinctio rei non erit;ex eo uerò, quia diuerſa reſpicit prædicamenta,& locũ diuerſorũ prædicamentorum retinet, diſtinctionem aliquam innuit, non rationis,ergo mediam, quam formalẽ iam diximus.

Ariſt.2. Met. t. com. 2. Habitus ſcientiarum ab inuicem eſſentialiter eſſe diſtinctos aſsignat; & nihilominus idem ſubiectum,ſiue corpus ſub diuerſis ſcientijs poſſe conſiderare fatetur, idque nos exemplo docemus: quoniam corpus idem Phyſicus, Mathematicus, Metaphyſicus conſiderat, atque Theologus: Phyſicus quatenus materiam habet,& formam: Mathematicus quatenus trina dimẽſione dimenſionatur: Metaphyſicus prout habet eſſentiam, quidditatemque propriam: Theologus autem,ut beatificabile eſt: quòd ſi Phyſicus ſciat ſubiectum ſuũ corpus habere, & ignoret utrum materiam habeat,tunc Mathematicus dicit ei. Ipſe tuum corpus materiã habere oſtendam:nam omne corpus trina dimenſione dimenſionatum materiam habet:tuum autem corpus huiuſmodi eſſe non ignoras:conſequens ergo erit, corpus tuum in ſe materiam habere. Ignoret Mathematicus, an corpus ſuum trina dimenſione dimenſionetur: tunc Metaphyſicus ait,Omne corpus, quod quidditatẽ habet, atque eſſentiã trina dimenſione dimenſionatur, corpus autem tuum fateris quidditatem habere,ergo ſcias illud trina dimenſione dimenſionari. Quod ſi

Metaphi-

Metaphyſicus ignoret, utrum eſsētiam habeat corpus ſuum, & quiditatem, id Theologus ſibi declarat: Corpus omne beatificabile (licet per aliud beatificabile ſit) ſuam ſecum quiditatem, & eſſentiam defert, tuum autem corpus beatificabile eſt (licet per animã formam ſuam) igitur corpus tuum ſcias quiditatem, & eſſentiam retinere. Iſta omnia corpus unum reſpiciunt: unde identitatem realem inferunt: diuerſitas autem, quæ uidetur, diſtinctionem, non rationis, ergo mediam, quam formalem appellamus, demonſtrat.

Tertio Phys; t. co. 21 Actio (inquit Ariſt.) & paſſio idem ſunt; aliud tamen, & aliud quodquid erat eſſe habent: ratio autem infertur; quia illa, quę habent aliud, & aliud eſſe quodquid erat diſtinctionem prę ſeferunt, non realem, neque rationis, ſed mediam, Actio, & Paſsio aliam, & aliam habent quiditatem, & idem ſunt, ergo hanc habere diſtinctionem innuunt, & actionem non intelligas, qua homo agit & paſsionem, qua patitur eandem eſſe, vel idem: ſed actionem actam conſiderabis, quę dum agentem reſpicit agens dicitur: & quia reſpicit etiam patientem, patientis nomen aſſumit.

H. Habet Ariſt: 3. phys: t.com. 22, doctio, & doctrina non ſunt idem, neque actio cum paſsione; ſed cui hæc ſunt, ideſt motui; quod contrarium dictis eſſe uidetur.

S. Intelligas iſta formali diſtinctione diſtingui, & reali unitate uniri, Ariſt: protuliſſe, & nos, ideo nõ differre.

Pręterea ſuis in Eth. Ariſt. tenet, quòd virtus, & iuſtitia ſit eadem res; tamen diſtincta, ſecundum ratio-

nem quiditatiuam; cum igitur diſtingui quiditatiue eandem rem, non rationis inferat diſtinctionem, neque realem, ſed mediam, & uirtus, & iuſtitia ſint huiuſmodi, inter iſtas partes talis diſtinctio erit.

Item 4. meth: t, com. 3. ens, & unum uña natura ſunt; diſtincta tamen ratione quiditatiua, & idem in 4. top: aſsignat; quæ uero eiuſdem rei diſtincta hoc pacto ſunt, non ratione, neque re, ſed alia diſtinctione fateberis eſſe diſtincta. Quod ſi diceres, non alia diſtinctione à diſtinctione rationis diſtingui ens ab vno, & hoc uoluiſſe Ariſt. intelligere per rationem quiditatiuam; dico quód ens ab vno magis, quam ens ab ente diſtingui oportet. ens enim ab ente ratione diſtinguitur: ergo maiori diſtinctione, quàm rationis, debet diſtingui ab uno.

H. Quid ſi dicerem, maiori diſtinctione diſtingui ens ab vno, de maioritate intelligendo graduali, in rationis diſtinctione, ſic quòd eſſet diſtinctio una realis, & alia rationis, & in illa diſtinctione rationis, magis & minus diſtingui entia; an bene ipſe ſentirem?

S. Non quidem, quoniam ſi ens ab ente, & ens ab vno rationis diſtinctione ſecundum magis, & minus ſit diſtinguendum; cum diſtinctio rationis inferat extrema entia rationis eſſe: conſequens eſſet ens, & unum ſecundas eſſe intentiones: & ſcientiam entis, & ſuę paſſionis artis non realis, ſed rationis eſſe: & ſic Metaphiſica logicæ adhærebit, ſecundas intentiones conſiderando.

Sed clarius Sortes à ſe diſtinguitur, & ſortes a propria

pria paſsione diſtinguitur, a ſe non niſi diſtinctione rationis: ergo à ſua paſsione propria maiori diſtinctione diſtinguitur: Et tamen ij, qui fatentur diſtinctioné rationis tantum, atque realem, coguntur dicere ens ab-uno, reali diſtinctione diſtingui, uel entis ſcientiam rationis, & non realem eſſe.

Eſſentia diuina a Patre, & filio, & ſpiritu ſancto, non eſt alia eſſentialiter, neque realiter, cum pluralitas rerum ſic a fide noſtra in diuinis non detur:& tamen concedimus formalem eſſe diſtinctionem, quam Theologi innuunt dicendo, Patrem eſſe ad aliud, & ita filium, & ſpiritum ſanctum. Eſſentiam verò non ad aliud,ſed ad ſe; Vnde ad aliud eſſe & non ad aliud eſſe, ſed ad ſe, diſtinctionem infert, non rationis,neque realem, ergo formalem. Hinc Aug. in lib. 7. de Tri: c. primo dicit,Quod eſt ad aliud in diuinis,non eſt eſſentia. & intèlligit formaliter.

H. Quomodo eſſentia cum perſonis intelligitur eſſe, vel ad inuicem, quomodo iſta cohærere intelligam?

S. Eſſentia diuina, quod ſit de eſſentia Patris intelligendum eſt; quia Pater conſtituitur in eſſe eſſentia,& paternitate; Pater nihilominus non eſt de quidditate eſſentię, quatenus Pater eſt; nullus enim reſpectus de quiditate eſt abſoluti: Pater autem (ut diximus) ad aliud eſt, eſſentia vero ad ſe. Ideo paternitas non eſt de quiditate eſſentię: eſſentia tamen diuina intelligitur eſſe de eſſentia Patris; non adeo ſic ut illa de Patre per ſe, & primo modo prędicari poſsit;cum nihil de aliquo ſic prędicetur, niſi ens ſit per ſe unum,quod nequa-

nequaquam eſſe dicimus Patrem: Cùm ex re, & relatione conſtituatur; ex abſoluto autem, & reſpectiuo vnum per ſe non fit. Quare conſequens eſſe uidetur de Patre nil per ſe prędicari: quia verò eſſentia diuina eſt de eſſentia Patris; illum enim in ſuo eſſe conſtituit, cum dicimus Pater eſt eſſentia diuina formaliter, & quiditatiuè: falſa eſt propoſitio, tamen uera eſt identicè, atque conſtitutiue: quoniã Deus Pater deitate eſt Deus, & paternitate eſt Pater formaliter.

De una eademque re duo contradictoria poſſunt abſque ullo opere intellectus uerificari: ſed non reſpectu eiuſdem: Homo enim cum ſit rationalis, atque riſibilis, & unum horum differentia, & aliud propria paſsio ſit, de eo licet dicere, eſſentiale, & non eſſentiale, differentiam, & non differentiam; ita & paſsionem & non paſsionem; de eodem homine ita duo con ſiderando, quæ quatenus unius rei ſunt identitatem realem inferunt, quatenus verò diuerſitatem habere præſeferunt, diſtinctionem innuunt; quæ cum non ſit per opus intellectus, liquet quòd ſit formalis.

Anima vnius eſt intellectus, atque uoluntas, & ad idem tendit ratio iſta: igitur anima vult, & non uult: intelligit, & non intelligit: naturaliter, atque uolũtarie operatur, quæ omnia contradicunt: Ergo fundamenta aliqua diſtinctione diſtincta eſſe concipiun tur, & non rationis ergo formalis. Has rationes cum authoritatibus, & exemplis uolui me dixiſſe, Terminos nonnullos in ſequentem lectionem differo declarandos.

Lectio

LECTIO SECVNDA.

S. QVare formalitates ediderim, quid de rerum diſtinctione diuerſi ſenſerint; & quomodo formalis danda diſtinctio ſit, ratione, authoritate, & exemplo multiplici, abūdè ſatis in lectione præcedenti eſt uiſum: Remanet ergo, ut quæſtionis titulum declaremus. Titulus ergo, ſiue propoſita quæſtio hæc eſt: Vtrum ea, quæ diſtinguntur formaliter, realiter diſtinguantur; quia aliqui ſunt, qui aiunt ea, quæ formaliter diſtinguntur, reali etiam diſtinctione diſtingui, quā opinionem, cùm formaliter aliqua in re una conſtet eſſe diſtincta, ipſe non approbo. Sed ſequere, terminos enim tibi dubios palam faciam.

H. Formalitas ergo terminus ſit declarandus.

S. Formalitas ē ratio cōceptibilis rei ex natura ipſius, unde omnis ratio, ſub qua res concipi poteſt, formalitas ipſius rei cenſenda uenit: quare cùm dicimus, Sortem eſſe animal, hominem, corpus, ſubſtantiam, ens, iſtorum quodlibet ratio eſt formalis ipſius Sortis. Itē Sortes comedit, bibit, ſtudet, quieſcit, atque mouetur; omnia hæc rationes eſſe dicuntur formales, quibus Sortem concipimus, Vnde formalitas, a forma eſt dicta: forma autem cùm idem ſit, quod actus, & nihil, quod intelligitur aliud ſit, quàm ratio, & actus (per analogiam enim ad formam materia intelligitur) cōcinne ſatis Ariſt. protulit ſecundo phy. t. com. 28. formam rationem eſſe, & actum; & Comm. ſecundo de anima comm. 6. formare per intellectum intelligere

dicitur

dicitur ratio ergo obiectiualis, ſub qua intelligitur aliquid, formalitas dici debet. uel alia litera, formalitas eſt. Omne illud, quo ſiue per quod res ponitur extra nihil, ergo cùm rerum omnes illi conceptus ſint huiuſmodi; conſequens eſt, ut illi formalitates rerum eſſe dicantur.

H. Abundè ſatis iam de formalitate eſt dictũ, ſed quid de realitate eſt ſentiedum?

S. Realitas dicitur à re, res autem a ratus, rata, ratum: qđ eſt firmus, firma, firmũ, & trifariã res ſumi poteſt. Res ſubſiſtẽtię, Res exiſtẽtię; Res eſſentię. Res ſubſiſtẽtię dr̃, qđ eſt ĩcõmunicabile ut qđ, & ut quo. Cõmunicabile aũt ut quod eſt id, quod ſuis dat eſſe inferioribus, ut ſpecies de prædicamento ſubſtantiæ; Quare cùm indiuidua eiuſdem prędicamenti nõ habeant inferiora, quibus cõmunicari ualeant, incomunicabilia, ut quod eſſe dicuntur. Et cùm ut quo Illud dicitur cõmunicabile, quod dat eſſe formale, ſubſtãtiale, uel accidentale, ut anima, & accidentia cuncta (hęc, n. ut quo cõmunicabilia ſunt cẽſenda) indiuidua prędicamenti ſubſtantie, propterea quòd nõ ſunt ſecundum formam ad aliud ordinata, ut quo etiam incommunicabilia eſſe dicimus. Item Res ſubſiſtẽtie eſt illud, quod poſitum eſt in ſua ultima actualitate; & non eſt ad aliquam formam ſubſtantialem ordinatum, nec ad communicandum alteri in eſſe aliquo; Vnde ſequitur, quòd, cùm anima ordinetur ad eſſe totius, & materia ad eſſe corporis, non ſunt dicenda hoc pacto res ſubſiſtentes,

Res

Res exiſtens eſt,quæ poſita eſt extra cauſam ſuam, & extra intellectum; uel quod aliquod eſſe hoc pacto habet,ut mundus ubi à conditore eſt fabricatus: Sortes iã genitus,lapis,uel animal,& res etiã prædicamẽti cuiuslibet, non quatenus in prædicamento;quia illa abſtrahũt ab omni exiſtentia; ſed quatenus res iam uerum eſſe habentes. Quod ſi inſtares de ſciẽtia,quę ſuum eſſe non habet extra intellectum, dicitur,quòd aliquod eſſe ſciẽtiæ eſt extra intellectũ:quia eſſe ſubiecti eſt eſſe ſuum reale,licet eſſe cognitum in intellectu ſit. Quòd ſi ſciſcitareris adhuc,homo,qui fuit,non habet eſſe,niſi in intellectu:Reſpondetur, quòd eſſe aliquod ille habet, nam anima eſt, & materia corporis eſt,& opera bona,ſiue mala ſunt.Sed de his hactenus.

Res autem eſſentiæ eſt ipſamet eſſentia, quæ aũt eſt in ſingulari exiſtente, aut in intellectu; dico in ſingulari exiſtente,quia in ſecundo ſententiarum.d.prima, q.ſecunda,& idem in principio diſtinctionis 39.dixi, quòd numquã eſſe eſſentiæ ſeparatur ab exiſtẽtia realiter,&dixi,aut ĩ intellectu,a quo cognoſcitur quidditas rei,quia roſa ĩ hyeme habet eſſe eſſentię,quę eſsẽtia non habet eſſe in re exiſtente,ſed in intellectu.

H. Quo modo eſſentia non ſeparatur ab exiſtentia?

S. Eſſentia realis realiter exiſtens non ſeparatur ab exiſtentia ſua reali;ſed eſſe cognitum bene ſeparatur ab exiſtentia rei realis. Vnde omnis res ſubſiſtentiæ, eſt res eſſentiæ;ſed nõ ecõtra(ut patet)quia in omni prædicamẽto ſubſiſtẽtia, in uno uero propriè eſſentia ponitur; & omnis res exiſtens eſt res eſſentiæ; ſed non

ècontra

econtra: quoniam eſſe ſat eſt cognitum habere rem, quod eſſe haud quaquam eſt exiſtentiæ.

H. Quid de diuiſione, aut diſtinctione rerum?

S. Diuiſio, diſtinctio, & non idem ferè idem ſunt ſecundum magis, & minus, Diuiſio eſt inter partes quãtitatiuas, & entitatiuas, quatenus quantitatem habẽt: diuiſio autem inter entitatiuas partes eſt rei, quę per caſum depoſuit quantitatem, & remanet entitas, quę ſi diuideretur, eſſet non in quantas, ſed in entitatiuas partes diuiſio: & ſic omnis diuiſio eſt diſtinctio; ſed non econtra, nam diſtinctio eſt inter illa, quę diuidi nequeunt, ut inter duos angelos, & inter duas animas, duos homines, inter potentias denique animæ diſtinctio eſt, non autem diuiſio, quę propriè ponitur inter partes ſeparatas à toto, in quo vnitè iam fuerant, lignum enim, & non Angelus, anima, uel homo dicitur propriè diuidi. Non idem eſt inter extrema, quorum alterum priuatiuum eſt, ut inter viſum, & cæcitatem, uitam, & mortem, hominem, & chimæram; Quare nos dicimus homo non eſt idem chymærę, lux non eſt eadem tenebræ, habitus non eſt idẽ priuationi formaliter acceptæ.

H. Quid quęſtio ĩtelligat ex ſe inferre lectori, te explanare requirimus.

S. Si ſciſcitareris, an Plato animal ſit rationale, unum ſupponis, Platonem uidelicet eſſe animal, & aliud quæris. ſ. an rationale ſit illud animal. ita cùm quęris, An ea, que diſtinguntur formaliter diſtinguantur realiter, ſupponit quęſtio, quòd dentur formalitates, qui

quiditates, & eſſentiæ diſtinctę conceptibiles, cum di dicit utrum illa, quę diſtinguuntur formaliter, & ſupponit, quòd dentur res ſubſiſtentię, vel exiſtentiæ, cum dicit realiter, & unum quærit; An illa, quę formalitates ſunt, rerumque quiditates, & ſecundum modum formalitatum, & earum quiditatum diſtinguuntur ſicut res, & res ſubſiſtentiæ, uel eſſentiæ.

H. Tu dixiſti, diſtinctionem rerum tripartitam, de qua harum partium intelligenda eſt quæſtio tua?

S. De diſtinctione propriæ dicta, quæ eſt inter poſitiua, ambo extrema, & non, quæ eſt inter illa, quæ alterum tantummodo poſitiuum retinent, quæ conſideratur bifariam. I. ut ſolius eſt prędicamenti ſubſtantiæ, uel etiam prędicamentorum omnium, imo omnium entium, cum diſtinctione; quia omne ens, vel eſt idem, uel diuerſum, quam diſtinctionem propriam, uel identitatem ſibi oppoſitam innuit Ariſt. 5. met. t. com. 20. vbi tres ponit relationes ſuper unum, quę ſunt idem, ſimile, & æquale, & loquẽdo de iſtis ſtrictè, Dico quòd appropriatur diuerſis generibus, ut ĩ quolibet conſiderentur ſuæ diſtinctiones, uel ſuæ identitates: nam in prędicamento ſubſtantiæ, eſt identitas, ęqualitas in prędicamento quantitatis, ſimilitudo in prędicamento qualitatis, & comparationes fieri poſſunt in qualibet re, in quolibet iſtorum prędicamentorum.

Fundamentum autem harum relationum eſt duplex, remotum, & proximum. Remotũ fundamentum identitatis eſt res de prędicamento ſubſtantiæ: Fundamentum

tum æqualitatis eſt res de prędicamento quantitatis: Fundamentum ſimilitudinis eſt res de prędicamento qualitatis. Proximum uero fundamentum dicitur unitas illius rei, ſiue ratio proxima fundandi: quia ſuper rem unam de prędicamento ſubſtantiæ fundatur, quatenus eſt ſubſtantia, identitas, quatenus eſt quanta, æqualitas: quatenus eſt qualis, ſimilitudo: & ſic in prędicamento ſubſtantiæ propriè eſt conſideratio identitatis, vel diuerſitatis. quando uero in qualibet re cuiuslibet prędicamenti conſiderabis ſuam entitatem, & quiditatem, & ſuper rem identitatem, ęqualitatem, & ſimilitudinem fundare uolueris, erit extendere diſtinctionem propriæ ad poſitiua membra, & cõmuniter erit conſideratio talis diſtinctionis; & ens hoc pacto diuiſum in idem, uel diuerſum, ęquale, vel inæquale, ſimile, uel diſsimile eſt ens in cõmuni, ſicut cum dicimus ens diuiditur in quantum, & non quantum, in finitum & infinitum; & ſicut ens eſt tranſcendens, illæ relationes quę ſuper eo fundantur tranſcendentes erunt.

H. Quæ ſint cauſæ harum formalitatum aſsignandæ, ſcire percupio.

S. Cauſa, quæ occaſio potius eſt dicenda, qua motus ſum ut illas ederem, iam dicta eſt, ut ſatisfacerem ueritati, cui diuerſi ſapientes ſatisfeciſſe uon uidebantur; Scientiã autem formalitatum, ſicut aliæ ſcientiæ, cum accidentia ſint ſpiritualia, non habet intrinſecas cauſas, ſiue principia, quæ dicuntur materia, & forma. extrinſecas autem aſsignamus intellectum cum obi-

obiecto, uel ſpeciem obiecti prò obiecto, à quibus partialibus duabus cauſis notitia gignitur,& ſcientia generatur; cauſa verò finalis eſt duplex,immeditata, & intrinſeca, quæ eſt cognitio ſui ſubiecti, mediata, & extrinſeca, & eſt illud, ad quod ordinatur talis cognitio, ut cognito ſubiecto, ſecernere ualeamus diſtinctiones, & identitates, & qualitatem, uel inequalitatem, ſimilitudiné, uel diſsimilitudinem rerũ.

H. Subiectũ igitur huius ſciētiæ, quid aſsignandũ erit?

S. Ens in ordine ad idem, uel diuerſum, cùm ad hoc vniuerſa tractatus huius ſpectet conſideratio,& formalitates etiam dici poſſunt ſubiectum.

H. Simplex ſubiectum eſt aſsignandum: iſta autem videntur eſſe complexa.

S. Simplex quidem nos ponimus eſſe ſcientiæ huius ſubiectum, ſed circũloquimur per complexa, ut noſti.

H. Conditiones, quæ ſunt de ſubiecto aſsignandæ, An iſtius ſubiecti aſsignabiles ſint?

S. Ita: Nam diffinitio ſubiecti habita eſt, paſsio de ſubiecto per eam aſsignari poteſt, quæ eſt oſtendere de ente diſtinctiones,uel identitates,ut ad ſubiectum tendunt,& propter ſubiectum conſiderantur omnia.

H. Quare potius formalitates, quàm realitates eas appellas.

S. Diſtinctio inter duas realitates, vel duas res non negatur niſi à Parmenide, & Meliſſo. Alij uerò ſunt ab iſtis de litteris benemeriti, negantes non diſtinctionem hanc inter rem, & rem; vel realitaté &,realitatem; Ideo hanc probare non eſt opus; Opus tamen

men probare eſt formalem, quam ipſę negant, quæ inter duas oritur formalitates; Cùm igitur ſic demõſtrare decreuerim; formalem eſſe, inter formalitates diſtinctionem, ideo formalitatum titulum his dare decreui, quia comuniores ſunt realitatibus, rei enim unius, formalitates ſunt plurimæ, cùm in unica re, ratio rei concipienda ſit multiplex, realitas uerò una. Quid per titulum quæſtionis intelligatur, quid ſit formalitas, quid realitas, quod trifariam conſideratur. res, quid diſtinctio, diuiſio, non idem ſonet, cauſæ ſcientiæ harum formalitatum, quid quæſtio ſupponat, & quòd erat ſubiectum aſsignandum intelleximus; Quare tarda cum uideatur hora, ulterius progredi non licebit, in lectione ſequenti a diuiſione rerum, loqui incipiemus.

LECTIO TERTIA.

S. ACcinge te Hieronyme, & arrige aures ad ea, quę dicturus ſum, ut de rerum diuiſionibus repromiſi, & memor eſto eorum, de terminis, quæ dicta fuere in lectione externa.

H. Arridet nimirum, id enim de noſtra eſt principali conſideratione.

S. Ens diuidam primo loco diuiſionibus ſuis quam plurimis: deinde, numerum diſtinctionum, & identitatum aperiam; & demum docebo inferre unam diſtinctionem ex alia lucidiſsime.

H. Diuidat ergo tua Reuerentia ens, ut diuidendum in ſui prima diuiſione agnouit.

S. Ens primo diuiditur in ens reale, & in ens rationis.

H. Iſta

H. Iſta diuiſio eſt ne totius in partes, generis in ſpecies, ſubiecti in accidentia, accidentis in ſubiecta; quęnam harum dicitur?

S. Non eſt domus iſta, ut diuidatur in tectum parietem, & fundamentum, non animal in ſuas diuiſibile ſpecies, non parietes, uel homines, ut diuidantur in diuerſis coloribus colorata, aut in ſanum, et egrum, neque accidens unum eſt, ut dicatur diuerſam ſubſtantiam qualificare; Sed unum genus ęquiuocum analogum, quod diuiditur in ſua æquiuocata, analogata.

H. Quid iſta ſint te declarare percupio.

S. Aequiuocũ illud dicitur, quod ſuis inferioribus nomen commune tenet, ratio autem, et diffinitio illius diuerſa eſſe cognoſcitur, ut uidere poteris tu ipſe de cane, ęquiuocũ autem ſcias aliud eſſe ęquiuocans, aliud ęquiuocatum, canis enim, qui diuiditur in ſuos canes inferiores ęquiuocatum dicitur ęquiuocãs, illa uerò ſibi inferiora æquiuocata ab eo eſſe dicuntur, In ſuper aliud ęquiuocũ a caſu, aliud a conſilio; a caſu quaſi ab effectu naturæ, canis indicat quidnã ſit, a conſilio uero, quaſi ab arte conſiliatrice exemplat; Homo uel leo, in viuum diuiſus, uel pictum; ſiue mortuum.

H. Aequiuocum quidnam ſonat, iam puto me intellexiſſe; promas quid ſibi analogum uelit.

S. Analogum illud eſſe dicimus, quod de ſuis inferioribus dicitur ſed per prius, & nobiliori modo de uno quã de alio: vt aptiss. exẽplũ tetigimus de hoĩe, & de leone; quę analoga dñr ad viuũ atque pictũ hoĩem, & leonẽ; Et prius intelligendũ oẽs fatentur hominem, &

leonemque uiuum, quàm mortuum,aut pictum: Ens igitur æquiuocum eſt, quia ęquiuocè dicitur de ente reali, & rationis: & quia prius de ente reali quam rationis predicatur, analogum eſſe dicitur; & demum quoniam ens de ente rationis dicitur, tãquam homo de picto homine; cùm ens illud diminutiſsimum fit, dicitur ęquiuocum à conſiliò equiuocum in ſua inferiora æquiuocata, analogata, & conſiliata.

H. Tua Reuerentia in 3. quol. habet, quòd ens, ut diuiditur in ens reale, & ens rationis, poſſet poni primum obiectum intellectus noſtri; ſiue ſit uniuocum, ſiue analogum. quærimus nos, quæ primitas, quæuè vnitas erit iſtius obiecti?

S. Scias non eſſe primitatem perfectionis; quia ſolũmodo hęc conſideratur in deo: non primitatem originis; quia ſecundæ intentiones non prius intelligun tur à noſtro intellectu: neque de iſta ego ſum ibi loquutus; ſed de primitate adequationis intellige.

H. Dicas modo de unitate, quæ nam unitas erit?

S. Vnitatem quęlibet potentia ſui obiecti habet,uiſus enim habet colorem, auditus ſonum, olfatus odorẽ, & ſic de ſingulis obiectum unum; & non diuerſum eſſe cenſebis: it à de uoluntate dicimus unum, & illud bonum: de intellectu unum, & illud ens in hac ſua cõmunitate; ſed quatenus uerum conſideratur ab eo, Cùm autem quæritis,quæ ſit vnitas hæc? dico quòd non unitas ęquiuocationis; quia iſtius non datur vnitas propriè, non uniuocationis; quia enti reali, & rationis non datur hæc unitas, non analogiæ; quia

hæc

hæc non ſe tenet, niſi ex parte aliqua, & non eſt media inter iam dicta, ex conſequenti ſe tenêt unitas proportionis.

H. Quæ erit igitur hæc proportio?

S. Quia ſicut ens reale ſe habet reſpectu ſuorum inferiorum in ſuo ordine, ita ſe habet ens rationis in ſuo ad ſua inferiora; & ita ens cõmune ad omnia entia; hæc enim adinuicem proportionabilia ſunt.

H. Quæ dixiſti eccellentiſsime Doctor obiecta potẽtiarum uniuoca ſunt, itaque intellectus uniuocum debet habere obiectum, quia color obiectum uiſus vniuocũ eſt reſpectu colorum omnium, ita ſonus reſpectu ſonorum, quomodo ergo ens commune enti reali, & rationis uniuocum erit?

S. Dicã huic ingenioſæ obiectioni, quòd obiectum intellectus noſtri modo duplici uenit cõſiderandũ; uno modo quatenus mouet, & terminat actum intellectus noſtri, & ſic non erit ens aſsignatum commune, neque erit ens rationis, ſed ens reale; Alio modo prout terminat per ſe actum intellectus noſtri, & ſic ens commune enti reali, & rationis eſſe obiectum intellectus noſtri ſcias nos intelligere de ente, uidelicet per ſe terminatiuo, & non motiuo, nec per ſe primo terminatiuo, & tale obiectum non oportet, ut ſit uniuocum, quia quatenus ens ſic commune realitatem habet, & per ſe primo mouet, & terminat, quatenus uero eſt in eo ens rationis, non mouet, ſed terminat, non primo: ſed ſecundario: quia intellectus à primis intentionibus, fundamentis ſecundarũ inten-

tionum, et mouetur, et primo per ſe terminatur. Ad extra autem potentiarum obiecta dicitur quòd illa obiecta requirunt uniuocationem illam cum ſint motiua, et primo terminatiua ſuarum potentiarum.

H. Ens rationis ſiue ſecundæ intentiones per ſe ſcibiles eſſe uidentur, et per ſe entia, cum de eis fiant demonrationes, & diffinitiones, quæ dantur ex eis, unde conſequens eſſe uidetur, quod per ſe ſciantur, et per ſe intelligantur, et ſic intelligibilitas per ſe ſecundis competit intentionibus, et cùm nemo qui ambigat ſit, iſta competere enti reali, ſequitur quòd uere ens hoc pacto ſumptum non æquiuocum erit ſed uniuocum enti reali; & rationis, nomen enim, & ratio eadem eſt.

S. Scias Hieronyme intelligibilitatem conuenire ſecundis intentionibus; ſed non primo, neque per ſe: hoc enim primis conuenit, & per illas ſecundis; unde intelligibilitas eſt paſsio intentionum, ſiue entis, & conuenit primis, atque ſecundis, ſed cum per primas ſecundis adhæreat, uniuoce non prædicatur; ſed æquiuoce de illis: primo enim, et per ſe primis intentionibus intelligibilitas competit, & reductiue, et ſecundario per primas ſecundis.

H. Ergo per accidens à logico conſiderantur?

S. Non per accidens ita quòd excludātur ab arte; nam logicus de eis per ſe conſiderat; ſed poſſet per accidens dici, quatenus per ſe & primo eſſe non habent, ſed per ſe, et non primo; dicere etiam facile erit, ens & ra-

reale eſſe vniuocum ſuis inferioribus, intelligibilitatemque non eſſe vniuocam paſsionem enti reali, et rationis, ſeu primis, & ſecundis intentionibus. Vnde ens reale eſt obiectum intellectus noſtri adæquatum ſecundum rationem formalem; ſecundæ uero intenttones continentur uirtualiter in ente reali, & ſic uirtualiter intelliguntur; Exquo remanet quod ſolum ens reale ſit uniuocum ſuis infetioribus: illud uero commune enti reali, et rationis æquiuocum, & Analogum eſt ratione iam dicta, et ſic non te cogunt uerba quæ in. ?. quolibet ipſe protuli, quòd ens commune ſic ſumptum poſſet poni primum obiectum intellectus, quòd debeat ideo eſſe vniuocum. Primo, quia ego de mente non ſum ibi locutus propria, ideo dixi, poſſet poni. Secundo, quia iſta vnitas, & primitas (ut aperuimus ſatis) non requirit vniuocationem in ſuis, cum illa diuerſa ſint, et diuerſo reſpectu conſideranda ueniunt.

H. Deſignes (quæſo) locum à quo diſtinctionem entis realis, et rationis deſumpſeris, ut meis diſcipulis fundamenta ualeam aſsignare tuæ doctrinæ.

S. Ariſt: in 6. met. t. co. 8. me iſta docuit, habet. Cum autem complexio, diuiſioque non in rebus ſit, ſed in mente; id autem, quod hoc pacto eſt ens diuerſum ſit ab hiſce, quæ proprie entia ſunt; ex his liquet, quomodo complexio, et diuiſio entia rationis per intellectum effecta dicantur, diminutiſsimum: et prope nihil ſuum eſſe habentia, & ſic diuerſum ab ente reali, quod proprie dicitur

eſſe ens;illud autem improprie.Ideo recte poſui æqui uocum eſſe ens illis, & obiectum intellectus noſtri primum poſſe poni; quod non requirit vniuocationē eo pacto, quo diximus, & quia obiectum tale eſſe debet duplici primitate primum,ſcilicet motiuū, & terminatiuum, quas non habet ens commune iā dictum; ſed tantummodo terminatiuum, per ſe dicitur eſſe obiectum primum; terminatiuum (inquam) eſt; quia ens prout eſt reale terminat, & prout eſt rationis; motiuūautem nō,niſi quatenus eſt ens reale: ideo non uniuoce, ſed æquiuoce aſsignatum eſt; Et poſſet dici,quòd terminatiuum etiam nō dicitur primo, & per ſe in ſua communitate, quia ſi terminat per ſe ratione vtriuſque partis,non tamen primo ratione niſi entis realis, quas primitates habet ens reale, quia primo, & per ſe, & mouet, & terminat quare cenſuimus ſecundum rationem ſuam formalem illud aſsignare obiectum intellectus noſtri primum ſub duplici primitate iſta.

H. Tu dicis ens ſic commune ſumptum æquiuocum eſſe, & ex parte conſideratum uniuocum; cui erit ens reale ſic vniuocum?

S. Deo,& decem prædicamentis.

H. Porphyrius citat Ariſt. dicentem, ſiquis omnia entia uocet, æquiuocè noncupabit ea.

S. Si citare uoluiſſet locum, non inueniſſet ubinam iſta Ariſt. fuiſſet locutus; & cum perperàm egerit im pingere Ariſtoteli,quæ nequaquam eū ſomniaſſe putamus, dictum cū Porphyrio hac iu parte reijcimus.

H. Ariſt.

H. Ariſt. habet in 4. met. quòd ens dicitur de entibus, ſicut ſanum de ſanis, ſed ſanum dicitur æquiuoce de ſanis, ut patet de ſanitate in animali, in dieta, in cibo, & in ſigno, ergo ens æquiuoce erit ſuis realibus entibus relinquendum.

S. Scias Ariſtotelem intellexiſſe ſimilitudinem quamdã aſsignare, quia ſicut omnia ſana habent ordinẽ ad ſanitatem animalis, ita omnia entia ad ens, etiam accidentia: diſsimile autem alia ex parte eſt; quia ſanitas uere æquiuoce dicitur, ens autem non.

H. Ariſt. habet accidentia eſſe non entia.

S. Dicas ipſum inferre non entia, ſed quid entis, ſcilicet perfecti: non ſunt igitur entia comparatiuè, & in reſpectu ad ens perfectum, ſicut illemet habet materiam eſſe ens, formam eſſe ens, & compoſitum eſſe ens, & ad inuicem tñ in iſta ſeſe excedunt; nam ſi cõſideretur materia, & forma quatenus conſtitutiua totius, nobilius eſſe habent ipſo toto conſtituto ab eis, ſi autem conſideretur, prout totum continet in ſe partes eſt illis perfectius, ſi forma in comparatione materiæ ueniat, nobilior ipſa forma apparet ſua materia, quæ informatur ab ea; itaque accidentia: quoniam per ſe ſtare nequeunt, uere in comparatione ſubſtantiæ, & rei perfectæ, dicuntur eſſe non entia, ſcilicet perfecta, quia adueniunt perfectis iam entibus: & dicuntur eſſe quid entis, quia eſſe ſecundum quid, & diminutum conferunt, quia accidentarium; Et ideo Ariſt. dicit, accidentia non ſunt entia niſi entis quædam diſpoſitiones, & non niſi ab ente uero perſiſtere

haben

habent per naturam, & quod exiſtentiam potius quã ad eſſe locutus eſt Ariſt. quia in ſe ſuas habent illa quidditates, & ſuum eſſe, & huc tenduut ea quæ logici dicunt, non ens eſſe ens; ſcilicet non ens ſimpliciter, eſſe ens ſecundum quid.

H. Si ens vniuocum eſt Deo, & creaturis,& ſic decem prædicamentis, contrahitur igitur ad illa,& cum oẽ, quòd ſic contrahitur, vt contrahatur neceſſe ſit per aliquid, & non per nihil contrahi; igitur quodlibet prædicamentum erit bis ens: primo quia ens vniuocum illi; ſecundo quia contrahens erit.

S. Si contraheretur per differentias ſuas,ſequeretur id, quod tu ingenioſe infers; ſed per modos enti intrinſecos contrahitur ens ad entia decem prædicamentorũ & Deum, qui modi intrinſeci non dicuntur formaliter entia, neque includunt formaliter,& quidditatiue ens, quia ens non prædicatur in quid de paſsionibus, & talibus modis intrinſecis, licet de differentijs in quale eſſentialiter prædicetur.

H. Ergo illi modi intrinſeci nihil ſunt?

S. Non ſequitur, ſi illi formaliter, & eſſentialiter nõ dicantur ens, neque non ens, ergo ſunt nihil, quia realiter eſſe dicuntúr ens, identice & fundamẽtaliter.

H. Quomodo vniuocũ poteſt eſſe unum ad ea quæ ſub extremis contradictorijs continẽtur? modo ſubſtantia, & accidens eſt eſſe per ſe & non eſſe per ſe: ut reſpondeas rogo.

S. Illa quæ immediata continentur ſub extremis cõtra dictorijs,ita quòd illa ſint talia extrema, non poſſunt

conceptum

conceptum habere vninocum: ſubſtantia uero, & accidens Deus,& creatura huiuſmodi non ſunt, ideo ad ſe, & non ad ſe non habēt unum conceptum, & quia immediate ſunt hæc fundamenta, & extrema contradictionis;& ſubſtantia,& accidens cũ ſint non immediata, & formalia; ſed mediata, & ultimata fundamẽta, nõ debēt à cõceptu cõi entis auferri,& ſe moueri.

H. Illa quæ ſunt primo diuerſa non habent unum conceptum communem, Deus autem & decem prædicamenta ſunt huiuſmodi, igitur.

S. Primo eſſe diuerſa dupliciter intelligitur, primo in aliqua realitate contrahibili non conuenire,& ſic primo diuerſa eſſe fatemur; alio modo non conuenire in conceptu entis communi, & ſic illa diuerſa non ſunt; licet ergo Deus, & decem prædicamenta non conueniant in aliqua realitate contrahibili, conueniunt tamen in conceptu obiectuali entis. Scire ergo te uolo hæc;

Ens eſſe cõe Deo, decẽ prædicamentis, & creaturæ

Ens, & non ens contradicere; igit ur uniuocum eſt ens, quia in æquiuocis non eſtcontradictio;

Iſta concedenda eſſe homo eſt ſubſtantia, ergo eſt ens, Albedo eſt qualitas, ergo eſt ens, quæ non eſſent uera, ſi ens eſſet æquiuocum.

Vniuocum importare ſuis inferioribus conceptum communem, vt Deo, & creaturæ conceptus eſt cõmunis, non in entitate reali, ſed rationis, non entis rationis; ſed ratiocinabilis.

Ens conceptũ communẽ Deo,decem prędicamẽtis, &

& creaturæ importare alium à conceptibus ſuorum inferiorum, quia intellectus habet conceptum de aliqua re, quòd ſit ens, & tamen ignorabit an ſit ſubſtantia, uel accidens. Igitur conceptus entis alius erit à cõceptibus illarum rerum contentarum ſub ente. & de his hactenus.

LECTIO QVARTA.

S. TE ſatis in lectione heſterna puto intellexiſſe quonam pacto ens à me diuiſum extiterit, & qua ratione æquiuocũ, & qua ęquiuocatione, & quomodo analogum eſſe dicatur; quomodo inſuper vniuocum ſit reale ens, ad Deum, decem prędicamenta, & creaturam. Quidnam ſint diuiſionis partes declarandum dimiſi, quas te attentè cupio annotare.

Ens reale eſt, quod habet eſſe ſecluſa quacumque operatione intellectus, ſiue quocumque actu collatiuo cuiuſcumque potentiæ, ſiue intellectus, ſiue voluntatis, ſiue alicuius alterius potentiæ, & ſic ens reale quidditatiue dicitur de Deo, & decem prædicamentis, ut uidimus.

H. Quomodo eſſe Antichriſti erit ens reale, ſi debeat ſuum eſſe habere ſecluſa quacumque operatione intellectus, cuius modi non ſit Antichriſtus? & ultra ſcientiæ reales, & actus intellectus, quæ omnia realia entia eſſe dicuntur, quomodo enti reali declarato conueniunt?

S. In quolibetis q. 3. dixi, Ens reale eſt, quod habet eſſe ſuum, ſecluſa quacumque operatione intellectus,

uel

uel habere poteſt; Vel dicas quod ſine opere ĩtellectus intelligitur collatiuo:modo Antichriſtus uerum ſuum eſſe habere poteſt ſine opere ĩtellectus,& ſi modo non habeat,Vel dicas quòd modo eſſe habet ſecluſo quocumque opere intellectus collatiuo: & non ſine actu recto; Similiter ſcientię habitus, & ſpecies in anima entia realia ſunt, quæ tamen non habent eſſe ſine omni opere intellectus, ſed ſine omni opere collatiuo intellectus,Cùm igitur me audis dicere ens reale eſſe habere ſecluſa quacumque operatione intellectus, intelligas collatiuo, & non recto.

H. Quomodo iſti duo actus diſtinguendi ueniunt?

S. Actus intellectus rectus dicitur,qui immediate fertur in rem, ſine aliqua conferentia; Actus autem collatiuus eſt conferentis rem in ordine aliquo, & comparatiuus dicitur,quia obiectum vnum ad aliud obiectum comparat.

H. Vnde hanc diſtinctionem actuum extrahere ab Ariſt. queam?

S. Ariſtotelem poſuiſſe actum rectum recolo in ~. de anima quando de intelligentia ſimplicium ipſe loquitur; ad quam actus rectus intellectus deferri neceſſe eſt; Actum uero collatiuum in. s. met. poſuit Ariſt. & eſt textus non habens commentum, & immediate ſequitur com. 15. ubi dicitur quòd intellectus utitur uno, ut duobus, nulla autem relatio eiuſdem ad ſe dicitur, niſi ſit per actum collatiuum intellectus, & ſic tu ambos actus ab eo trahere quibis.

H. An uoluntas uere collatiua dicatur?

S. Eſt

S. Eſt quidem;nam illa eſt collatiua potentia,quæ un-
in ordine ad aliud conſiderat, atqui uoluntas eſt hu
ius modi igitur, illa enim diligit Deum,et creaturam
in ordine ad ipſum Deum.

H. Dicas igitur, an ab iſtis ſit aliqua alia collàtiua po
tentia, & quænam illa ſit,cum dixeris in membro di-
ſtinctionis, reale ens illud eſſe, quod habet eſſe ſe-
cluſo quocunque actu intellèctus,ſiue uoluntatis, ſi-
ue cuiuſcunque alterius potentiæ collatiuæ.

S. Senſus interiores eſſe dicuntur conferentes, & ſic
collatiue potentiæ.

H. Aperire iſta te prceor.

S. Senſus communis quod collatiua potētia ſit, Ariſt.
in 2. de anima poſuit,te.146. ubi dicit, quòd poten-
tia,quæ differentiam inter duo aliqua ponit, illa co-
gnoſcit etiam ſub propria ratione, quia uero ſenſus
communis ponit differentiam inter ſonum, & colo-
rem,ſeu uiſibile, & audibile; igitur illa cognoſcit,&
quia omnis potentia ſic cognoſcens non cognoſcit ſi
ne conferentia, igitur ſenſus communis dicitur con-
ferre, & collatiua potentia.

H. Sub propria ratione rem intellectus non cognoſcit,
quomodo communis ſenſus id ualebit efficere?

S. Rationem propriam eſſe duplicem te ſcire uolo;
aliam ex proprijs, aliam uero ex communibus, Pri-
mo modo non cognoſcit ſenſus communis,ſed modo
ſecundo quo limpidius intellectus cognoſcit.

H. Conferre eſt actus intellectus, ergo uidetur iſtius
potentiæ, quia diſcurrere nequit.

S. Di-

S. Diſcurſus,et conferentia duplex eſt,alia quę dicitur ratiocinatiua:alia uero,quæ dicitur animaſtıca,naturalis, & ſenſitiua; Prima eſt ſolius intellectus;ſecunda uero etiam animalium.

H. Quo modo alij interiores ſenſus à communi,dicuntur collatiui?

S. Scias ſenſum communem eſſe,à quo tanquam à centrò ſenſus exteriores progrediuntur, & ad quem ſenſatorum obiectorum ſimilitudines deferunt, de quibus ſenſus communis habet poſtea iudicare, Hæc potentia duo habet, alterum quatenus eſt ſenſus, alteŭ uere quatenus eſt communis: quatenus ſenſus eſt, ſpecies rerum percipit, quatenus uero communis duplex habet officium, ſiue actum, Vnum quo ſe ſcire cognoſcit, altetum obiecta ad inuicem comparare, & unum non eſſe aliud ſecernere, & iudicare, quam virtutem in parte anteriori cerebri ſituant naturales, ubi occurrunt nerui quinque ſenſuum exteriorum. Ad quam ſequitur imaginatiua potentia cuius officium eſt reſeruare rerum imagines ſenſibilium: & ſpiritualior hæc potentia eſt ſenſu communi,quia ille non niſi præſente obiecto, hæc autem eo etiam abſente intelligit,& ponitur immediate poſt ſenſum communem, ubi imaginatiua retinet impreſsiones à ſenſu cõi receptas,eaſque fortius retinet,cum ſit tenacior ex frigiditate cerebri.

Ad hãc ſequitur extimatiua quę habet à formis receptis intentiones extrahere,ſiue elicere quæ ſenſu non percipiuntur,ſecundũ quã ouis fugit lupum, & lupus miſere-

miſeretur filio ſuo, Extimatiua differt ab imaginatiua, quia imaginatiua non habet affectum, ſed ſolum intentionem rerum. Extimatiua uero habet affectum miſeriæ, uel triſtitię, reique fugam, uel proſecutionem; Vnde ſequitur quòd extimatio non ſolum ſit appręhenſiua, & collatiua, uerum etiam affectiua, & motiua. Officium iſtius extimatiuæ eſt appræhendere intentiones, non quidem rationis, ſed naturę. Vnde illa appręhendit Syllogiſmum, orationem, ſpecies, & indiuidua, ſed non quid ſit ſyllogiſmus, oratio, ſpecies, uel indiuiduum, & ponitur in ſequenti cellula, quæ media dicitur, in primaquè parte illius, calida, ex motu multiplicato ſpiritus ad ipſam.

Ad hanc ſequitur phantaſia, cuius officium eſt componere intentiones cum intentionibus, imagines cum imaginibus, & intentiones cum imaginibus, uel econtra componit inquam imagines cum imaginibus, cũ effingit chymeras, & hircoceruos ex diuerſis imaginibus rerum conficiendo; componit intentiones cum intentionibus, ut patet in oue, quę appręhendit herbã nato ſuo præbendam, & repellendum eſſe eumdem natum à lupo, ubi eſt intentio, & imago animalis, & pabuli, fugæ, atque loci: componit imagines cũ intentionibus, ut patet in oue, quæ imaginem lupinã fugiendam eſſe dijudicat; Iſta virtus phantaſiæ, ſiue potentia reſpicit in animalibus etiam in futurum, ut patet de his animalibus, quæ ſibi prouident, ut formica. & vulgo dicitur iſta virtus in homine cogitatiua, ſed improprie, cum cogitare proprie ſit rationis, o-

peratur

peratur hæc uirtus in ſomno,ſicut ī uigilia, et quòd uideantur reſin ſomno eſſe præſentes, id fit, quia hæc uirtus ſeſe ad ſenſum communem confert. In homine hæc virtus regitur à rationæ, in brutis autem à natura, Vnde in Brutis iſtæ uirtutes magis aguntur, quàm agant,in homine autem agunt ratione iam dicta. Melancolici,et infirmi,& amentes multas phantaſias habent,& nō fit ex illuſtratione, quę fit per imaginationes rerum ſenſibilium, ſed ex paſsione naturæ, & confuſione ſpirituum aſcendentium ad cerebrum, turbantium caput; Tales enim conturbati ſpiritus faciunt diuerſarum imaginationum confuſiones,& inuolutiones,& generāt horribiles uiſiones. Animalia citius hac uirtute operantur quàm homines, quia homines retardantur à conferentia imaginum receptarum,unde ſequitur,quòd cum citius animalia recipiant motum primi motoris, influxus illius motus præſentiunt, & ex eo dijudicant quidnam futurum ſit; Vnde tardat formica cum colligit grana communiter pluuia, & gallus uariat cantum ſuum per tempus, quia mutationes ex perceptione influxus percipit, Item hæc virtus præpedit intellectum, nimis occupans animam circa compoſitionē et diuiſionem imaginum, non ſolum a ſenſibus acceptarum, uerum etiam fictarum, maxime autem quando uerſatur circa ſpiritualia, cæleſtia, & diuina, quoniam cum intellectus conſiderat iſta à phantaſia habita, non poteſt illa ferre, quia non ſunt ſicut imagines, et fictiones phantaſiæ; In me-

qui habitus manet actualiter apud intellectum poſſibilem, qui eſt locus ſpecierum uniuerſalium, unde & uninerſalia prius conſiderata remanent apud ipſum, tamquam in loco ſuæ generationis, etiam actu, quando non conſiderat illa, qui poſſibilis intellectus ad has ſpecies quas apud ſe habet cõuertitur, uel auertitur quando uoluerit; Quæ memoria ultimo in loco cerebri ponitur, qui locus eſt ſiccus propter neruos motiuos qui oriuntur ex ipſo, quæ omnia uiſa ſunt, ut cognoſcere poſſis quo modo quælibet potentia interior collatiua eſſe dicatur, & iſta innuit commentator in 3. de Anima, Tex. com. 20. Potentia cogitatiua habet cognoſcere particularia, & ſic unum non eſſe aliud, quod ſine conferentia nequit fieri.

H. Ex iſta conferentia uidetur inferri, quòd habitus ſciẽtificus cum ex comparatione fiat intellectuali ex frequentatis actibus ſit ens rationis.

S. Dupliciter in intellectu res eſſe poteſt, immediate, & non alia re mediante, & ſic habitus ſcientifici habent eſſe in intellectu, & uere realiter in eo exiſtunt; Alio modo mediate, & per aliud, & hoc pacto in eo ſunt ſecundæ intentiones, quia per primas: fundatur enim in obiecto cognito ens rationis, & illud per ſe, & per illud ens rationis in intellectu reſidet.

H. Quid requiritur ad hoc, ut ſit ens rationis?

S. Quòd ſit per opus collatiuum, & quòd mediate, & non immediate ſit in intellectu, habitui autem iſta

conditio deficit, quare ens rationis non eſt.

H. Claruit ſatis optime pater quidnam ſit ens reale, ad aliud igitur membrum diuiſionis ſe conferre iam fore t opus.

S. Ens rationis trifariam conſideratur, pro ente, quod habet eſſe in anima ſubiectiue, ut ſpecies actus, & habitus, pro ente, quod habet eſſe in intellectu obiectiue, cuiuſmodi ſunt uniuerſalia per ſpecies à rebus cauſatas, uel a Deo impreſſas, et his duobus modis contra ens reale non diſtinguitur ens rationis, & pro cõparatione paſſiua vnius obiecti cogniti ad aliud obiectum cognitum, & iſto modo uere dicitur ens rationis, neque continetur ſub ente reali.

H. Clarius hæc intelligenda eſſent, quæ tetigiſti.

S. Putaram tibi iſta iam diu innotuiſſe; Dicam igitur ens rationis ſecatur in duas partes, aut enim habet eſſe in anima ſubiectiue, aut obiectiue; ſubiectiue quidem dicitur ens rationis, ut ſpecies, actus, & habitus, ſpecies inquam deferentes obiecta, ſiue res, quarum dicuntur ſpecies, actus uero iſtarum ſpecierum, & habitus nedum intellectuales, ſed promptitudines, & facilitates actuum, quas efficiunt habitus, & hoc pacto ens rationis, ens reale eſſe qui ambigat nemo eſt. Alio modo obiectiue, quod duplici modo intelligi habet, habitualiter, videlicet, quando illæ ſpecies ſunt in intellectu non repræſentantes actu; ſed ut potentes repræſentare. Alio modo actualiter, & hoc, vel ante actum intellectus, uel poſt; ſi primo modo res intelligibilis actu relucet in intellectu, &

ctu, & mouet, & terminat illum, quod obiectum ordine naturæ præcedit actum intellectus, cauſat enim ipſum, & cauſa natura præcedit effectum. Vnde his modis obiectiue ſumptū ens rationis,eſt ens reale, quia non dependet in fieri ab intellectu, & eſt præter collatiuum opus ipſius. Alio autem modo obiectiue poſt actum intelligendi ens iſtud conſideratur, & dependet ab intellectu in fieri,& conſeruari,& hoc modo dicitur uere ens rationis: alijs autem modis non, niſi reſpectiue ens rationis uocatur.

H. Eſt ne locus ab Ariſt. iſtius diſtinctionis, quòd ens ſubiectiue in anima eſſe dicatur?

S. Ita, in 3. enim de anima dicit,quòd intellectus locus eſt ſpecierum; & ideo in 3. de primi,et 38.poſui lapidem non eſſe in anima, ſed ſpeciem lapidis.

H. Exemplo doceri uellem.

S. In oculo tuo ſpecies ſenſibilis eſt coloris,& per ſpeciem color; ita in intellectu eſt rei eiuſdem ſpecies intelligibilis, atque res pro obiecto repræſentata à ſpecie, ſpecies tamquam in ſubiecto ſubiectiue in eo dicitur eſſe, & tamquam forma quaſi in ſua materia; obiectum autem,ſicut cognitum in cognoſcente,propterea talia uniuerſalia per ſpecies in intellectu exiſtentia dicuntur entia rationis obiectiue, quia in ſpeciebus ſuis intelligibilibus intelligūtur,& intellectui ſunt obiecta,& quando tale vniuerſale,ſiue obiectum relucet in ſpecie, dicitur vniuerſale in potentia proxima; quando uero relucet actu, in actu uniuerſale dicitur,non autem in potentia; Aliqui tamen dicunt,

S. Ita, quoniam uno modo in potentia remota cõſideratur,& hoc modo in Sorte erit; Secũdo modo in potentia propinqua, ut poſſit de pluribus prædicari, & tunc eſt,quando relucet in ſpecie intelligibili; Tertio modo uniuerſale in actu, & eſt quando actu de pluribus prædicatur,& actu ab intellectu cognoſcitur; Natura uero communis, quæ eſt in particularibus, uocatur uniuerſalis in potentia remota a Comm.in primo cæli Cõm.92. Et quòd ens rationis obiectiue ſit uniuerſale in anima poſuit Ariſt. in ſecundo de anima. t. cõm. . dicens; quòd ſcientia eſt uniuerſalium: Hæc ſcilicet uniuerſalia in anima ſunt quodammodo; quòd ſi ſunt in anima, entia ſunt rationis, & dicit quodammodo; quia non inhærent ſubiectiue, ſed obiectiue; Vnde uniuerſale eſt forma,cui ex ſe non repugnat eſſe in pluribus,ſed repugnat ſibi ratione materiæ,quæ nõ poteſt eſſe per multiplicationẽ in pluribus eadẽ numero;ita dicendũ de homine,qui eſt in Sorte,cui ratione formæ nõ repugnat in pluribus eſſe,ſed per accidẽs ratione Sorteitatis, quæ cõſtringit naturã humanam in alijs a Sorte,ut exiſtere nequeat, Species autẽ intelligibilis a rebus cauſatur,uel a Deo infunditur; Et ſicut duplex eſt ſpecies,duplex uniuerſale erit; Alterũ quod intellectui noſtro a ſpeciebus cauſatis rebus offertur; Alterum uero obijcitur,& repræſentatur intellectui a ſpeciebus, quas Deus infundit. Et de his hactenus; Vale igitur, dictis daturus operam.

LECTIO QVINTA.

S. ENs reale quid ſit, quotuplex actus intellectus,

quemadmodum uoluntas una cum quinque inferiori bus ſenſibus ſit collatiua potentia, res quo modo in intellectu reſideat, & quotuplex ſit ens rationis, natura diuina aliter quo modo ſit, quàm humana in ſuppoſitis ſuis; & demum quotuplex dicatur eſſe uniuerſale in lectione heſterna abunde ſatis eſt uiſum, in præſentiarum igitur, ut membrum ſecundum de ente rationis aperiam, ab his, quæ requiruntur enti rationis, incipiam.

Aliquid ergo ex parte potentiæ, & aliquid ex parte obiecti requiritur ad hoc, ut cauſetur, & fiat ens rationis, ſiue ſecunda intentio. Ex parte potentiæ quòd illa ſit collatiua; nulla enim non collatiua potentiæ ens rationis fabricare ualet, ſiue efficere ſecũdam intentionem: ex parte uero obiecti requiruntur duo in potentia propinqua, obiecta cognita; quòd reluceant in ſpecie intelligibili, uel quòd ſit unum obiectum cognitum loco duorum, ut Plato eſt Plato, & requiritur, quòd proprietates aliquas habeat; Exemplum. Intellectus noſter actu recto cognoſcit colorem, & albedinem; deinde uidet, quòd color habet hanc proprietatem, ut ſit pluribus communicabilis differentibus ſpecie; quia videt albedinem eſſe colorem, nigredinem eſſe colorem &c. Deinde videt hæc inferiora non communicabilia eſſe, & comparat intellectus duo obiecta inuicem; & primo eſt reſpectus vnus rationis actiue intellectus comparantis ad obiecta comparata; deinde eſt unus reſpectus rationis paſsiue obiectorum comparatorum ad intellectũ comparan-

comparantem; Ex his reſpectibus relinquitur reſpectus in colore, qui uocatur genus, & alius in albedine, qui uocatur ſpecies, & alius in inferioribus, qui uocatur indiuiduum, ſingulare, uel ſuppoſitum: Exemplum eſt in promptu. Cum quis tibi equum donat, uel anulum; in re illa, equo uidelicet, uel anulo, relinquitur reſpectus unus, quo dicitur res illa donata, & talis reſpectus relinquitur de nouo ſine nouitate abſoluti in fundamento, uel termino, reſpectus inquam rationis de nouo aduenit anulo, & equo ſine nouitate rei donatæ, uel donãtis, uel recipientis. Hęc tibi indicaui in 4. diſt. p. q. 5. ubi doceo efficere nouam comparationem abſoluti unius ad alterum per actum intellectus, & hoc modo Deus poteſt de nouo dominus dici, & pecunia precium dicitur, nouo ſibi ſuperueniente reſpectu, ſiue nouitate rei.

H. In 4. diſt. prima tu depoſuiſti ſecundam intentionem eſſe comparationem paſsiuam per intellectum inter obiecta cauſata, hic tu me doces ſecundam intentionem eſſe quoddam derelictum ſiue reſpectum derelictum in re per intellectum.

S. Quando ego dico ſecundam intentionem, ſiue reſpectum illum eſſe comparationem paſsiuam, formaliter non intelligas, ſed conſecutiue; quia conſequitur ſecunda intentio comparationem paſsiuam.

H. Tu in tuis uniuerſalibus q. 4. doces ſecundam intentionem cauſari effectiue ab intellectu, & materialiter, ſiue fundamentaliter, aut occaſionaliter à proprietate reperta in re: mihi uidetur, cum proprietas

rei

cundas ab intellectu agente in rem, & in rei proprietatem dicimus derelinqui.

H. Vtrum voluntas poſsit cauſare ſecundam intentionem, & illam tribuere cuicunque obiecto libuerit?

S. Voluntas cum ſit potentia collatiua (ut uidimus) licet poſsit ſecundam cauſare intentionem, non tamen illam fundare poſſet in quocunque obiecto, ſed in illo ſolummodo, ĩ quo rei cernitur eſſe proprietas, ſecundum quam tunc ipſa fundare ualeret ſecundam intentionem, ut patet in ſorte in quo non poteſt fundari intentio ſpeciei, ſed indiuidui.

H. Bruta, cum ſint conferentia, & habeant (ut uidimus) collatiuam potentiam, an cauſare queant has ſecundas intentiones?

S. Non ualent has cauſare ſecundas ĩntentiones, quia diſcurſu rationis carent, & quia collatiuam potentiam habent ſenſum communẽ, imaginatiuam, &c. enti rationis eſſe tradere poſſunt; eſſe autem haud quaquam ſecundis intentionibus, quia unum obiectum non eſſe aliud, ut herbam uiridem à non uiride, uel dulces fructus à fructibus amaris ſecernere animalia queunt; & ſic ens rationis cauſare; Cùm aũt non ualeant proprietates harum rerum cognoſcere, nequeunt comparare ad inuicem rerum proprietate ignorata. Ideo dicimus ſolius rationalis potentiæ propriæ eſſe ſecundas intentiones producere: irrationabilium autem erit ens rationis improprie cauſare, ſiue (ut ſuperius dictum eſt) producere.

H. Deus an ualeat ſecundas cauſare intentones?

S. Non,

S. Non, quia actus intellectus rectus non diſtinguitur cōtra collatiuum in ipſo Deo, ſecus autē in homine.

H. Igitur homo aliquid cauſare ualebit, quod Deus cauſare nequibit?

S. Non ſequitur, quia Deus fundamentum harum ſecundarum intentionum, ſicut eſſe rerum aliarum omnium ab æterno in eſſe ſuo ideale ſtabiliuit, atque formauit.

H. An chymera poſsit fundare ſecundam intentionem?

S. Quatenus chymeræ eſt, non poſſe eas fundare fatemur, quia debilius eſſe eſt eſſe chymeræ quàm eſſe ſecundarum intentionum: fundamentum uero uerius eſſe ſuo fundatō habere requiritur, bene fundare poterit ſecundam intentionem pars entis quælibet in chymera reperta; quia res illæ conficientes chymæram uere entia, & realia ſunt.

H. Eſt intentio generis, et intentio ſpeciei, & has diſtinctas eſſe ab inuicem puto; ignoro tamen quænam ſit diſtinctio illa, & quod non ſit realis, patet, quia inter extrema rationis; & quod non ſit rationis uidetur, quia ex natura rei inſurgit, et non fit per opus comparatiuum intellectus; quæ igitur cēſebitur eſſe?

S. Triplex eſt ſecundarum intentionum genus.

Primum, quod derelinquitur ex comparatione primarum intentionum, ut cognito homine, & animali: in homine ſpecies, et in animali genus fundatur.

Secundum genus, quando intentio inſurgit ex comparatione duarum harum intentionum, ut comparando ſpeciem ad genus, vna ſecunda intētio attribuitur

ſpeciei, quæ dicitur minus communis, & de differen tibus numero prædicari:& generi alia magis communis, quæ de differentibus ſpecie prædicatur.

Tertium genus eſt, quando ſecunda intentio derelinquitur ex natura extremorum ſecundarum uidelicet intentionum comparatarum ad inuicem; & licet non derelinquatur ex comparatione paſsiua intellectus, inſequitur tamen paſsiuam cõparationem (vt diximus) & ſic ex dictis obiectio ſoluẽda uenit, quòd inter duas intentiones illas diſtinctio eſt ſecunda intentio, non primo, aut ſecundo modo conſiderata, ſed tertio: Et cùm dicitur quòd penitus ſine opere in tellectus ſit, id negatur.

H. An Ariſt. habeat ſuis in ſcriptis aliquid de ente rationis tertio modo ſumpto?

S. Ita in 6. met. tex. co. 8. habet quòd enti per accidens eſt cauſa infinita; ſed cauſa huius entis rationis eſt paſsio mentis, unde dixit: Illius uero mentis aliqua paſsio, & ibidem commentator ait: quòd ens ſic ueridicam non habet cauſam niſi animam, & connumeratur in genere entis diminuti.

H. Dictum eſſe ſatis abunde puto, circa primam entis diuiſionem:ad aliam igitur tuum expecto ſermonem.

S. Ens reale prima ſui diuiſione diuiditur per ens quãtum,& non quantum, (ut docui q. 5. quolib.) ens quã tũ per finitum & infinitum; ens finitum per abſolutũ, & reſpectiuum; oẽ em̃ ens formaliter abſolutũ dicitur, quod ad aliud non eſt formaliter, ut Deus, omnia attributa in diuinis, tria genera generaliſsima, ſub-

ſtantia,

S. De quantitate virtutis, de qua Aug. 6. de Trin. c. 7. dicit quòd in his, quæ magna mole non ſunt, idem eſt maius, quod melius, quantitas molis per ſe in prædicamento eſt; quantitas uero uirtutis tranſcendens.

H. An iſta ſit prima entis realis diuiſio aſsignanda an alia prior iſta?

S. Iſtam priorem eſſe tenemus, & quòd non inter finitum, & infinitum ſit ens diuiſibile, uel per unum, & multa, nam finitas & infinitas quantitati congruit (ut patet 5. phy. tex. co. 15.) & non niſi enti quanto, ergo prius quantum eſſe oportet ens antequam finitas, uel infinitas conſideretur in eo, ergo de ſui natura, prius per quantum, & non quantum diuiſibile eſt, quàm per finitum, & infinitum. Et quòd non per unum, & multa per prius patet, Nam concipiatur homo in eſſe ſuo quidditatiuo, & omnes ab eo paſſiones ſemoueantur, quæ competunt ei ſecundum quòd homo, & etiam ſecundum quòd eſt ens, nulla tunc ei paſſio competit, quæ ſit hominis, uel quæ ſit entis; ergo in eo non erit conſiderandum niſi ſuum eſſe quidditatiuum, ergo ſine multitudine, uel unitate concipitur, & tamen demonſtrabile eſt de homine, quòd eſt perfectior Aſino, quia ei competit differentia ſua eſſentialis, quæ præſtantior eſt differentia Aſini, ex eo quòd genus diuiditur per differentias appoſitas, & una illarum alia eſt perfectior, relinquitur ergo, quòd in iſta precisione homo erit quantus ex perfectione

iam

ſent formaliter eſſent infinitę, & ſic eſsent tria formaliter diſtincta, & infinita.

H. Iſtæ rationes non uidentur cogere, prima non, quia ſequeretur quòd attributa in diuinis non eſſent perfecta ſimpliciter; quia non poſſunt excedere, nec excedi: non excedere, quia alia ſunt infinita in Deo, non excedi quia ſunt perfectiſsima. Secunda non concludit, quia ſi illa ratio eſſet uera, ſequeretur, quòd eſſentia diuina cum attributis eſſet perfectior, quam ſolus Deus, quod eſt falſum.

Tertia non concludit: in 6. em̄ quolibet habes, quòd magnum, & paruum translatione ſumpta, ſunt paſſiones totius entis, & cùm relationes entia ſint; illis quantitas iſta virtutis ineſſe conſideratur.

S. Ad primum nego ſimilitudinem, non enim eſt ſimile de relationibus, & attributis, attributa enim omnibus perſonis competunt; relationes vero originis actiue vni perſonæ, uel duabus tantum.

Ad ſecundum dico, quòd Deus cum attributis, & cum toto mundo eſt perfectior extenſiue, ſed Deus ſine iſtis eſt perfectior eminenter.

Ad tertium dicimus, quòd magnum, & paruum ſunt paſsiones totius entis quanti, & non entis in ſua communitate.

H. Quid per attributa intelligere debeo?

S. Attributa dicuntur uno modo ſubſtantiue; alio modo quaſi adiectiue ſumuntur, primo modo eſt ſpiritus, & ſubſtantia attributum; ſecundo modo Bonitas, Iuſtitia, Sapientia; & largo modo attributa his

D duobus

duobus modis dicuntur; Alio modo proprie conſiderantur, & eſt perfectio ſecundaria non quidditatiua, accepta a creaturis uia remotionis, & eminentiæ, attributa uni tantum perſonæ, & conſequenter omnibus, ut Potentia, Sapientia, bonitas, quæ reperitur in nobis cum accidentalitate, diſtinctione, finitate, & dependentia in Deo iſta conſiderando, demimus imperfectiones iam dictas, accidentalitatem, uidelicet, diſtinctionem, finitatem, & dependentiam, & dicimus has uirtutes uia eminentiæ eſſe ſubſtantias, unitas ipſi infinitas, & independentes; & iſta proprie attributa dicuntur.

H. Quæ igitur erunt relationes notionales?

S. Relationes iſtæ ſunt, quæ uni perſonæ competunt. aut duabus ueluti Paternitas, filiatio, ſpiratio actiua, quæ Patri, & filio conuenit, & paſſiua, quæ conuenit ſpiritui ſancto; Et notionales ideo dicuntur; quia nos Diuinas perſonas cognoſcere faciunt, ut Paternitas nobis Patrem demonſtrat, filiatio filium, paſſiua ſpiratio Spiritum ſanctum, actiua Patrem, & filium; & innaſcibilitas Patrem.

H. Relationes autem communes, quæ ſunt?

S. Quæ competunt tribus perſonis, ut identitas, æqualitas, & ſimilitudo, quæ formaliter in omnibus perſonis diuinis reperiuntur.

H. Inter hos reſpectus, an aliqua exiſtat differentia?

S. Relatiuum, relatio, reſpectus, & habitudo, hoc pacto ſecantur adinuicem, quia omne relatiuum includit relationem, duo enim dicit, relationem, & abſo-

abſolutum, quod relatione refertur, ideo relatio eſt, quia cum album dico, ſolam albedinem dico, licet aliud connotetur; relatio uero omnis non eſt relatiuum, quia illa abſolutum non continet, omnis relatio reſpectus eſt, non autem e conuerſo, cùm relatio reſpectus ſit intrinſecus adueniens ex natura rei conſurgens; reſpectus autem quoddam commune eſt intrinſecis reſpectibus, & extrinſecis aduenientibus; Et ultra omnis reſpectus eſt habitudo, & non e contra nam inter ſubiectum, & propriam paſſionem habitudo eſt, nequaquàm autem reſpectus: ſimiliter autem circumſcriptis omnibus relationibus, eſſentiæ diuinæ ad attributa eſt aliquà habitudo, qualis eſt fundamenti ad fundatum: reſpectus nullus eſt, cùm eſſentia quatenus eſſentia non referatur ad aliud, ex quo concluditur reſpectum ſolum modo in prædicamento ad aliquid exiſtentē relationem eſſe, quia intrinſecus eſt alij autem reſpectus, uel habitudines eſſe dicuntur.

LECTIO VI.

S. CAuſæ entis rationis quæ nam ſint: an uoluntas ſecundam queat intentionem fundare; bruta poſſe ens rationis, non autem ſecundā cauſare intentionem, idque deo repugnare: triplex genus intentionū eſſe: ens reale primo diuidendū eſſe; in quātū, & nō quantū

relationem nullam perfectionem dicere: attributum, relatio, notio, relatiuum, reſpectus, & habitudo quod ſonet, uidimus in præhabita lectione. num aliquid dimiſimus declarandum?

H. In deffinitione entis ly formaliter quidnam ſonet ſcire percupio.

S. Quia diminutiue ens abſolutum ad aliud eſſe quibit, formaliter autem non; Deus enim ens abſolutum eſt; quatenus autem Deus creator dicitur ad aliud eſt; non formaliter, ſed denominatiue; denominatiue (inquam) & non formaliter, quia non de ſui natura relationem hanc habet, ſed ſuper ſe fundat eam: & dicitur reſpectus in Deo rationis, uel nullus (licet realiter in creatura exiſtat) idque alijs in rebus poterit exemplari: quandoquidem quantitas, & qualitas abſoluta dicuntur entia, & nihilominus denominatiue referibilia, cùm fundent ſuper ſe relationes; quantitas enim fundat æqualitatem, uel inequalitatem; & diſſimilitudinem, uel ſimilitudinem qualitas; unde denominatiue, & non formaliter ad aliud eſſe dicũtur.

H. Ens (inquit tua ℞.) reſpectiuum eſt, quòd formaliter ad aliud eſt; cùm uero modis diuerſis ly formaliter poſsit conſiderari, quo nam pacto hac in parte deſumpſerit, ipſe ignoro.

S. Formaliter ergo dicitur uno modo, pro ut idem eſt, quòd eſſentialiter, & quidditatiue, ut cùm dicimus, hominem eſſe formaliter animal rationale, id eſt, quidditatiue, & eſſentialiter.

Alio modo, pro ut diſtinguitur contra uirtualiter, ut

ut cùm dicimus parietem formaliter eſſe album, non autem uirtualiter, & ſolem uirtualiter eſſe calidum, non autem formaliter.

Capitur etiã formaliter, prout ſonat vniuerſaliter; & ſic dicimus ignem calidum formaliter eſſe, ideſt, vniuerſaliter; quia omnis ignis calidus eſt.

Et cum aliquod principium operandi inerit, dicitur formaliter tale eſſe ens illud. ideo dicimus, hominẽ formaliter animatum eſſe, ita & plantam formaliter eſſe animatam; quia animam hominem, atque plantam habere cognoſcimus, ut ea tamquam principio ſuo mediante ualeat operari, & tribus relictis primum ipſe eo in loco intelligo, ſed ſequere palam facere, & in medium dare, quæ tibi dubia ſunt.

H. Dicam igitur confidenter, ens reſpectiuum dixiſſe te recolo eſſe in diuinis notiales proprietates, & relationes cõmunes; te hac in parte declaraturum expecto, an notionales proprietates eſſe dicantur, quia perſonarum notitiam inferant, & quomodo ad inuicem comparentur.

S. Proprietas perſonalis eſt, quæ uni competit perſonæ, ut paternitas, filiatio, atque paſsiua ſpiratio: proprietas uero notionalis dici poteſt, quæ non tribus, ſed duabus conuenit perſonis, ſiue conſtituat, ſiue non, id cui aduenit, ut actiua ſpiratio, quæ patri, & filio conuenit, quos in eſſe perſonæ minime ponit, cùm pater paternitate, & filius filiatione ſua in tali conſtituatur eſſe: relatio communis tribus conuenit, vt identitas: attributa uni primo & ſecundario om-

 nibus:

nibus: appropriata uni tantummodo, vt potentia, ſapientia, & bonitas.

H. Eſt ne alia intet hæc differentia?

S. Maxime; in duplici enim genere notionalia ſunt, alia enim ſunt poſitiua, ut paternitas, & filiatio; & alia negatiua, ut innaſcibilitas, quæ negat naſcibilitatem in patre.

H. In diuinis attributum dixiſti perfectionem ſecundariam eſſe, quæ Deo attribuitur via remotionis, & eminentiæ, inferens iuſtitiam, atque ſapientiam accidentia hominibus eſſe, Deo autem e principio iſto eſſe ſubſtantiam aſsignaſti, quod Ariſtoteli conſonum haud eſſe uidetur; ait enim in primo phi. quòd uere eſt, nulli accidit. ex quo ſequi uidetur, quòd ſi ſapientia, & iuſtitia in Deo uere ſubſtantia ſint, quòd in nobis accidentia eſſe nequeant.

S. Diſcrimine iſto ſcies tu attributa iſta differre; qm̄ in nobis in genere ſunt; tranſcendentia vero, & extra genus eſſe dicuntur: dum in Deo exiſtunt. Cum uero Ariſt. dixit. id, quod uere eſt, nulli accidit, non de trāſcendentibus eſt ipſe locutus, ſed de his, quæ in genere ſunt, & in prædicamento ſubſtantiæ; quia indiuiduum, ſpecies, uel genus quodcunque fuerit in ſubſtantiali linea, nulli accidere poteſt; cum ſit de quidditate, & eſſentia ſuorum inferiorum omne ſuperius.

H. Diuiſio entis realis in quantū, & non quantū, primò in loco diuiſionem entium eſt poſita. Quare alij quā plurimi tuæ diuiſioni alias præmiſerunt diuiſiones? Nam

Nam Thomiſtę habent ens eſſe diuidendum in ſui pri ma diuiſione per unum, & multa; quam opinionem Ariſt. firmare uidetur in 4. met. dum habet unitatem maxime intimam eſſe enti.

Alij inquiunt, ens primo diuidendum in ſubſtantiam, & accidens, idque ratione firmarunt; quia prius eſt eſſe rei, quàm modus eiuſdem rei intrinſecus; ſub ſtantia vero, & accidens eſſe cùm innuant rei: quantum vero, & non quantum modum intrinſecum exprimant, conſequens eſſe videtur id, quod innuũt iſti.

In Deum, & creaturam ens primo diuiſerunt nonnulli, & ratio talium fuit, quia prius diuidendum eſt ens per quidditatem ſuam, quàm per modum intrinſecum, quidditas autem Deus, & creatura eſt; modus uero quantum, atque non quantum. igitur per Deum, & creaturam prius ens erat diuidendum.

Per finitum, & infinitum alij diuiſerunt.

Alij per cauſam, & cauſatum

Tu uero per quantum, atque non quantum, abdita hæc, ut pandas precor ex intimis.

S. In quantum, & non quantum ens primo diuidendum cenſui; Quoniam nihil reperibile eſt, quod ſub membris diuiſionis iſtius non contineatur, quod minime foret in alia diuiſione quacunque; relationes enim originis ſub membro continentur non quanto, quæ nihilominus, neque vnũ ſunt, neque multa formaliter, neque ſubſtantia, neque accidens, Deus, aut creatura, finite, uel infinite, neque cauſa ſunt, aut cauſatũ. ideo ens reale has in partes primo diuidere volui.

Ratio alia eſt, quia ſi humanitas in abſtracto concipiatur, nobilior, atque dignior aſinitate diiudicabitur eſſe, & ſic quanta quantitate virtutis, antequam una, uel plures ſit, uel aliquid aliud conſideretur in ea, cùm humanitas, & equinitas tantum humanitas ſit, atque equinitas.

Huic ratio 3. additur, quia hoc pacto humanitas conſiderata ad Deum de ſe ordinem habet aliquem, & cum excedatur à perfectione diuina, quanta eſſe concluditur. Qua autem ratione moti fuerint illi, qui aliter uidentur ſenſiſſe, nunc tibi aperiam. Thomiſtæ conſiderarunt paſsiones entis, & quia prima harum unitas eſſe dicitur. ideo in unum, & multa diuiſerunt ens; ego uero entis modos intrinſecos conſiderare uolui, quorum primum cùm quantum, & non quantum cognouerim; has in partes diuidendum primo ens cenſui: ad Ariſt. autem dico, unitatem intimam eſſe enti, quia realiter hæret illi; & quia inter paſsiones unitas prima eſſe cenſetur.

Hi verò, qui in ſubſtantiam, & accidens ens diuidere uoluerunt, finitum ens diuiſere. ideo in ſubſtantiam, atque accidens tamquam in quidditates primas eiuſdem entis; ego autem commune ens diuidere uolui enti quanto, & non quanto. ideo aliter ſenſi.

In Deum, & creaturam diuidentes ens, illud diuiſerunt reſpectu intellectus clare ens intelligentis; reſpectu cuius æquiuocum prædicatum dicitur eſſe: ego autem reſpectu noſtri intellectus confuſe cognoſcentis diuidere ens curaui; ideo ens uniuocum eſſe po-

ſui

ſui prædicatum. Inde eſt, quòd illi ens in ſe diuidentes, in Deum, & creaturam diuiſerunt; ego autem in quantum, atque non quantum.

Per finitum, & infinitum alij diuiſerunt ens, quia communitatem entis non reſpexerunt quatenus commune ens dicitur eſſe quanto, atque non quanto; per prius enim ſi uidiſſent quantitatem enti competere, quàm finitatē, aut infinitatē; ſicut & nos poſuiſſent.

In cauſam, & cauſatum aliquos diuiſiſſe ens recitaſti, quos rectè haud ſenſiſſe fateor, cùm primo in loco eſſe rei conſideretur, ut Deus, & creatura, huic autem eſſe quantitas primo conueniat, quàm conſideratio dependentiæ, uel independentiæ alicuius cauſæ, uel effectus. Ideo firmiſſimo fundamento ens in quantum, atque non quantum diuidere uolui.

H. De humanitate abſtracta demonſtrabilem aſſignaſti, uirtutis aliquam quantitatem, aliter tenendum ipſe putaram. Quia Ariſt. . poſt. & 6. met. habet, demonſtratio non poteſt eſſe illius quod quid erat eſſe, id eſt, deffinitionis, nec ipſius ſubſtantiæ; ſed eſt accidentium propriorum, id eſt, propriarum paſſionum, quæ de ſubiecto demonſtrabiles ſunt: quantum autem, ſicut non quantum, cum tales paſſiones non ſint, demonſtrabiles minime erunt.

Item, ſi quantitas poſſet demonſtrari de ultimatè abſtracta illa humanitate, quantitas non eſſet modus intrinſecus, ſed propria paſſio, quod falſum eſt.

Tertio, ſi in 4. met. dicitur, quòd ens, & unum ſignificant eamdem naturā, quomodo unitas erit paſ-

ſio

ſio entis, ut tu dixiſti? Et x. met. t. com 8. habetur, quòd unaqueque ſubſtantia eſt per ſe ens, & una.

Quarto, ibidem habet Ariſt. tot eſſe ſpecies unius, atque entis.

Et demum 4. met. t. com. 5. eaſdem eſſe paſsiones (ait ille) vnius, & entis.

S. Ad primum. quantum, & non quantum ſcias eſſe quaſi paſsiones entis, ita finitatem, atque infinitatem. ideo de ipſis demonſtratio fit tamquam de accidentibus proprijs.

Ad ſecundum: quantitatem dico modum intrinſecũ eſſe, atque propriã paſsionem, modũmque propriæ paſsionis habere.

Ad Tertium. fateor ens, & vnum eamdem naturam dicere, non tamen ſub eadem ratione formali: inferre autem vnum non eſſe paſsionem alterius non licet; cùm riſibilitas, & homo naturam eamdem habeant, & vnum alterius paſsio ſit.

Ad quartum ens, & vnum ſpecies habere eaſdem fateor, inferre autem vnum non eſſe paſsionem alterius, minime licet. quia riſibile, & homo ſpeciem habent eamdem, & ens, & vnum eaſdem retinent ſub ſe ſpecies, & unum nihilominus paſsio eſt alterius; bene inferre nihilominus poterit, ſi ens & vnum eodem modo de ſpeciebus ſub ſe prædicatur, unum alterius non eſt paſsio; ſed falſum eſt eodem modo vnam cum ente de ſpeciebus prædicationem habere: quia ens in quid: unum uero prædicatur in quale.

Ad quintum. habere unum cum ente paſsiones eaſ-
dem

dem fateor non autem vnum non eſſe paſsionem alterius; riſibile enim ſicut, & homo, flebile eſt, diſciplinabile, mortale, & beatificabile; & riſibile nihilominus paſsio hominis eſt.

H. Humanitas illa ex natura rei eſt diſtincta a ſuo modo intrinſeco, & a quolibet alio, quod non eſt ipſa, ergo humanitas illa indiuiduum eſt, cui hæc deſcriptio conuenit, & tamen eſt vnum, ſiue una antequam in ea conſideretur quantitas, & ſic ſtat, quòd non primo bene ens ſit in quantum, & non quantum diuiſum.

S. Humanitas prout eſt prior ſuo intrinſeco modo ab eo formaliter neque diſtinguitur, nec non diſtinguitur; uerumtamen eam fundamentaliter ab eo diſtingui dicimus, quando talis uidelicet paſsio aduenerit ſibi,tũc poſitiue formaliter diſtinguetur, quia equinitas eſt tantum equinitas. Vnde in iſto primo ſigno ſui eſſe, non diſtinguitur, ſed in ſecundo.

H. Vbi magiſter excellentiſsime diuiſionem entis quãti in finitum, & infinitum in tuis depoſuiſti.

S. In 5. quol. in quo habeo,ꝙ omne illud, quòd habet perfectionem,aut illam partialem habet,aut totalem; quòd ſi totalem habeat ens infinitum eſt,Deusque aſſignatur; quòd ſi habet partialem, finitum ens eſt,& creatura dicitur. & ne te prætereat, iſta finita entia, entia participatiue dici, non ex eo, quòd Deum perfectiſsimum ens participent; ſed quia deficiat aliqua eius perfectio, quatenus entia ſunt, quæ perfectio in Deo optimo, & perfectiſsimo ente reperitur.

H. Quæ

H. Quæ diuiſiones fuerunt entis a te diuiſi?

S. Prima diuiſio in ens reale,& rationis,æquiuoci analogi in ſua æquiuocata, & analogata fuit.

Secunda in quantum, & non quantum,diuiſio conceptus entitatum fuit, quaſi in ſuas partet eſſentiales.

Tertia per finitum,& infinitum ſimilis fuit ſecundæ, ſed illa prior iſta conſideranda uenit.

Quarta diuiſio eſt quaſi ſubiecti in accidentia, ſicut illa, quæ hominem diuidit in ægrum, & ſanum, peritum,& ignarum; accidit enim enti reali, ut reſpectiuum ſit, uel abſolutum.

H. Diuiſio entis in quantum eſt, & non quantum: diuiſio entis quanti per finitum, & infinitum. qua infinitate Deus dicitur infinitus? & an Ariſt. recte ſenſerit de iſta Dei infinitate?

S. Ariſt. poſuit ens infinitum eſſe in uigore, ut uera eſſet diſtinctio per finitum,& in finitum, de qua infinitate in 2. diſt.primi.q.2. ipſe loquutus ſum, & ad mentem Ariſt.& ratione ipſius 8.phi.t.cōm.78.aſſignaui: mouens enim primum motu infinito mouet. ergo infinitæ potentiæ relinquitur eſſe; & cùm Ariſt. probet, uel probare intendat in magnitudine infinitatem, hanc eſſe non poſſe uirtutis, atque uigoris, quoniam infinitas potentialis,quæ dicitur in tempore, & duratione bene in quantitate reperiri poteſt, ut cælum cū intelligentia ſua, talem dicimus potentiam infinitam habere, & cū primus motor Deus ipſe quātus non ſit. cōſequens ergo eſt,ꝙ infinitas Dei primi motoris dicatur eſſe uirtutis,atq; uigoris,& nō in duratione tm̄.

Infi-

H. Infinitam potentiam non ſtare, forte diceret Ariſt. cum magnitudine, informando illam; aſſiſtere autem magnitudini non inconuenit,& ſic primum motorem infinitæ uirtutis poſuiſſet mobili aſtare in tempore, & duratione,& non uirtute, atque uigore.

S. In 7. quolib. huic reſpondere curaui, dicens, detur, quòd Deus, & primus motor moueat motu infinito in tempore, hinc eliciam ego uirtutis infinitatem eſſe illam; nulla enim uirtus poteſt per infinitũ tẽpus mo uere (ſi moueat) niſi in uirtute propria, uel in uirtute alterius; ſi in uirtute alterius,quærã itidẽ de illa,& ad primã tandẽ deueniendũ eſt mihi,quæ talẽ habeat a ſe uirtutem. Tunc ſic; quæ habet a ſe uirtutem actiuam infinitam, habet a ſe entitatem, & uigorem infinitum. cùm igitur primus motor moueat a ſe motu infinito, & ſit ex conſequenti a ſe cum tota plenitudine ſuæ infinitæ potentiæ, & entitas hæc non poſſit eſſe ſine intenſiua infinitate, ſequitur Deum infinitæ uirtutis eſſe in uigore, & non tantum in duratione, quod innuit Auer.in 3.c. de ſubſtantia orbis; dicens. aliud infinitum eſſe actione, & uelocitate, & aliud infinitum actione, & paſsione, actio Dei infinitatem uirtutis oſtendit, paſſio uero reſpicit infinitatem in duratione, & opere. perplexi autem uiri ſapientes antiqui fuerę de infinitate iſta, quia ignorauerunt ſecernere infinitatẽ quãtitatis ab infinitate qualitatis,quę eſt uirtutis.

H. Infinita ergo in Deo omnia erunt.

S. Identice, relationes infinitæ dicuntur.
Formaliter radicaliter eſſentią dicitur infinitą.

Forma-

Formaliter pululatiue attributa infinita exiſtunt, unde concluditur unicam eſſe in eo infinitatem, quæ eſt eſſentia, improprie autem plures, ut dictum eſt.

LECTIO VII.

S. QVomodo formaliter in diuiſione entis, quibusue modis conſideretur, quæ ſit proprietas notionalis. quæ relatio communis. quid attributum. quid appropriatum. qua de cauſa diuiſiones entis quàm plures datæ ſint. quid concludant quæcunque obiectiones in contrarium factæ. qua infinitate Deus ſit infinitus. & demum quo modo unum, & plura ſint infinita in Deo, uidimus in lectione heſterna, an ex dictis ſuper addendum ſit aliquid?

H. Ordo diuiſionis, & ſubdiuiſionis nequaquam a te ſeruatus eſſe uidetur, qualem in porphyriana arbore ſeruatum cernimus eſſe; quoniam ſubſtantiam ipſe diuidit in corpoream, & in incorpoream; corpoream uero in corpus animatum, & inanimatum: corpusque animatum in rationale, & irrationale; & ſic a primo ad indiuidua uſque deſcendit, in quibus quieſcere licet, ordinem (inquam) ſeruat, cùm ſuperius potentialiter ſua inferiora; inferiora uerò ſuum ſuperius eſſentialiter debeant continere, idque fit in ſua illa diuiſione: ſubſtantia enim corporeum, & incorporeum & omnia ſua inferiora potentialiter continet; & ſua infe-

inferiora etiam indiuidua eſſentialiter ſuperiora ſua continere cernuntur. Iſtum ordinem S.℞. ſatis concinne ſeruauit, ens diuidendo prima ſui diuiſione in reale, & rationis; & ſecunda, in quantum, & non quantum; cùm continentia iam præhabita ſe ſe adinuicem reſpiciant ſuperiora atque inferiora: continet enim ens potentialiter inferiora iam dicta, & eſſentialiter inferiora ſua ſuperiora: ordinem uero non ſeruatum fuiſſe uidetur in diuidendo ens quantum in finitum, & infinitum, abſolutum, & reſpectiuum: ens enim quantum ſi diuidatur in abſolutum,& reſpectiuum; tunc omne reſpectiuum includere debet ens quantum eſſentialiter, & ſic relationes originis in diuinis quantæ erunt ex tua poſitione: quòd ſi non ens quantum, ſed ens non quantum intelligas in abſolutum, & reſpectiuum diuidere, ergo relationes creatæ erunt non quantæ; cùm relationes dicantur eſſe inferiora: & illud per poſitionem tuam dicatur eſſe ſuperius, & ſuperius debeat potentialiter reperiri in ſuis inferioribus. Ens etiam finitum, & infinitum non recte uenit diuidendum in abſolutum, & reſpectiuum; ſi enim abſolutū ſic diuideretur,omnia abſoluta creata, & omnia reſpectiua increata infinita eſſent, quòd eſt abſurdum. Similiter ens finitum non uidetur ſic diuidendum in abſolutum, & reſpectiuum; quoniam omnia abſoluta, & reſpectiua eſſent finita; & ſic Deus, & quecunque in Deo ſunt, eſſent finita, quo nihil abſurdius.

Fateor

S. Fateor ingenue me ordinem, quo Porphyrius uſus eſt, non ſeruaſſe · neque poſſe in cunctis ſeruari diuiſionibus: quia aliquando diuiſiones fiunt per non immediata, ſed mediata; ut aliqua ex parte clareat diuiſibile, cùm diuiſio modus quidam ſciendi eſſe dicatur. Secunda huic additur ratio, quoniam diuiſio aliquando erit per notiora non naturæ, ſed nobis. Demum quia circumlocutiones fiunt circa diuidentia, & propria membra diuiſi, ſeu diuiſibilis rei, ens ideo uniuocum poſui, atque æquiuocum eſſe dixi: uniuocum reſpectu noſtri, qui confuſe rem cognoſcimus, æquiuocum autem reſpectu naturæ clariſſime cognoſcentis. Scire ergo te uolo me diuiſiſſe ens recte (ut noſti) in ens reale, & ens rationis, enſque reale in quantũ, & non quantum; cùm uero tu dubitare uideris, ens quantum me diuiſiſſe in finitum, & infinitum, abſolutum, & reſpectiuum, hallucinaris: ens enim reale cenſes illud a me diuiſum fuiſſe in quãtum, & non quantum, & ideo ens reale in finitum, & infinitum, & idem denique in abſolutum, & reſpectiuum, quòd ſi lectitaueris ens quantum in finitum, & infinitum, in abſolutum, & reſpectiuum diuidi; ſcias me ens iam dictum appellare uoluiſſe ordine, forma, & conſideratione ſeruata in diuiſionibus iſtis.

Prima enim diuiſio æquiuoci fuit in ſua æquiuocata, ens uidelicet in reale, & rationis. Secunda entis realis in quantum, & non quantum, in quidditates, ſeu realitates ſuas intrinſecas fuit. In finitum diuiſio, & in infinitum fuit uel per paſſiones proprias, uel

per

per intrinſecos modos entis non primo, ſed ſecundò in loco conſiderandos, cùm modus intrinſecus, qualitas videlicet primò enti inhæreat; diuiſio autem illa, quæ dicitur in abſolutum, & reſpectiuum ſubiecti fuit in accidentia. vnde diuerſa diuerſis dando, cenſere poteris non gratis me hoc pacto ens diuiſiſſe; & hoc propterea me feciſſe iudicabis; ut vlterius quid nam ens reale ſit, intelligere poſſes; ideò diuerſis modis illud pertractare decreui Porphyrius uerò ſolummodo indicare uoluit rem cum eſſentialibus ſuis ſibi adiunctis partibus, quarum poſtea partes ſingulas declarandas accepit.

H. Relationem intrinſecam eſſe dixiſti, ſiue intrinſecus aduenientem, quæ neceſſario ſurgit fundamento poſito, atque termino; & in 17. primi depoſuiſti, relationem hanc propriam cauſam non habere. Quæ conciliãda ueniunt.

S. Non dixi in primo ſententiarum mearum relationẽ intrinſecus aduenientem cauſam non habere, cauſamque hic eodem modo huiuſce reſpectus aſsigno; non dixi (inquam) cauſam non habere, ſed cauſam propriam, hicque ſi cauſam videris te poſſe aſsignare, aſsignabis non propriam: ratio autem, quare reſpectus ĩtrinſecus adueniens propria careat cauſa, ea eſt: quoniam ea ratione, & cauſa, qua producuntur extrema, eadem ratione, & cauſa per illa extrema aſſurgit relatio illa. Cum ergo cauſa fundamentorũ ſit, à qua relatio ſurgit, quibus fundamentis propria cauſa illa eſſe dicitur, conſequens erit; relationem

hanc cauſam utique habere, ſed cum alterius ſit propria, ſua impropria erit.

H. Quæ ratio illa eſt, uel cauſa fundandi uidelicet relationem iſtam intrinſecam?

S. Potentia actiua, ſiue generatiua Petri, uel Petrum genuiſſe, ratio fundandi eſt, atque cauſa ſuæ paternitatis, qua quidem paternitate demum Petrus ille in eſſe pa tris ponitur, atque conſtituitur.

H. Poteſt ne ratio, ſiue cauſa iſta, cùm non dicatur propria, ab intrinſeca relatione iſta ſeparari, ſiue a paternitate iam dicta ſemoueri?

S. Nequaquam, ſemper enim adeſſe paternitati cauſam illam neceſſe eſt, cùm ab ea dependeat (quamuis propria nō dicatur) Vnde non recte illos tenuiſſe fateor, qui dixerunt, Deum potuiſſe filiationem auferri a Chriſto, & Ioanni offerre, dum Chriſtus Ioannem in filium matri dedit. Ioānes enim principiū, ſiue ratio, aut cauſa iſtius relationis minime erat, & Chriſtus potentiam ſuam, ſicut nec ſeipſum a ſe ſeparari nequibat. Alia ergo ratio, quam filiationis Chriſti cenſenda erat in Ioanne reſpectu filiationis ad uirginem, & fuit uoluntas Chriſti, & non natura.

H. Vt dicas de relatione extrinſeca uerbum obſecro, dum enim ignem aquam calefacere ipſe conſpicio, reſpectus multiplices mihi obijciuntur, dicas (quæſo) illorum aliquem ordinem.

S. Dum ignem conſiderare uolueris, conſpice in eo. Primo reſpectū Dei ad ignem cauſatum. Secūdo ignis educentis de potentia materiæ ſuæ ad eductam calidi-

tatem.

tatem. Tertio caliditatem agentis in aquã tamquàm in materiam patientem. Quarto ignis, & ſuæ caliditis ad productum effectum; ad aquam uidelicet calefactam. aſcendendo autem ordo talis erit aquæ calefactæ ad caliditatem tamquam ad cauſam diſpoſitiuam: caliditatis ad ignem tãquàm ad educẽtem ſe. & ignis demum ad cauſam primam, qui quidem omnes reſpectus in re creata reales eſſe dicuntur, dùm autem terminãtur ad Deũ, rationis, uel nullus dicũtur reſpectus.

H. Dixiſti reſpectum extrinſecum, ꝑpterea extrinſecum dici, quia poterat prępediri per potentiã aliquam, poſitis etiam fundamento, & termino, & exemplificaſti de igne, & ſex illa ultima prædicamenta talium reſpectuum eſſe aſſignaſti. Scrupulus ex his remanſit de prædicamento quando, poſita enim re, atq; tempore, neceſſario uidetur relatio ſurgere, ſiue reſpectus; adeo ut non poſſit præpediri aliqua ex cauſa; unde conſequens eſſe uidetur prædicamentum quãdo ad aliquid eſſe; & ſic intrinſecum habere reſpectum, & non extrinſecum. Et correlariè ſequi etiam neceſſe eſt, te non bene cenſuiſſe ſex aſſignare prædicamenta reſpectus eſſe extrinſeci, unum uero intrinſecus.

S. Quãdo tu de ſe rem cõſideras, de facili dubiũ ſolues; quòd ſi in tẽpore rem eſſe cõſiderabis, ſtabit utiq; dubiũ. Dicas igitur. ſi res infra cælum ponatur, cùm tempus menſura motus cæli eſſe dicatur, non poterit hoc pacto conſiderari ſine reſpectu, quin ſurgat ille, quòd ſi rem ſupra cælum eſſe conſideres, id nequaquam eueniet, cũ tẽpus neq; motus, neq; quãdo ex cõſequẽti in eo eſſe dicatur. Vide ergo, & cõſidera, quare poſuerim

ego particulam illam , per aliquam potentiam ſeparabilem eſſe, quòd ſi inferre uolueris, rem hoc pacto poſitam ſuum tempus habere, & tempore claudi, dicam, tempus illud imaginarium eſſe ita prædicamentum, quando, imaginarium eſſe, & non reale.

H. Infra cælum aliquo modo poteſt ne effectus non ſurgere, ſiue reſpectus temporis ad rem, & rei ad tempus, ut quando non fiat?

S. Potentia ipſius Dei, quæ condidit rem, & tempus, & dedit proprietatẽ rebus, poteſt præpedire quominus iſta ſuum effectum agant, ut de actione, & paſsione in igne trium effectum eſt puerorum. cũ ergo proprietas dicatur eſſe temporis: amplecti, & in ſe claudere rem, remque recipere; & rei, ut patiatur, & ut ſuper ſe talem ſumat reſpectum, remanere poterit proprietas rerum, & talis proprietatis præpediri operatio, ne uidelicet tempus in rem, neque res in tempus feratur qua de re, quando prædicamentum non fiet.

H. De prædicamento ubi remanet difficultas, quòd poſſit corpus in loco dari, & quòd locus ſuum locatum reſpicere nequeat, ut ubicatum corpus non dicatur eſſe, ſiue locatum per potentiam aliquam.

S. Scias corpus poſſe eſſe ſine alio corpore continẽte, qm̃ cælum primum aliud corpus ipſum continens minime habet, quare neq; dicẽdũ eſt, cęlum primũ ubicatũ eſſe, ne propterea hallucineris in eo, quod dicitur, corpus eſſe ſine loco, ſed ſine omni loco determinato, ſine illo, & ſine illo loco, & ſic de alijs aſsignandis, & ſic ſine reſpectu, qui cõſurgit nõ niſi de re aſsignata & deter-

determinata, idque clare in 11. q. quol. depoſui, Deum uidelicet poſſe corpus idem, & locum conſeruare abſque circumſcriptione locati ad locum, ſiue locantis ad locatũ; liber enim erit præceptoris in ſchola, quem diſcipulus quidam ad cameram defert, Deus poterit locum illum conſeruare, atque librum deſtructa circumſcriptione, & ſic utrumque ſine circumſcriptione noua conſiderare licebit, ſuprema interueniente uirtute, quæ poteſt primarium eſſe rei conſeruare ſine eſſe aduentitio, ſiue ſecundario aliquo.

H. Differentia igitur erit inter reſpectus intrinſecus, & extrinſecus aduenientes; quia ſeparabilis extrinſecus reſpectus, & inſeparabilis intrinſecus erit?

S. Vtique, differentiam hanc libuit aſsignare; alia uerumtamen inſuper eſt aſsignanda, quia ad quartum genus. ſ. relationis non eſt per ſe motus; ad alia uero ſex prædicamenta per ſe motus dicitur eſſe. Vnde Ariſt. 5. phi. fatetur, motum eſſe in prædicamento ubi, qui motus non dicitur proprie, cũ nõ ſit, niſi reſpectus corporis contenti ad continentẽ locum; ratio autẽ eſt; quoniam relatio proprie dicta numquàm per ſe poteſt acquiri; ſed per accidens; prius enim neceſſe eſt in abſoluto aliquid innouari, uel motus fieri dé nouo antequã Frãciſci cõſurgat paternitas. Illa igitur, quę nõ acquiruntur, niſi aliquo prius abſoluto acquiſito in altero extremo motum per ſe terminare non poſſunt: inde eſt quòd ad relationes non poſuit Ariſt. per ſe motum: ad alia uero ſex prædicamenta per ſe motum eſſe poſuit, quoniam ex ſeſe terminare ualét motum ſine nouo ac-

quiſito abſoluto ĩ altero extremo, patet ĩ prædicamẽto actionis, ĩ quo homo ſine aliqua noua mutationẽ in ſe, uel ĩ obiecto in illud agere põt. Ita dicẽdũ eſt de prędicamento paſſionis. Vbi, qñ, ſitus, habitus, & habere.

H. De actione & paſſione, quòd ſint reſpectus extrinſecus, habitum eſt, & ſic entia reſpectiua. Oritur tamen ſcrupulus de intellectione intellectus, & uolitione ipſius uoluntatis, an cum actione, ſuoque prædicamento iſta connumeranda ueniant, an potius entia abſoluta eſſe dicantur, quod uerius eſſe cenſetur; quoniam reſpectus nullus ultima dicitur eſſe perfectio rei: intellectio autem, atq; uolitio ultimæ ſunt perfectiones, intellectus uidelicet, & uoluntatis; unde ſequi uidetur hos reſpectus, ſiue relationes non eſſe; ſubſtantia minime ſunt, & cùm non ſint pariter quantitas, remanet, ut qualitas eſſe dicatur intellectio, atque uolitio: in qua autem ſpecie qualitatis ueniant operationes iſtæ ponendæ, atque locandæ, dubium eſt. mihi autem uidetur quòd in prima ſpecie qualitatis, uel in 3. habitus enim, uel diſpoſitio, paſſio, uel paſſibilis qualitas eſſe uidẽtur aĩæ operationes iã dictę, abſoluta iſta cùm uideãtur eſſe, & Ariſt. in gñre actionis, & paſſionis eas ſpiritales operationes ponat. 9. mẽt. t. co. 16. quorum nõ eſt aliquid opus pręter actionẽ, in iſtis exiſtit actio, ut uiſio ĩ uidẽte, & ſpeculatio in ſpeculãte, & de actione ĩmanente loqtur, & trãſeũte: cõſtat autẽ, ꝙ illę ſunt opationes. igitur illæ opationes actiones, ſed ĩmanẽtes eas Ariſt. uocat. & 3. de aĩa. t. co. 18. dicit. ĩtellĩgere eſt quoddã pati. ergo ĩtelligere eſt paſſio, & nõ qualitas.

S. Dicitur, quòd has actiones appellat Ariſt. denominatiue

tiue propter conditiones, quas habent ſimiles uere actionibus tranſeuntibus. Vnde intelligere non eſt paſsio formaliter, ſed denominatiue, quia intelligere fit recipiendo, & omne tale ſe habet per modum patientis. ideo ad intelligere ſequitur paſsio, quare autem denominatiue dicatur per ſimilitudinem, patet.

Primo q̃a tales operationes ĩmanẽtes ſunt ĩ fieri ſemp̃, nõ quidẽ ſucceſſiue, q̃a operatio indiuiſibilis eſt; ſed ĩ cõtinua depẽdẽtia ad cauſã eandẽ, & ſecundũ idem, & ſicut dependẽtia rei cõſeruatę ad cauſam cõſeruantẽ.

Secunda conditio eſt, quia omnis operatio immanens, ut intellectio, & uolitio trãſit in obiectũ, ſicut in terminũ: non.n. eſt intelligibile, ꝙ ſit intellectio, & uolitio, & ꝙ nõ ſit alicuius termini, & propter iſtas duas conditiones ſimiles actionibus, quæ tranſeunt cauſam ſuã, ſiue, quæ extra animam ſunt exiſtentes, actio, ſiue operatio immanens uocatur: per ſe autẽ actio iſta immanẽs, qualitas eſt, licet actio hac ratione dicatur, & denominatiue. Ideo notandũ ꝙ cũ primo diuiditur actio in trãſeuntẽ, & immanentẽ, nõ eſt diuiſio generis in ſpecies, ſed uocis in ſua ſignificata; quoniã actio trãſiẽs uere eſt actio de genere actionis, actio immanens qualitas eſt, ſed denominatiue dr̃ actio (ut dixi) Aliquãdo diuiditur actio in tranſeuntẽ, & immanentẽ, ut ſuperius in ſua inferiora, & eſt diuiſio uniuoci in ſua uniuocata; & nõ capitur actio denominatiue, ſed per ſe, & quidditatiue, & ſolum eſt in genere actionis, & actiones illæ ſunt in genere, & extra genus: in genere erit immanens, cùm ignis in ſe calorem augere uidetur, cauſare, aut producere tranſiens dicitur, quando

in materiam extra genus,hoc eſt extra ſeipſum tranſit, ut cùm in aquam,uel ferrum calorem producit.

LECTIO OCTAVA.

S. ENtis diuiſio diuerſa: cauſa relationis impropria: an potentia a ſua relatione ſeparari queat; de prędicamento quando, & vbi demum ad relationem per ſe quomodo non ſit motus, abunde ſatis viſum eſt in lectione præterita.igitur de entis diuiſione proſequar iam incepta.

Diuidendum eſt ens finitum, in ſubſtantiam, atque accidens, ſubſtantia tamen capitur tribus modis.

Vno modo,ut ſubſtantia eſt a ſe,per ſe,& ad ſe,ut eſt Deus, & ſic non capitur hic ſubſtantia; patet enim quòd Deus non eſt quid creatum, neque finitum.

Alio modo dicitur ſubſtantia, quod eſt ad ſe, & per ſe, ſed non a ſe, ut ſubſtantia perfecta prædicamenti ſubſtantiæ incipiendo à genere generaliſsimo vſque ad indiuidua incluſiue. Tertio modo dicitur ſubſtantia, quæ eſt per ſe, ſed non à ſe neque ad ſe, ſed in alio, cùm ſit pars ſubſtantiæ perfectæ, atque completæ, ſicut ſunt formæ ſubſtantiales, quæ ſunt in alio, ſicut pars integralis, uel eſſentialis ſubſtantiæ in ſua ſubſtantia.

Accidens dupliciter conſideratur. vno modo pro omni illo, quod conuenit alicui, & non eſt de definitione quidditatiua illius, & ſic propria paſſio eſt accidens ſuo ſubiecto,& accidens commune,ſubiecto ſuo eſt accidens, & omne inferius ſuo ſuperiori,& ita forte

forte concedi poſſet, quòd propriæ paſsiones entis accidunt enti, & cuilibet inferiori ad ens.

Secundo modo accipitur accidens pro illo, quod accidentaliter perficit id, cui aduenit in eſſe completo, nec neceſſario conſequitur illud; ſed ineſt ei cõtingenter, & ſic ſumitur cùm dicitur, accidens eſſe quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem.

Inſuper notandum eſt, quòd res duobus modis cõſideratur: aliquando enim res dicitur a ratus, ta, tum, quod firmum ſonat, & iſto modo ſemper res eſt cum actuali exiſtentia ſua. Alio modo à reor reris, quod eſt opinor ris, & ſic omne, quod eſt tam in eſſe obiectiuo, ſicut omnes res mundi ab æterno fuerunt, quàm in eſſe imaginabili poteſt dici res, & hoc modo omnia creata, & creabilia res eſſe dicuntur, & ſic Plato, & Sortes ante mundi conſtitutionem cum eſſent res realiter diſtinguebantur, quam diſtinctionem in 35. primi notaui. Textum formalitatum mearum audiſti, veniam modo ad ea, quæ tibi dubia ex ipſo derelicta ſunt. proponas igitur quæ tibi dubia ſunt.

H. Subſtantia dicitur à ſubſtando: quia accidentibus ſubſtat; Deus verò cùm accidentibus ſubeſſe nequeat, quomodo ſubſtantia aliqua ex parte cenſebitur eſſe?

S. Subſtantiam, ſcias, non à ſubſtando tantummodo dictam eſſe; ſed à ſubſiſtendo, quod per ſe eſt exiſtere, noſque cùm dicimus, ſubſtantiam trifariam conſiderãdam, non à ſubſtãdo, ſed à ſubſiſtendo ſubſtantiam intelligimus. illa ergo ſubſtantia nõ quæ ſubeſt, ſed quæ ſubſiſtit, aut Deus eſt, aut ens perfectum de prædicamento

mento ſubſtantiæ, aut eſt pars alicuius cõpoſiti veluti ſunt formæ ſubſtantiales, quarũ prima ſubſtantia dicitur a ſe eſſe, cùm non originetur, aut cauſetur aliũde, & per ſe eſt, cũ non per mediũ aliquod in tali eſſe exiſtat; & demũ ad ſe dicitur, quia non ad aliud perficiendum ordinatur, & hoc pacto vnica ſubſtantia eſſe dicitur, quæ eſt Deus, qui proprie ſuum eſſe eſt, ſuaq; exiſtentia, vt innuit Moiſi miſſo ad Pharaonẽ dicens. Qui eſt, miſit me ad te, ſecũda vero ſubſtantia eſt, quæ licet non ſit a ſe, quia a Deo eſt cauſata, eſt nihilominus per ſe; quia nõ per accidens, uel per aliud extra cauſam ſuã in eſſe ponitur, & ad ſe dicitur pariter, quia ad cõplementũ alterius nõ ordinatur. Tertio in loco ſubſtãtia dicitur nõ à ſe, neque ad ſe, ſed per ſe, ſicut formæ ſubſtãtiales, prout ly per ſe ſonat nõ per aliud eſſe, tãquã eſſe factum per medium, & conſtitutum in ſuo eſſe, & non prout ly per ſe ſonat propter aliud. quia propter tertiũ formæ ſubſtantiales ſunt, ideo dici poſſunt non propter ſe, quia propter tertiũ formæ habere eſſe conſiderantur, ad ſe nõ habent eſſe; quia totum reſpiciũt, & ad totũ referibiles ſunt, & ſic reſtat, formã ſubſtantialem non eſſe a ſe, quia cauſatur a Deo, uel aliunde: nõ ad ſe, quia refertur ad totum per ſe tñ dicitur, id eſt nõ per aliquid ĩ ſubiecto exiſtit, licet ſit propter totũ.

H. Si ens finitum in ſubſtantiã diuiditur, atque accidẽs, & ſubſtantia hac triplici cõſideratione conſiderata dicatur eſſe intenſa, vel remiſſa, prout ad ĩnuicẽ, hi gradus comparandi veniunt. ergo ſubſtantia non erit in prædicamento, cùm ſubſtantia intẽſa ſit unum per accidens

cidens ſicut albebo intenſa, omne aũt, quòd reponitur in prædicamento ens eſſe per ſe oportet..

S. Subſtãtiã cũ tibi (Hieronyme) epplicuerim tribus iã dictis modis ſcito ea de cauſa me eã ſic diuiſiſſe, ut vnã ab alia cõſiderare ualeres, & illã ab oĩ accidente ſeparatã, ita & ab oĩ exiſtentia. tu igitur eas abinuicẽ cõparando cenſes intenſas eſſe, atq; remiſſas: quòd ſi ſeparaueris partes abinuicẽ, luce cõſtabit clarius, ſubſtantiã me accepiſſe nudã ab omni accidente, & ab oĩ exiſtentia inteſioneq; ſine remisſione & cũ dixerim, ſubſtãtiã ſubſiſtere, & ſubſiſtentẽ eſſe, intelligas ſubſtantiã habẽtẽ eſſe ſuum completũ, atq; perfectum, tale em̃ ens prędicamenta recipiunt accidente quocumque remoto.

H. Cùm Tua R. ens diuidet ĩ ſubſtantiã, & accidẽs, quo modo ſubſtãtiã capit, primo, ſecũdo, vel tertio modo?

S. Non primo modo; quia Deus non eſt in prędicamẽto; neque tertio modo cùm hoc pacto ſubſtantia non dicatur habere eſſe perfectum, atque cõpletum per ſe, ut ly per ſe: diſtinguitur contra ens in alio per inhærentiam, aut informationem; ſed modo ſecundo.

H. Dixiſti in prima acceptione ſubſtantiæ Deum eſſe, & Deum eſſe a ſe: igitur Deũ eſſe a ſe, aliquo modo (deeſſectum, tenere debemus? (bes .i. minime.

S. Negatiue, & nõ poſitiue Deũ eſſectũ eſſe intelligere

H. Si negatiue Deus dicitur a ſe eſſe, quomodo de filio dicere verũ erit, eſſe a ſe negatiue, cũ vere a patre ſit?

S. Eſſe a ſe negatiue bifariam ſumas, cauſatiue videlicet, uel productiue: cauſatiue negatiue a ſe filius eſt, eſt cum a nemine cauſetur: productiue autem negatiue filius minime eſt, cum producatur a patre.

Sub-

H. Subſtantia tertio modo capta cùm non proprie dicatur eſſe ſubſtantia neque à ſe,neque per ſe,neque ad ſe, erit igitur accidens, uel reſpectiuum ens alicuius prædicamenti ex nouem?

S. Non, licet aliquo modo uideatur referri,uel ad totum tanquam pars, uel ad informabile tanquam forma:quia ſi referatur,denominatiue refertur,& non de ſua principali conſideratione.

H. Deus à te ſubſtantia dicitur,& nominatur,idque non ne abuſiue fit,ut cum Auguſtino, & Damaſceno ſentias idem?

S. Deus ſubſtantia dicitur non à ſubſtando, niſi abuſiue;ſed à ſubſiſtendo,id eſt per ſe eſſendo. ideoque cùm dicimus, Deum eſſe ſubſtantiam, per ſe Deum eſſe, exiſtere perſeque ſtare dicimus, ideo quia unicum eſſe trium eſt perſonarum,unicam intelligere debemus,& prædicare ſubſtãtiam earundem: & quia uerè tres illæ perſonæ ſubſiſtũt,tres ſubſiſtẽtias in Deo dicere poſſumus: cùm uerò addimus,tres ſubſiſtentes eſſe,nõ tria eſſe,ſed unicũ eſſe trium intelligendum eſt, & nũquã tres ſubſtantias,uel tres res in Deo cõſiderabis, uel de Deo prædicare audebis niſi cum additamento tali, ut intelligatur unicum eſſe,unicamque eſſentiam.

H. An Ariſt.in ſuis hanc triplicem ſubſtantiæ cõſiderationem aliquandò poſuerit?

S. Nimirum ipſe poſuit in 12. met.ſubſtantiam a ſe, per ſe, & ad ſe, dùm primam intelligentiam aſsignauit. ſi enim prima ſubſtantia (inquit ille) eſt prima illa intelligentia, relĩquitur quòd a ſe, per ſe ſit,

& ad

& ad ſe,quia nõ eſt niſi prima ſubſtãtia: ſubſtãtiã uerò ſecundo modo conſideratam in prædic. depoſuit,dicendo ipſam ſubſtantiã nõ eſſe in ſubiecto,neq; de ſubiecto aliquo dici,quodq; à ſe nõ ſit in 12.met.com. 39.aſsignauit.ex eodẽ principio(inquit)depẽdet cęlũ natura, & totus mundus.Subſtantiam uerò tertio modo captam declarauit, cùm triplices dixit eſſe ſubſtantiæ partes,& eſſe aliquo modo indepoſuit tertiã.

H. Quando ens in ſubſtantiã & accidens.S. ℞. diuidit hoc in loco, & in 5. met. ſu æ idem finitũm ens in decem diuiſit prædicamenta. vnde uarietas iſta in tua doctrina orta eſt?

S. Quando ego in 10. prædicamenta ens diuido, ego in ſubſtantiam diuido,atque accidens:& iterum quan do hic in ſubſtantiam,atque accidens diuido, in 10 prædicamenta diuidere ens intendo;nouẽ enim prędicamenta omnia accidentia ſunt, ſubſtantiæ autem uni cum dicitur eſſe prædicamentum. Vnde conſequens eſt, quòd cum dixero accidens, nouem prædicamenta exprimam,& cùm nouem dixero prædicamenta accidens ipſe intelligam.Quare autem in prædicamenta hic diuidere nolui, cauſa breuitatis ſcias hoc me feciſſe, ne hic de prædictis coactus eſſem aliqua declarare.

H. Quare entis realis diuiſiones tantum, ente rationis dimiſſo, aſsignas?

S. Potuiſſem quidem entis rationis,ſeù ſecundarum intentionum gradum triplicem aſsignare, grãmaticum uidelicet,rethoricũ,atq;logicum;formalitates autem cùm non logicales, ſed metaphiſicales hic declaratu-

rus

H. Vbi nam illud poſuit Ariſtoteles?

S. In quolibet prę́d.nā in prędicaméto ſubſtātiæ poſuit prædicamentum intentionale, dum genus generaliſsimum ſubſtantiam appellauit. Quātitati eadem de cauſa. Qualitati cæteriſque prædicamentis intentionale ſuperaddit, quod genus uocamus generaliſsimum.

H. Idem ne iudicium fiet de prædicabilibus?

S. Ita, cū .n. ſubſtantiā dicimus genus, nos ſecundā facimus intentioné: ita cū dicimus corpus, unū eſſe vniuerſaliū, & corpus animatū genus facimus, ita & animal: cū nos exprimimus intétiones ſecūdas de indiuiduis, cęteriſq; ſimilibus, idé ſentiédum docemus, idque dignoſcitur clarius de genere, ſpecie, differétia, proprio, & accidente, formaliter. n. ſecundæ ſunt intentiones.

H. Secundæ iſtæ omnes intentiones ſunt in uno prædicamento, an alia prædicamenta efficiunt?

S. Vnum omnes intentiones iſtas conflare prædicamentum dicimus, quod undecimūm appellamus intentionale, nequaquàm autem reale.

H. Si ſunt iſtæ intentio nes omnes ſecundæ in undecimo iſto prædicamento, quo modo dicit tua R. eas in omni prædicamento eſſe conſiderandas?

S. Denominatiue ſcias in omni prædicamento reperiri has ſecundas intentiones, proprie tamen, & quidditatiue in uno iam dicto intentionale undecimo.

H. Nō incōgruit unū ī diuerſis cōſiderari prędicamétis?

S. Minime; inhærentia.n.in uno prædicamento dicitur eſſe p ſe, quā tamen in omni prædicamento locamus.

H. An Ariſt. in ſubſtantiam, & accidens diuiſionem entis poſuerit aliquando? Vtique

S. Vtique; ſed illud te non prætereat, aliud eſſe diuidere ens in per ſe, & per accidens; & aliud in ſubſtantiã, & accidens. ideo Ariſt. 5. met. t. co. 12. ponit primã diuiſionẽ, ſecundam verò aſsignat in libro eodem, ſed t. com. 24.

H. Quæ differentia inter hæc duo eſſe dignoſcitur?

S. Maxima; ens enim per ſe primo modo prædicatum eſſe poterit quidditatiuum reſpectu ſui inferioris cuiuſcumque prædicamenti; color enim de albedine per ſe dicitur, colorque cùm ſit accidẽs ſecundum membrum eſt ſecundæ diuiſionis, & cùm ſit per ſe prædicatum; membrum eſt primum primæ, & ſic quod per ſe eſt, eſſet per ſe accidens, ſi prima à ſecunda non diſcreparet diuiſione.

H. Sunt ne præter has entis diuiſiones iam uiſas, aliæ aſſignandæ?

S. Sunt quidem.

Diuiditur enim ens in ſe, & in alio, de qua diuiſione Ariſt. habet in 7. met.

In vnum, & multa, de qua in 5. met. idem loquitur.

In actum, & potentia in x. met.

In idem, & diuerſum 10. met. t. co. 12 et ego in 2. diſt. primi.

In à ſe, et ab alio, de qua in 7. quolib. ipſe pertracto, dùm Deum mouere à ſe, & à ſe eſſe declaro.

In ens dependens, & in ens independens Ariſt. 12. met. t. co. 38. et ego prima diſt. 3. q. i. ubi pertracto ueluti Deus indepẽdẽs poteſt humanam naturam terminare, quæ dependere poteſt.

In ens

In ens ſimpliciter,& in ens compoſitum,de qua ego in 8. diſ. 1. & ſic multiplici diuiſione ens diuidendum venit, ſi quis diuiſibilitatem entis aſpicere uelit. ideo diuerſimode a diuerſis pro diuerſa conſideratione diuiditur ens, ut ſuperius in prima ſui diuiſione de primitate illa ſumus locuti.

H. Dubia mihi diſtinctio accidentis remanſit; uarie eñ uarioque modo accidens ſæpe dici videtur ab his duobus iam dictis modis.

S. Clarius ergo illud tibi aperiam

Vna conſideratio ergo accidentis erit prout ſonat quandam primam intentionem, & ſic commune erit, atque æquiuocũ duobus membris ſuperius aſsignatis.

Pro vna ſecunda intentione, ſiue prout eſt nomen quoddam ſecundæ intentionis, & idem eſt, quod extraneum, ueluti in Elenchis in fallacia accidentis conſideratur: Extraneum autem hoc non eſt id,de quo hic loquimur, id eſt, quod eſt extra rei quidditatem,quia ſic non eſſet ſecunda intentio, uel nomen illius, ſed extraneum illud eſt pro ut à logico conſideratur, ut reſpectu hominis, atque rationalis,uel Sortis dicitur eſſe aſinus.

Pro omni eo capitur etiam accidens, quod ſolo opere collatiuo eſt intellectus, & ſic omnia quinque vniuerſalia accidentia ſunt. Alio modo ut diſtinguitur contra prædicatum eſſentiale,& eſt commune duobus uniuerſalibus ultimis,proprio uidelicet,& accidẽti,& ſic ponitur ĩ deffinitione proprij,quod cõuerſim prædicetur de re, & non indicet quidditatem illius.

Vt idem eſt quod prædicatum non eſſentiale, nec per ſe, nec conuertibiliter, et ſic eſt quædam ſecunda intentio, quæ applicatur omnibus accidentibus communibus, & dicitur quintum uniuerſale, uidelicet accidens, commune autem accidens dicitur uel reſpectu potentiæ, uel reſpectu ſubiecti, primo modo numerus eſt, magnitudo, atque figura: ſecundo uero modo albedo Sortis eſt, ſed albedo ut color.

Pro formali demum ſignificato accipitur accidens, uel pro connotato, & ſic de formali inhærentiam ſonat, ſiue accidentalitatem, de connotato autem rem, cui inhęret qualitas in ſignificando, uel in ſupponendo.

H. An quidditatiue de omnibus partibus ſubſtantiæ, ſubſtantia prædicetur? nam de ultimis differentijs cùm ſint primo diuerſe, & de materia, & de forma utrum quidditatiue dicatur, ipſe ignoro.

S. Scias partes ſubſtantiæ eſſe multiplices.

Quædam enim ſunt ſubiectiuæ, ut Plato, & Sortes ſubijciuntur homini, & indiuidua ſuis ſpeciebus in quolibet genere.

Quædam quantitatiuę, ut integrales partes in domo una. Aliæ dicuntur eſſentiales, ut animal, & rationale reſpectu hominis metaphiſicaliter conſiderata; materia autem, & forma ſecundum Phiſicum. Et his præ libatis has propoſitiones pro tua difficultate aperienda proponam. Primo ſubſtantiam de partibus ſubiectiuis quidditatiue dicimus prædicari: iſta enim quidditatiua eſt prædicatio Sortes eſt homo.

iſta

De partibus integrantibus non quidditatiue, cùm iſta quidditatiua non ſit, brachium eſt homo, caput uel pes eſt homo, neque iſta paries, uel tectum, uel fundamentum eſt domus, ſed ſunt participatiue, uel identice.

De partibus eſſentialibus phyſicis, ſubſtantia quidditatiue non dicitur, quandoquidem quidditatiuà iſta non eſt prædicatio, materia ſubſtantia eſt, uel forma eſt ſubſtantia, & correlarie ſequitur, quod cadauer Subſtantia non dicatur, quidditatiue (inquam) eſſentialiter, neque quòd directe in prædicamento ponatur; ut Comm. habet in 2. de anima com. 8. Et ſequitur quòd cum de anima ſeparat a ſubſtantia non dicatur directe, quod non bene ſenſerint dicentes corporibus, a quibus formæ ſubſtantiales ſeparatæ ſunt, uicariam aduenire formam; ſequeretur enim corpus Chriſti in triduo non idem fuiſſe, quod in cruce pependit, nam anima ſeparata fuit, & natura uicariam formam per illos cadaueri uniuit, cùm formam corporeitatis ipſi nō ponāt; Forma aūt alia aliud, & aliud efficit corpus, dat enim eſſe rei, ergo cum uariam habuerit hoc interuallo corpus Chriſti formam, aliud fuiſſe, & aliud eſt neceſſe; unum dum anima ſubſtantialis forma hærebat corpori illi benedicto, aliud vero, dum ea recedente uicaria ſuperuenit.

Et e poſitione talium ſequi uidetur, quòd ſi quis corpus chriſti conſecraſſet, dum pendebat in cruce, & inde conſecraſſet, dum iacebat in monumento, quòd non idem corpus

conſecraſſet, uariam enim, atque diuerſam eo interuallo corpus habuit formã, & ſic duæ hoſtiæ illę cõſecratæ nõ idẽ corpus, ſed diuerſum homini indicaſſent.

H. Ariſt. 2. de anima t. com. 2. ſeptimo met. t. com. 7. 12. met. t. com. 12. diſtinguit ſubſtantiam in materiam, formam, atque compoſitum, ſi omne ſuperius per ſe, & quidditatiue de ſuis prædicatur inferioribus, quomodo ſubſtantia de materia, & forma non prædicabitur?

S. Reductiue ſubſtantia, & non directe de materia, & forma dicitur, & cum dicis ſuperius debere de inferioribus quidditatiue dici; dico id uerum eſſe cùm inferiora directe ſubduntur ſuperioribus ſuis, indirecte uero, & reductiue de inferioribus illis ſubſtantiam dicimus prædicari, & non quidditatiue, & primo, quæ collateraliter locantur ſub ſubſtantia, & non directe; Ariſt. aũt ſubſtantiã diuidit in materiam, formã, atque cõpoſitum, nõ quatenus directe illi ſubijciũtur hę partes, ſed quatenus, ad eam reducibiles sũt. Hora cũ tarda ſit reſponſionem nos in craſtinum præſtolabimur.

LECTIO X.

S. TVæ ex meis iam tactæ difficultati ſolutio danda eſt, ſcito igitur, eſſe ens a me conſideratum eo in loco, ut in ſubſtantiam deſcendit Analogam; & per finitatem; non autem in ſubſtantiam, quæ eſt genus generaliſsimum;. Voco autem ſubſtantiam Analogã, quæ ſubſtantijs omnibus dicitur eſſe communis; quæ ponuntur

ponuntur in prædicamento illius immediate, & directe; uel mediate, & reductiue; ut materia, & forma; Deinde ſubſtantia analoga deſcendit in ſubſtantiam, quæ eſt genus, per modos intrinſecos. Si enim eſt ens finitum, aut eſt accidens, aut ſubſtantia eſt analoga, quæ proprius dicitur de una, quàm de alia; ſubſtantia autem analoga ſimplex eſt, aut compoſita; non compoſita, cùm illa genus ſit, aut directe ponatur in genere, ergo ſubſtantia ſimplex, quæ indirecte dicitur in prædicamento eſſe ſub analogica ſubſtantia cõtinetur, & forma eſt, aut materia: Quando ergo ens dixi de materia, forma, atque compoſito quidditatiue prædicari: id dixi, quia in conceptu entis materia, & forma non ſunt primo diuerſa; ſed conueniunt; in conceptu uero ſubſtantiæ, cùm primo diuerſa eſſe dicantur, non quidditatiue ſubſtantiam de materia, & forma aſſerimus prædicari; Ideo in 12. di 2. dixi, materiam & formam non includere ſubſtantiam; & eſſe primo diuerſa; Cùm uero eas non primo diuerſa affirmo, ſcias me intelligere in conceptu quidditatiuo entis.

H. Materia ergo, & forma quidditatiue ſunt quidem entia, ſubſtantia autem ſolummodo reductiue. an ſubſtantia ſint quidditatiue illæ quantitatiuæ partes?

S. Subſtantiam aliam eſſe animatam, aliam inanimatã, parteſque duplices ſubſtantiæ eſſe notabis, homogeneas, alias uero heterogeneas; homogeneas, quæ ſunt eiuſdem rationis cum toto vocamus; ut pars ignis cũ igne, heterogeneas autem, quæ ſub diuerſa ratione

am, quã aſsignaſti ſed aliqua ex parte declarationẽ in diuidu eſſe, propriam enim indicaui; dum dixi indiuiduum eſſe, ut quo, & qđ incõmunicabilem exiſtẽtiã.

H. Indiuiduum ſaltem debet eſſe ſubſiſtens per ſe, cùm igitur ſubſiſtentia non conueniat per ſe illi parti; quo modo indiuiduum erit?

S. Falſa eſt poſitio, quã aſsumis, quod per ſe ſubſiſtere indiuiduum debeat; cùm humanitas Chriſti uere indi duum ſit, quam per ſe nequaquam ſub ſiſtere dicimus.

H. Si pars illa aquæ, vel ignis unita, & iuncta ſuo compoſito indiuiduum eſt, cùm infinitæ partes in igne, & aqua conſiderentur, infinita uidebuntur ibi indiuidua reperiri.

S. Infinita indiuidua per ſe exiſtentia in homogeneo eſſe fatemur, non autem ſubſiſtentia per ſe in eo infinita, concedimus.

H. Cur non dicimus eam partem ſeparatam potius ſubſtantiam eſſe, quàm coniunctam?

S. Quia ĩ eſſe ĩdiuiduali cõſtitueretur, uel uideretur cõſtitui pars illa ab ipſa diuiſiõe, quod diſsonat rationi.

H. Hæc pars aquæ ſeparata, uel ignis eſt aqua, uel ignis; eſt ne quidditatiua prædicatio?

S. Fateor prædicationem eſſe quidditatiuam.

H. Cùm nulla prædicatio falſa quidditatiua eſſe dicatur, & iſta falſa appareat, quo modo quidditatiua erit? Nullum etenim totum uidetur prædicari quidditatiue de parte, uel de partibus ſeparatis ab eo.

S. Nullum totũ quantitatiuũ de partibus ſuis diuiſim ſumptis fateor quidditatiue prædicari; quando autem

 totum,

totum, & homogeneum eſt, atque uniuerſale ualet ſuis de partibus prædicari quidditatiue.

H. In prædicatione quidditaua inferius numquam poteſt eſſe ſine ſuperiori; ſicut uidere facile eſt de homine, qui ſine animali eſſe non poteſt, & ideo quidditatiua eſt prædicatio illa, homo eſt animal; cum igitur pars aquæ ualeat auferri, diuelli, & ſeparari a toto, & ſine eo exiſtere, quo modo igitur quidditatiua erit prædicatio iſta, pars aquæ eſt aqua?

S. Verum eſt ꝙ in prædicatione quidditatiua inferius eſſe nequit ſine ſuo ſuperiori, ſi illud ſuperius fuerit uniuerſale ætherogeneum, ut animal reſpectu hominis, non autem, ſi illud fuerit homogeneum, cuius partes ſeparatæ non amittunt uniuerſalis rationem; & ideo iſta eſt prædicatio quidditatiua pars aquæ eſt aqua, quia partes etherogeneæ ſunt eiuſdem rationis cum toto.

H. Verbum adhuc obſcurum declarãdum derelinquitur mihi; rem enim uenire affirmas a ratus; tã; tum; & hãc eſſe ſemper cum actuali exiſtentia rei īferius autẽ in ſecundo principali articulo, parte quarta, rem eſſe dicis aliam eſſentiæ, ut eſt ipſamet quidditas abſoluta, aliam exiſtentiæ, quæ eſt in omni prædicamento; aliam uero ſubſiſtentiæ, quæ in prædicamento ſubſtãtiæ ſolummodo reperitur; Res igitur primo modo conſiderata exiſtentia caret, cùm ſecetur, & diſtinguatur a membro ſecundo, & cum eſſe eſſentiæ abſtrahat ab exiſtentia; Quomodo ergo hic tua ℞. affirmat rem eodem modo cõſideratam eſſe ſemper cum

actuali

actuali exiſtentia ſua?

S. Res, ut deriuatur a ratus, ta, tum, conſideratur bifariam primo modo prout communis eſt rei exiſtenti, uel ſubſiſtenti, & iſta res pro re exiſtentiæ, uel ſubſiſtentiæ conſiderata, ſemper eſt cùm actuali exiſtentia rei, cùm nón abſtrahatur ab ea; Alio modo conſideratur pro re eſſentiæ, quæ eſt abſtracta ab omni accidenti, & exiſtentia, quibus conſideratis intelliges quo modo hac in lectione rem ipſe intelligam pro conceptu quodam communi, & quò modo inferius aliter ipſe intelligã, de re loqui pro cõceptu particulari, & proprio.

H. In duas partes rem conſideraſti prout a ratus, ta, tum, & ut a reor, ris, ipſa procedit, an Ariſt. de diſtinctione iſta loquutus aliquando fuerit.

S. Ariſt. hanc diſtinctionem nõ poſuiſſe dicimus, quoniam rem noluit ipſe conſiderare, quatenus obiectiuũ eſſe habet in intellectu, ut nos in 2. parte poſuimus prout a reor, ris, oritur.

H. Quare non poſuit Ariſt. rem habere eſſe obiectiuum in mente diuina, ſicut tua R. nos omnes docuit?

S. Quia nõ poſuit ipſe ideas rerũ in mente eſſe diuina.

H. Vnde ergo has deſumpſiſti ideas?

S. Ab Auguſtino diuo, & à Platone

H. Quid igitur dixit Plato ideam eſſé?

S. Principium dixit ideam eſſe cognitionis, & generationis, cauſamque rerum corruptibilium.

H. Quomodo dicuntur Ideæ cauſa generationis?

S. Per modum generationis, & ꝑ modum exemplaris.

H. Ideæ ubi tantummodo reperiuntur?

S. In

S. In mente diuina

H. Quomodo cauſantur, vel producuntur ideæ?

S. Ab intellectu diuino comparante eſſentiam ſuam rebus, & ſecundum quod intellectus diuinus intelligit eſſentiam multipliciter imitabilē a rebus iam cognitis, Ideę multiplicantur; ideoque ideas non dicimus reales eſſe reſpectus omnino; ſed ab intellectu diuino produci, ibique collocari, & in eo exiſtere.

H. Idea eſt ne una; uel plures?

S. Quælibet res ſuam in mente diuina ideam habet, & iſta pluralitas idearum, eſt cauſa pluralitatis rerum, & non e contra.

H. Idea practica, & ſpeculatiua ſunt ne duæ ideæ?

S. Minime, lex enim æterna unica eſt.

H. Quo modo ergo diſtinguuntur ideæ iam dictæ?

S. Reſpectu cauſatarum rerum.

H. Idea in Deo quid proprie eſt?

S. Ideam eſſentiam eſſe intelligas non quatenus eſſentia illa eſt, ſed quatenus eſſentia ſimilitudo eſt rerum.

H. Idea poteſt ne deleri?

S. Non, æterna etenim eſt.

H. Quid proprie, idea ſonat?

S. Formam ex intentione agentis imitabilem, grece enim idea latine dicitur eſſe forma, & quatenus res in finē ordinabiles eſſe dicūtur, dicimus ꝓuidentiā eſſe, quatenus vero idea efficiendam reſpicit rem, legē iſtā æternam, non prouidentiam ſed ideā uocamus ꝓprie.

H. Sapientia, & ars Dei unica eſt, quare non vnica eſt idea?

S. Quia

S. Quia ſapientia, & ars ſignificat id, quod eſt Deus, idea autem id, quod Deus intelligit: Cùm ergo intelligat res diuerſas, & unico intellectu; ideo recte non unicam dicimus eſſe ideam, unicam uero eſſe ſapientiam, atque artem.

H. An peccata ideam habeant?

S. Minime, malum enim per bonum, & priuationes per habitus cognoſcuntur in Deo.

H. Idea ad cognitionem propriæ pertinet?

S. Iam dixi ad ſpeculatiuam ideam pertinere, prouidentiam vero ad practicam.

H. Ponimus ne nos eo modo ideas, quo illas poſuit Plato?

S. Minime, nos enim poſuimus ideam indiuiduorum aliam eſſe ab idea ſpecierum, & ideam ſpecierum, ab idea generum, quas omnes ſtatuimus nos; Plato uero tantummodo ſpecierum ideam eſſe depoſuit, & indiuiduorum, uel generum non eſſe ideam aliam.

H. Auguſtinus quid dixit eſſe ideas?

S. Rerum ſimilitudines.

H. Quæ differentia eſt inter ideam, rationem, artem, ſcientiam, atque uerbum?

S. Idea, ratio, ſcientia, & ars non important ordinem aliquem ad exequutionem rei; uerbũ autem importat; Ideo non ſunt eorum, quæ ſunt, fuerunt, & erunt, ſicut eſt verbum, ideo ut principium factionis idea eſt practica, & dicitur exemplar omnium, quæ aliquando fiunt a Deo, ſed ut eſt principium cognitionis eſt ſpeculatiua, & dicitur ratio, & eſt omnium, quæ cognoſcuntur a Deo ſecundum propriam rationem.

H. Ea,

non capio.

S. Idem eſt diuidere ens in ſubſtantiam, quod in ſimpliciter, & quod in potentia ſubiectiua; & idem in accidens; (alia ex parte) quòd in ſecundum quid, & in potentia obiectiua.

H. Quare igitur ſic multiplicas has entis diuiſiones?

S. Vt clarius tu ipſe intelligas realitates ipſius entis, & id, quod ipſum continet prius, atque poſterius.

H. Quid eſt illud ens in potentia obiectiua?

S. Ens, quod non eſt exiſtens poteſt eſſe, & dicitur ens in potentia obiectiua, quia obiectum eſſe poteſt alicuius potentiæ productiuæ, & in ens ſecundum quid in.q. met. a Comment. dicitur t. co. 7.

H. Ens igitur ſimpliciter quid eſt?

S. Illud eſt, quod in potentia ſubiectiua dicitur eſſe, & habet actualem exiſtentiam in re, & in effectu, & de ente in potentia obiectiua intelligitur illud Comment. 9. meta. t. co. 13. Potentia, & actus ſunt eiuſdem generis, quia illud idem, quod eſt in genere, ſpecie, atque numero, & quod eſt in potentia, idem erit in actu; Plato enim in actu non diſtinguitur a ſe ipſo numeraliter, ut eſt in potentia, & ſic potentia, & actus non ſolum ſunt eiuſdem generis, uerum etiam, & ſpeciei, & indiuidui.

H. Actus correſpondens potentiæ obiectiuæ, eſt ne actus formalis ideſt forma aliqua?

S. Non, ſed actus exiſtentiæ dicitur correſpondere potentiæ obiectiuæ quoniã actus, qui eſt forma ignis eſſe poteſt ĩ potentia iſta, et ĩ actu exiſtentiæ, & ſic actus

for-

parte ſint eiuſdem generis?

S. Nequaquam, potétia enim poteſt eſſe de genere ſubſtantiæ, & actus de genere qualitatis, ſiue accidentis, quo modo ergo generis poterunt eſſe eiuſdem?

H. Quo modo ergo dicitur ſuper. 9. meta. quòd actus, & potentia ſunt eiuſdem generis?

S. Quia actus ſentiendi eſt accidens, ergo potentia ſenſitiua eſt accidens intulerunt quidam, ego autem aliter dictum declarare curaui, ut ſuperius uiſum eſt.

H. An idem poſſet eſſe in potentia ſubiectiua, & in potentia obiectiua?

S. Ita, reſpectu diuerſorum, roſa enim in hyeme in potentia eſt obiectiua reſpectu potentię potétis eam producere, reſpectu uero materiæ, de qua producéda eſt, dicitur in potentia ſubiectiua.

H. Potentia ergo, & actus ſunt differentiæ entis, cùm ens per eas diuidi videatur?

S. Nimirum entis ſunt differentiæ, quoniam ſufficienter ens diuidunt.

H. Si res in potentia ſubiectiua dicitur res exiſtens, & res in potentia obiectiua non exiſtens, ſed quæ poteſt exiſtere; quid igitur clamitamus nos tuæ profeſſores doctrinæ rem ab exiſtentia ſua non ſecari, neque diſtingui? Exiſtentia eſt eadem per nos cum re oppoſitam exiſtentiæ negatiuæ, & uere remanetur ab ea tamen prædicatur de eſſentia, ergo exiſtentia cum eſſentia non conuenit, ſed diſtinguenda omnino uenit, Adam enim habet eſſe eſſentiæ, & tamen non habet eſſe exiſtentiæ,

cum

ideale autem eſſe eſſentiæ in intellectu diuino ſolummodo reperitur.

H. Quo modo in intellectu diuino ſe habet illud eſſe?

S. Duplici modo formali uidelicet; & obiectiuo?

H. Quid illud eſt eſſe ideale formale?

S. Eſt cognitio Dei, qua Petrum, aut Iacobum cognoſcit, & dicitur eſſe una cognitio, unaq; idea formalis.

H. Quid igitur erit eſſe illud obiectiuum?

S. Quælibet res in tale eſſe ideale facit ſuum obiectum, & quot ſunt res, tot dicuntur eſſe obiecta; Vnde Aug. 83. q. Alia ratione homo conditus eſt, & alia equus: non rationem formalem, ſed obiectiualem aſsignando, res ergo in ratione obiecti ſic cognita eſt obiectum;

H. Quare dicis te non loquuturum eſſe in his diuiſionibus de ente rationis, uel de ſecundis intentionibus, dicis enim, & non loquor hic de ente rationis.

S. Id feci, ut ſcias doctrinam meam Philoſopho non aduerſari, ſtilo enim Ariſtotelico uſus ſum; Ille enim diuiſo ente in reale, et rationis, ſiue in animã, & extra animã. 5. met. t. co. 14. in 6. met. t. co. ultimi abiecit a cõſideratione ſua ens in aĩa & in. 7. & 8. meta. proſequutus eſt diuiſionẽ, & declarationem entis ueri, & extra anima, diuidens illud in ſubſtantiam, atque accidens, quæ ſunt ſpecies, uel differentiæ entis; Deinde in. 9. meta. ens in actu, & potentia, quod eſt idem in ſimpliciter, & ſecundum quid, Deinde in unum, & multa in 10. met. quare conſtat omnes has entis diuiſiones eſſe reales, & quo modo entia rationis, ſecundæ

G inten-

intentiones, fictitia non cadunt ſub aliquo membro iſtarum diuiſionum; Dixi autem in prima diuiſione iſtarum trium tam pro eſſe obiectiuo, quàm pro eſſe imaginabili non ſecundas intentiones conſiderando: quia eſſe illud imaginabile reductiue conſideratur, atque per accidens ſicut impoſsibilia quæque.

H. Ens illud imaginabile fruſtra poni uidetur in diuiſione illa, cùm diſtrahat a ratione entis, imaginabile enim eſt ens cum præciſione, & dictio diſtrahens, ut mortuus homo, ibi mortuus cũ præciſione ſignificat, præſcindẽdo uerum eſſe hominis, & rationem ipſius: ita imaginabile diſtrahit eſſe entis.

S. Scias cum ego dico ſecundum quid ens, ſiue in potentia obiectiua, & ſuperius in eſſe imaginabili; quod egò non diſtraho a ratione entis; Dictio enim quæ diſtrahit, ut mortuum, ſeparat eſſe hominis, & ne dum aufert, ſed ponit oppoſitum quod eſt eſſe cadaueris; Imaginabile autem ſiue ſecundum quid, aut ſecundum accidens, & ſi dictio diminutiua ſit ab eſſe primario rei, nequaquam tamen dictio diſtractiua dicitur, quia nec totum deſtruit: neque oppoſitum ponit.

H. An ergo coincidant membra diuiſionis huius?

S. Minime, quoniam alterum non prædicatur de altero, & ens de ente ſimpliciter uere prædicatur, quod habet eſſe uerum, et de ente ſecundum quid, quod eſſe habet diminutũ, ſicuti ſubſtantia de ſubſtantia diuina, de angelica, lapideaque prædicatur, quamuis in comparatione lapis diminutum eſſe habere dicatur.

H. Quid correſpondet in re entibus iſtis?

S. Enti

S. Enti ſecundum quid correſpondet non repugnantia ad eſſe,uel potentia ad eſſe:quare non eſt fictitium, Enti uero ſimpliciter correſpondet illud eſſe actu, quod habet.

H. Non uidetur danda potentia illa obiectiua, nam ens illud in potentia obiectiua, aut eſt ens creatum,aut eſt increatum, creatũ eſſe nequit, cùm ens creatum uere exiſtat, neque increatum cùm eſſet a ſe, & ſic Deus.

Iſta potentia non eſt creata, nec increata, & cùm dicimus omne ens aut eſſe creatum, uel increatum, intelligendum eſt de ente exiſtente, non autem de ente in potentia obiectiua.

H. Ergo inter contradictoria datur medium?

S. Ens in potentia obiectiua bene poteſt mediare inter ens creatum,& increatum,quæ perfecte entia ſunt ambo exiſtentia, nullum tamen ens uere exiſtens inter iſta duo mediare valebit; Vnde Ariſt. in primo phy. t. com. 71. quærit, id quod generatur, aut ex ente generatur, aut ex non ente generatur, reſpondet quòd ex uno tertio generatur, quod mediat inter ens, & non ens, ex ente enim non fit, quoniam tunc præeſſet, neque ex non ente; quia ex non ente nil fit; Sed fit ex ente in potentia, quod mediat inter purum nihil, & ens in actu; Ita inter ens creatum,& increatum mediat ens in potentia obiectiua, unde ſicut Ariſt. poſuit ens in potentia ſubiectiua mediare inter ens,& nihil,ita ego ens in potentia obiectiua inter ens,& increatum mediare affirmo.

H. Tale ens in potẽtia obiectiua,aut eſt ens generatum,

H. Tale ens in potentia obiectiua, aut eſt ens generatum, aut creatum, & tunc tale ens erit ſubiectum generationis, aut creationis, & erit ex conſequenti in potentia ſubiectiua cùm illa potentia ſit ſubiectiua, ſiue illud ens in potentia ſubiĉtiua dicatur, quod aliquid recipere poteſt, & eſſe ſubiectum alicuius potentiæ, & ſic uidentur coincidere duæ iſtæ potentiæ;

S. Ens in potentia obiectiua non fundat reſpectum generaticnis, neque creationis, cùm ens uere in actu id agat, iſti enim reſpectus ſupponunt in actu fundamentum, & terminum.

H. Vbi poſuit Ariſt. hanc potentiam obiectiuam?

S. Iam dixi 9. meta, t. co. 13. vbi ait potentia, & actus ſunt eiuſdem generis, ex poſitione iam habita.

H. Cùm omnis reſpectus præſupponat fundamentum & terminum, & ens in potentia obiectiua neutrum ſupponat, quid igitur erit?

S. Fundamentum quidem ſupponit, & eſt ipſum eſſe cognitum, poſuique in, 36 di. primi in ſecundo ſigno naturæ, quòd eſſe cognitum fundat reſpectum ad actum, ut ad terminum, In primo enim ſigno naturę eſt eſſe cognitum, actus autem eſt duplex, ſicut duplex eſt eſſe cognitum, duplexque reſpectus, primus reſpectus reſpicit uoluntatem ſuper naturalem potentem educere actum ſuum, & ſic Angeli, materia prima, Cælum Empyreum, tempus, animæ cognitio infuſa animæ habuerunt eſſe poſsibile cauſæ primæ, roſa autem in hyeme habet eſſe poſsibile, cauſas naturales reſpiciendo.

H. Antichriſtus in potentia obiectiua fundat reſpectum ad Antichriſtum in actu exiſtentiæ reſpectu creaturæ; Tunc erit idem fundamentum, & terminus, quod implicare uidetur.

S. Duplex eſt relatio, actualis,& potentialis, actualis requirit fundamentum, & terminum diſtinctum a fundamento, & in actu exiſtere, potentialis autem non requirit actu exiſtere terminum, & a Fundamento diſtinctum.

H. Omnis potentia, aut eſt actiua, aut paſsiua, neutra autem iſtarum eſt Antichriſtus in potentia obiectiua.

S. Diſtinctio illa rei exiſtentis eſt danda, nequaquam autem rei potentialis.

LECTIO XII.

S. Ens quid ſimpliciter,& ſecundum quid, in potentia ſubiectiua ſit, uel obiectiua; actus,qui dicantur ſuis correſpondere potentijs; potentia, & actus quo modo eiuſdem generis ſint,uel non ſint; Eſſentia ab exiſtentia rei quomodo diſtinguatur, uel eadem ſit, & quomódo potentia obiectiua neceſſario danda ſit in lectione heſterna uidimus. quid è littera textus declarandum occurrit?

H. Textus ſcilicet habet; ens quatenus ſubiectum eſt metaphyſicæ,& adequatum obiectum intellectus noſtri uniuoce prædicari de ente ſimpliciter, & de ente ſecundum quid,ſaltem uniuocum eſſe prędicatum ad illa; perfectus metaphyſicus perfecte cognoſcit ſuum

ſubiectum, ergo perfecte cognoſcit ens quatenus ens, ergo perfecte cognoſcit omnia entia ſub ente contenta, ergo a natura ſua habet Metaphyſicus perfecte intelligere Deum,ergo Trinitatem,ergo verbum incarnandũ,cùm id a voluntate dependeat,ergo ſuperflue, gratis,& ſine cauſa Deus reuelationes donauit, ad declarandum filium,& gratis morti prophetas expoſuit pro reuelatione eadem prædicanda; idque infert de intellectu noſtro reſpectu entis ſui adęquati obiecti.

S. Dico, quod eo modo,quo quis perfectus Metaphyſicus eſſet, eo modo ſubiectum metaphyſicale conſideraret, quod uerſatur in cognitione vniuerſalium, ideo metaphyſicus cognoſcit ens, in quantum ens, de ente paſsiones demonſtrando vniuerſales, & cùm dico Meta. conſiderare ens in quantum ens, ens intelligas dictum in quantum ens videlicet eſt ſubiectum ſuum; Cùm dicis eſt adequatum obiectum intellectus noſtri,ut eſt ſubiectum meta. ergo poterimus nos ea, quæ dicta ſunt clare intelligere per nos ipſos, non ſequitur. quoniam Meta. ſub ratione generali entia quæquæ conſiderat,ſub qua quidem ratione vniuerſali Deum conſiderat: pariter intellectus quatenus principium primum,primaque cauſa dicitur.ab hac autem vniuerſali conſideratione meta. neque natura intellectus noſtri eſt, ut particularia,quæ Dei ſunt, inferat, vt putabas. infirmitatem autem hanc noſtram nouit Deus,ideo miſertus eſt,& ideo dedit notitiam ſui particularem, quam intellectus ex ſe venari non poterat, quòd ſi inferas ſaltem cognoſcendo aliquid per-

fecte,

fecte, ergo relationem perfectę; ergo fundamentum, & terminum; ergo creatorem, & creaturam, ergo idē, quòd prius; negandum dicimus eſſe primum.

H. Ens ſubiectum in met. & intellectus noſtri obiectum ſunt idem?

S. Similia iſta ſunt in hoc, quia ſicut ſubiectum met. eſt cōe omni enti reali, & de quolibet prædicatur ī quid, ſiue reſpectu eorum dicitur eſſe uniuocum prædicatū, ita obiectū intellectus noſtri dicitur adęquatum, quia omne tale intellectus de ſui natura conſiderat, & ſpeculabile illud dicitur eſſe ab intellectu, quæ potentia habet ens pro ſuo obiecto in quo tendat, ea tamen differentia illa differre intelligas, quia meta. conſiderat ens in quantum ens ſpecificatiue intelligendo, ut ſit ſēſus, omnia entia Meta. conſiderat quatenus cadunt ſub ratione ſui ſubiecti, ſiue quatenus ens dicitur eſſe ſubiectum illius ſub ratione communi; Ens vero dicitur eſſe quatenus ens obiectum adęquatum intellectus noſtri, & intellectus omnia entia, quatenus entia cōſiderat, non ſpecificatiue, ſed duplicatiue intelligendo, vt ſit ſenſus, quòd intellectus conſiderat entia, ſiue quodcunque ens, quatenus omne illud tale dicitur eſſe ſuum obiectum.

H. Ens, ut eſt commune enti ſimpliciter, atque ſecundum quid, eſt conceptus communis, eo tamen ſuperior conceptus mihi uideretur ponendus, qui dicitur conuenientia, deducendo hoc pacto, magis cō ueniunt ens, & unum, quàm ens, & nihil, ſed ens, & vnum ſunt extra intellectum, ergo poſſunt fundare

cum ſint fundamenta realia, conuenientiā inter ſe; quæ conuenientia realis erit, & ſupra ens, & unū, & quidditatiue de ſuis acceptis partibus prædicabitur.

S. Non recte ſpecularis Hieronyme, cùm nō detur cōuenientia rationalis ſupra ens & unum, quia ab uno, & ente nil rationale extrahitur, ſimplices enim conceptus ſunt ens & vnum, & abſtractio realis a rebus fit realiter exiſtentibus, aut a duabus realitatibus, & non a duobus conceptibus, ideo conuenientia, quam dicis non eſt conceptus ab aliquo abſtrahibilis neq; realis, ideoque ſupra ens, & unum conceptus realis aliquis non eſt dandus, quod ſi a Deo, & creatura abſtrahatur, cōceptus erit quidem ille realis, cū extrema actu realia ſint, nequaquā autem idem iudiciū eſt de ente, & vno, cum conceptus dicantur ſimplices eſſe. Cū autem dicis ens, & vnum magis quam ens, & nihil conueniunt. hoc probandum eſſet; ſupponis enim, ens cum nihilo conuenire, quod eſt falſum, cùm conuenientia extrema in eſſe requirat.

H. Saltem dicis vniuocum eſſe ad illa prædicatum, id non mihi videtur, cum uniuocum prædicatum dicatur illud, quod prædicatur de proprijs paſsionibus, & de alijs, de quibus ens non uniuoce prædicatur: cùm igitur ens de paſsione uniuoce prædicetur, & de his pater contentis ſub eo, non vniuocū prædicatū uidebatur eſſe dicendū, ſed uniuoce prædicari; Ens enī, & intelligibile cōuertuntur, & intelligibile, ſiue intelligibilitas paſsio ē entis ergo eſt ens formaliter cū cōuertātur, ſed ens formaliter eſt ens quidditatiue, ergo pro-

propria paſsio quidditatiue eſt ens; & ſic nulla erit differētia inter realem diſtinctionem, atq; formalem.

S. Propria paſsio eſt realiter ens, non autem formaliter, neque ex conſequenti quidditatiue, tu dicis formaliter intelligibile dicitur ens, id verum erit formaliter, ideſt per ſuam conceptibilitatem, non autem quidditatiue, quare relinquitur ens de paſsionibus, ſuisque modis intrinſecis, non uniuoce dici, ſed uniuocum eſſe prædicatum.

H. In quarto Meta. c. p. tua ℞. dixit Methaphyſicum conſiderare ens in quantum ens reduplicatiue, quomodo ergo nunc ſpecificatiue doces ens Methaphyſicum conſiderare?

S. Aliqui dicunt meam non eſſe expoſitionē ſuper Methaphyſicam habitam, meam tamen eſſe tu ipſe tenebis, ut docui in 11. di. 4. vbi dixi, ſicut diximus in expoſitione, quam ædidimus ſuper ſept. Meta. reſpondere ergo curabis ad dubium, & intelliges me dixiſſe ens in quantum ens ſubiectum eſſe in Meta. non reduplicatiue, ſed ſpecificatiue, Meta. tamen dixi entia cuncta ſpeculari, in quantum entia, reduplicatiue, non ad ſubiectum, ſed ad uniuerſalitatem reſpiciens, ut ſit ſenſus, quodcunque ens quod Meta. ipſe conſiderat ſub ratione uniuerſali, & non quatenus ſuum ſubiectum, conſiderat, Textus uerbaque illius hæc ſunt. Meta. conſiderat omnem ſpeciem entis, & omnes partes entis in quantum ens, ideſt ſub ratione tranſcendenti, atque uniuerſali.

H. Tua ℞. in tertia. di. primi habet, quòd intellectus

certus

certus de uno,& dubius de duobus habet conceptum alium de quo eſt certus, a conceptibus,de quibus dubius eſt, ſed intellectus aliquis poteſt eſſe certus, ut de aliquo,quod ſit ens, dubitando de illo an ſit ens finitum, uel infinitum; unde conceptus entis de aliquo, eſt alius a conceptu iſto uel illo, & neuter illorum dicitur de ſe eſſe, ſed includitur in probatione huius uniuocationis; hanc quis infringere poſſet;non alium dicendo eſſe conceptum illis, ſed tantummodo vocem,& ratio ea eſſet,quæ in primo phyſicorum habetur, In quo Phyloſophi differentes de principio primo non concedebant ens eſſe conceptum ſuper illud, quod ponebant eſſe, principium, ſed erant certi quod dabatur uox iſta ſcilicet ens,& dubitabant an hoc,quod ens uocabant ſecundum uocem illam, eſſet principium primum,puta ſi ignis uel aqua eſſet de quibus concedebant uerificari hanc uocem ens; Vnde vox non conceptus fuit illis communis.

S. Vniuocationem per principium iſtud me poſuiſſe ſcito, necnon conceptum eſſe, & non uocem ſolum eſſe communem, id enim ratio atque experientia docet,a notioribus enim nobis adnotiora natura ratio nos incedere docet, Eſt Sortes,ergo animal,ſi animal ergo corpus animatum,ergo ſubſtantia, ergo ens, ad primam deueniendo cauſam cognoſcēdam, & modus dicitur eſſe confuſus; a notioribus autem natura ad notiora nobis deuenimus ſic deſcendēdo,eſt ens ergo finitum, uel infinitum ſi infinitum ergo Deus, ſi finitū,ergo ſubſtantia, uel accidens; ens ſimpliciter vel ſe-

ſecundú quid, ens in potétia ſubiectiua,uel obiectiua. Si ſubiectiua uel corporea,uel ĭcorporea;ſi corporea, corpus animatú,vel inanimatũ,ſi animal ergo rationale uel irrationale, Et iſti proceſſus ab arte ponũtur ariſtotelica in primo Phys. t. com. 2 3. & 4. quos proceſſus negare nemo audebit,cùm natura atque ars doceat illos in unitatem conceptus,& non uocis venire.

H. Nonne aliquid diuidi poſſet in aliqua, quibus uox, & non conceptus d iceretur communis?

S. Aliud eſt aliquid diuidi in aliqua, in quæ deſcendit, & aliud eſt per aliqua aliquid diuidi, vocem autem cùm diuidimus, in aliqua quidem diuidimus illam, quia in ſua ſignificata, in quæ deſcendit, ſicut canis cùm diuiditur, in ſua quidem ęquiuocata deſcendit, uoce diuiſa ſolummodo, cùm non habeat conceptus intrinſecos per quos diuidi poſſit; Diuidere autem per aliqua unum, eſt diuidere illud per ea, quæ illi intrinſecus latent ſiue per modos intrinſecos, ſiue per differentias eſſentiales, uel paſſiones proprias, ut cum diuidimus ens, non per uocem ſolummodo eſt diuiſio ſua, ſed per conceptum, quæ diuiſio conceptus uidelicet eſſe non poteſt canis, uel alicuius æquiuoci, cum non ſit neque conceptus vnitas, neque intrinſecas,habeat partes, per quas in ſua inferiora deſcendat; Quare uniuocum prædicatum cenſuimus ens a nobis diuiſum eſſe dicendum.

H. Quid igitur eſt conceptus ille uniuocus?

S. Scias multipliciter cõceptũ eſſe dicendũ, capitur.n. conceptus, aliquando pro potentia concipiente rem

vt intellectus, pro ratione conceptibili, ſiue ſpecie in telligibili, in qua cognitum obiectũ relucet, pro actu concipiendi rem, ideſt pro conceptu formali, qui eſt notitia, qua clare intellectus rem ſpeculatur. Pro conceptu obiectiuo, ut res eſt cognita, quæ obijcitur potentiæ illam concipienti, conceptus autem iſte obiectiualis duplex dicitur eſſe, qualitatiuus uidelicet, ut conceptus differentiarũ, qui prædicatur ĩ quale eſſentiale, & alius quidditatiuus, qui in quid prædicatur, & conceptus eſt generum, atque entis, & iſto vltimo modo dicimus nos uniuocum entis eſſe conceptum, uniuocationemque facere.

H. Quid ergo erit æquiuocatio iam dictæ oppoſita uniuocationi?

S. Duplicem dicimus eſſe æquiuocationem rei uidelicet, atq; ſigni; æquiuocatio rei ſunt ipſa æquiuocata; ideſt res eque ſignificate per ipſum terminum æquiuocum, æquiuocatio autem ſigni duplex dicitur eſſe Prima naturaliter ſignificãs, ſecunda uero ad placitũ.

H. Quo modo ſtat æquiuocatio ſigni naturaliter ſignificantis, in mente cùm nulla æquiuocatio fieri poſſit?

S. In mẽte hoc ſignum lapidis rẽ ſignificat naturaliter proprie, ſeipſum autem naturaliter communiter, & hoc non niſi æquiuoce, etiam notitia huius uocis ſignificat naturaliter proprie ipſam vocem: naturaliter cõmuniter, & ad placitum ſignificat rem, & hoc non niſi æquiuoce, & hoc de æquiuocatione ſigni naturaliter ſignificantis; æquiuocatio autem ſigni ad placitum ſignificãtis duplex eſt; alia enim eſt a caſu, & alia

a con-

a conſilio, æquiuocatio ſigni a caſu rationis eſt, quæ ſignificat plura mediãtibus pluribus nominibus naturaliter ſignificantibus, non totalibus, & non ſinonymis vt canis: naturaliter inquam ſignificantibus, quia conceptus canis latrabilis, non ſignificat canem latrabilem ad placitum, ſed naturaliter: non totalibus propter orationem, quæ plura ſignificat, ſed particularibus cõceptibus, non ſinonymis, quoniam ſi proferatur uox iſta, Sortes, in potentia plures ſignificat, ſed mediantibus pluribus notijs, Sortes enim in uoce, uel iſta uox Sortes, eadem eſt in mente mea, tua, atq; illius, non ſinonymis; ideo illa uox dicitur eſſe accepta ſinonyme, uel quaſi ſinonyme, cùm ſinonymum illud eſſe dicatur, quod idem eſt nominibus diuerſis expreſſum, vt Marcus, Tulius, Cicero, rem unam ſignant. æquiuocatio ſigni ad placitum a conſilio alia eſt, qua vnum per prius ſignificatur, & aliud per poſterius, eo ordine, ut per poſterius non ſignificet, niſi illud præſignauerit, ut homo qui uiuum, mortuum, atque pictum ſignificat hominem, per prius tamen ſignificat viuũ, ita quòd non ſignificaret hominem mortuum, neque pictum, niſi per prius hominem viuum ſignificaſſet. ex his liquet, ut propoſitio illa in qua ponitur æquiuocũ a caſu ſemper ſit diſtinguenda, ut canis currit; in qua uero ponitur æquiuocum a conſilio non ſemper diſtinguenda ſit, cùm enim dicimus hominem eſſe beandum, currere, uel ſtudere, animal eſſe rationale, uel ſubſtantiam, non de homine picto, uel mortuo intelligimus iſta, ſed de homine viuo, atque

vero ſine diſtinctione aliqua.

H. Vniuocatio quid igitur erit?

S. Aequiuocatione intellecta inferas per oppoſitum uniuocationem; duplex eſt enim uniuocatio rei uidelicet, atq; ſigni; Rei ſunt res vniuocatæ, ſigni uero eſt vnitas, uocis, & primi ſignificati, tunc em̃ cognoſces ſi terminus iſte animal uniuocus ſit, ſi primum eius ſignificatum unicum eſſe cognoueris.

H. Analogum quando igitur erit?

S. Quando multiplicitas, atque inæqualitas rei ſignificabitur; vniuocum autem dixi analogum eſſe, uel æquiuocum, non autem tenere medium, quia modo reperitur inæqualitas illa in vniuocis, ut animal de homine, & de aſino dicitur uniuoce, & nobiliori modo, atque perfectiori modo participatur ab homine, ſiue de hoīe dicitur; in æquiuocis etiam analogia cõſideratur vt in cane; Quòd ſi Commentator in 4. met. innuit analogum medium eſſe inter æquiuocum, & vniuocum, modùm quendam ipſe reſpexit, ut medium differentem, non autem, ut tertium membrum daret.

LECTIO XIII.

S. IN lectione heſterna ens ſubiectum in met. & obiectum intellectus noſtri quo modo cohæreant, quo modo entia atq; Deus a nobis uenient cognoſcenda, qualiter enti communis non datur conceptus aliquis, quid ſit uniuocum prædicatum, ac prædicari uniuoce, conceptus eſſe diuerſos, quomodo conceptus rei, & non tantum uocis diuidatur, & demum ęquiuocatio

catio rei, & ſigni quidnam ſonet abunde ſatis eſt uiſum, differentia atq; diſcrimen clarius nobis aperiendum remanſit inter uniuocum prædicatum, & uniuoce prædicari; notabilis eñ differentia eſt; ut docui in primo de 3. & 8. q. 3.

H. Quid igitur uniuocum eſt prædicatum?

S. Vniuocum prędicatum eſt quando conceptus illius, quod prædicatur unus eſt ex natura rei, ſi ſit res primè intentionis, ſi enim ſecunda eſſet intentio, cùm propria careat quidditate, & entitate conceptũ ex ſui natura illũ habere non poteſt; Et hoc modo album dictũ de ligno; & de lapide, eſt prædicatum vniuocum, & uniuerſaliter oĩs prædicatio accidẽtis de ſubiecto, & per oppoſitũ illud dicitur prædicatum æquiuocũ, quod prędicatur nõ ſecundũ vnitatẽ conceptus, & ſic inter uniuocum, & æquiuocum non eſt dare medium, patet ex rationibus ipſorum, vniuoca eñ eſſe illa dñr, quorum nomen cõe eſt, & ratio ſubſtãtiæ eadem, modo habere eandem rationem, & non habere eandẽ rationem contradictoria ſunt, quæ mediũ non patiũtur: Ex quo infero, quòd omne analogum, vel eſt vniuocũ; vel ęquiuocũ, vniuoce uero prædicari eſt qñ ratio, ſiue definitio prædicati includitur in ratione ſeu definitione ſubiecti, & hoc quidditatiue, ſic ut non prædicetur, ut albũ de lapide hoc vniuerſaliter, ut quodcumq; accidens de ſubiecto, ſiue propriũ, ſiue cõe, nec ut inferius de ſuo ſuperiori, nec ut genus de differentia, neq; vt differentia de genere, neque ut modus intrinſecus, de eo cuius eſt modus, ſed ut ſolus conceptus quidditatiuus

ditatiuus, & qualitatiuus,ut generis uidelicet,& differentiæ de ſpecie,pertinentes ad primum modum dicendi per ſe,ut homo eſt animal, uel rationalis.

H. An uniuocatio iſta eodem pacto conſideranda ueniat a Philoſopho, a logico, atque Metaphyſico?

S. Nequaquam, diuerſa enim conſideratione uniuocationem iſtam iſti pertractant.

H. Quid igitur dicit Phyſicus uniuocationem hanc eſſe,qua dicimus ens uniuocum eſſe?

S. Vnitatem naturæ ex natura rei; circumſcripto omni opere intellectus (de qua Ariſt.7.phys.t. co.24.) habet in ſpecie ſpecialiſsima in qua eſt proprie comparatio, & ſic uniuocatio, & non in genere,quia ſpecies unicam dicit naturam, atque uniuocam, non autem genus cùm in eo æquiuocationes lateant: genus enim dicitur æquiuocum æquiuocatione oppoſita uniuocationi phyſicæ, eo quod non reſpondeat ſibi natura una, uel hypoſtaſis extra ſe; ſed plures ſecundum Comment.atque Temiſtium primo de anima.

H. Vniuocatio logica quid igitur erit?

S. Vnitas alicuius rei,vel primæ intentionis ſub una intentione logica conceptæ, ut ſub intentione generis, uel alicuius alterius ſecundæ intentionis aliquid tranſcendens, ut puta ens concipitur, & dicitur uniuocum uniuocatione logica, conſideratur enim, quatenus uniuerſale eſt de pluribus ſuis inferioribus prædicabile reſpectu quorum uniuocatio dicitur.

H. Dixiſti genus phyſice æquiuocum eſſe, modo loquendo logice uniuocum genus aſsignare uideris.

S. Genus

S. Genus æquiuocum apud Phyſicum eſſe vniuocum logico teneas.

H. Vniuocatio iſta tandem ſecundum Metaphyſicum quid erit?

S. Vniuocatio autem metaphyſica unitas eſt alicuius primæ intentionis abſtrahibilis, ſiue conceptus abſtrahibilis a pluribus ex natura rei, circumſcripta quacumque intentione ſecunda, ſiue logica; & ſic tranſcendentibus non repugnat vniuocatio, ex quo infertur vniuocum metaphyſicum eſſe ens, quod æquiuocum phyſice erit.

H. Vniuocum quo modo excellentiſsime Doctor in ſua vniuocata deſcendit.

S. Quadruplici uia ſuperius uenit in ſua inferiora. Primus modus eſt quando deſcendit ſecundnm eandem rationem, & ſecundum eundem eſſendi modum formalem, & ſecundum eandem rationem eſſentialem, & ſecundum eũdem gradum perfectionis eſſentialem, & iſte gradus, ſiue modus vniuocationis, quam facit iſte deſcenſus perfectiſsimus eſt; & non reperitur hæc uniuocatio, niſi in ſpecie ſpecialiſsima; illa enim deſcendit in ſua vniuocata ſecundum eandem rationem, cùm definitio indiuiduorum eadem ſit, quę ſpeciei eſſe dicitur, ſecundum etiam eundem eſſendi modum deſcendit; cùm per ſe exiſtere dicantur ſub ſpecie, & ſecundum eandem rationem eſſentialem, cùm non per prius det eſſe vni quã alteri, & ſecundũ eũdem gradum perfectionis eſſentialis, cùm non perfectiori modo in uno dicatur eſſe quàm in alio. Secundus gradus de-

H ſcendendi

ſcendendi minor eſt primo, & fit ſecundum eandem rationem, eundem modum, eundemque ordinem, nõ autem ſecũdum eundem gradum perfectionis, & hoc pacto aliquod ſubalternũ genus in ſuas deſcendit ſpecies, ut animal per rationale, & irrationale in ſua uenit inferiora; perfectius tamen homo, quàm Aſinus participat animal; & quia genus in diuerſitate graduum recedit a ſpeciei vniuocatione, & ad æquiuotionem accedit, ideo Ariſt. 7. phy. dixit latere in genere æquiuocationes. Tertius gradus vniuocationis eſt minor prædictis duobus, & eſt quando aliquid deſcendit in ſua inferiora ſecundum eandem rationem, atque modum, non autem ſecundum ordinem, atque perfectionem, ut numerus ſecundum rationem numeralẽ, & modum eſſendi; deſcendit in ſua inferiora; non autem ſecundum ordinem ſiue perfectionem, prius enim in binarium deſcendit numerum, quàm in ternarium, & perfectius in ternario, quàm in binario reperitur, & iſte gradus uniuocationis accedit ad analogiam, vnde numerus eſt quid uniuocum, quatenus ſecundum vnã rationem deſcendit in ſpecies ſuas, & prædicatur de eis; analogum autem, ut non deſcendit ſecundum eũdem ordinem, numeri enim ſpecies habent inter ſe ordinem eſſentialem, ideo dixit Ariſt. 5. met. ſpecies ſunt ſicut numeri reſpiciendo ſpecies inter ſeſe, non autem quatenus reſpiciunt indiuidua. Quartus gradus minor eſt iam dictis, & fit cùm ſuperius in ſua inferiora deſcendit ſecundum rationem eandem, non autem ſecundum modum, ordinem, neque perfectionem,

nem, ut ens dum deſcendit in ſubſtantiam, atque accidens: ratio enim in vtriſque reperitur extremis, modus autem eſſendi diuerſus eſt, cùm ſubſtantia indepẽdenter, accidens uero ſit dependenter: prius in ſubſtantiam deſcendit ens atque perfectius, ideo tale ens dicitur uniuocum quantum ad unitatem rationis communis; æquiuocum uero quantum ad diuerſitatẽ graduum, & modi eſſendi, analogum vero quantum ad ordinem; ideo diuerſo reſpectu, ac conſideratione uaria, aliqui dixerunt ens eſſe vniuocum, aliqui æquiuocum, alij uero analogum.

H. Vniuocatio ſub ente conſiderata. multiplex igitur erit, uel una tantum?

S. Duplex entis uniuocatio eſt (ut ad præſens ſpectat) prima tranſcendens; alia vero limitata. uniuocatio limitata eſt reſpectu alicuius prædicati potentis prædicari de multis ſecundum habitudinem alicuius vniuerſalium, a Porphyrio aſsignatorum, & iſto modo ens non prædicatur uniuoce de entibus, ſicut dicit Porphyrius: ſi quis enim omnia entia uocet, æquiuoce (inquit) nuncupabit ea, & non uniuoce.

H. Tranſcedens ergo uniuocatio quæ erit?

S. Vnitas alicuius conceptus ex natura rei potentis de multis generibus generaliſsimis prædicari, uel de uno generaliſsimo, & de aliquo, quòd non eſt in prædicamento. exemplum primi eſt ens, bonum, uerum, relatio, & abſolutum. exemplum ſecundi iuſtitia eſt, atque ſapientia, nec requiritur ad hoc, quòd aliquod prædicatum ſit tranſcendens, quòd prædicetur de om-

nibus prædicamentis; ſed ſufficit, quòd prædicetur de aliquo prædicamento, uel de aliquo reponibili, & quòd non ſit per ſe in genere, vt ſapientia, atq; iuſtitia, quæ dicitur de creata, & prędicamentali, & increata, & tranſcendenti.

H. Poteſt ne aliquid eſſe tranſcendens, quod non prædicetur de aliquo genere?

S. Nimirum. infinitas enim, & neceſsitas ſunt tranſcendentia, & ſolummodo prædicãtur de Deo, quòd autem infinitas dicatur eſſe tranſcendens. patet per regulã, quã ego dedi in primo diſt. 8. q. 3. illud, quod eſt indifferens ad finitum, uel infinitum eſt tranſcendens, & quidquid eſt in genere ſiue ſit genus, ſiue differentia, ſiue ſpecies quodlibet tale finitum dicitur. genus enim finitum eſt, quia in potentia eſt ad differentiam, & natum per ipſam perfici. differentia finita eſt, quia caret actualitate generis, cùm non includat ipſum genus in ſuo conceptu formali, ut in 3. met. patet ſpecies dicitur eſſe finita, quia ex realitatibus finitis eſt conſtituta: unde ſequitur, quòd cùm illud eſſe, quod in genere eſt, ſit finitum, quod infinitum extra genus dicatur.

H. Genus generaliſsimum eſt illud, quod non habet ſuperius ſe, quòd autem de multis dicatur, ipſe ignoro.

S. Accidit generi generaliſsimo de multis ſpeciebus prædicari.

H. Stare ergo poteſt genus ſine ſpeciebus multis?

S. Poteſt quidem, ut hoc prædicamentum; Quando, paucas habet ſpecies ſub ſe, uel forte nullas.

H. Genus

H. Genus diuiditur per differentias oppoſitas, & cùm quælibet differentia conſtitutiua eſſe dicatur. duas ergo ſpecies ad minus genus oportebit habere.

S. Genus eſt aptum natum diuidi in differentias oppoſitas, non autem habet potentiam, uel actum ad ſic diuidi, differt enim aptitudo a potentia; nam aptitudo eſt inclinatio alicuius ſecundum ſe ad aliquid, uel magis non repugnantia ad illud, potentia autem eſt ordo ad actum, ſicque illud, quod eſt ſic potens, poſſit attingere actum; poteſt enim potentia eſſe ſine aptitudine, ut poſsibile eſt graue eſſe ſurſum, non tamen aptum eſt ibi eſſe; quia repugnat ei ſecundum ſe, & aptitudo eſt ſine potentia, ut cæcus eſt aptus natus ad uidendum, non eſt autem poſsibile cæcum uidere, quia a priuatione ad habitum non eſt naturalis regreſſus, ſic nulli uniuerſali quantum eſt ex ſua forma repugnat dici de multis; hæc tamen aptitudo impediri poteſt, quando uidelicet non ſunt multa, de quibus illud dicatur.

H. Impoſsibile eſt eſſe aliquid aptum natum dici de pluribus differentibus ſpecie, niſi plura differentia ſpecie ſint apta recipere prædicationem illius. igitur ſi iſta aptitudo ſufficit ad genus, conſimilis aptitudo recipiédi ſufficit ex parte ſpeciei. igitur ſi aliquid ſit genus aptum propter talem aptitudinem, iſta multa, quæ participant ipſum aptitudinaliter erunt actu ſpecies. ergo omne genus multas habet ſpecies actu.

S. Conſequentia iſta falſa eſt. genus eſt aptum natum dici de pluribus. ergo plura differétia ſpecie ſunt apta

nata recipere prædicationem illius, quia ſtat, aptitudinem eſſe in uno extremorum, dato, quòd aptitudo in alio non ſit. exemplnm, forma ſolis nata eſt eſſe in alia materia, quàm in illa, in qua eſt, nec tamen eſt aliqua materia nata recipere talem formam, quia ergo talis argumentatio teneret in aptitudine ſi ſemper eſſet aptitudo in utroque extremo, & ita potentia; quia aptitudo in uno extremo nõ impeditur a potẽtia, niſi propter defectum aptitudinis in alio extremo. ſed de his hactenus.

LECTIO XIIII.

S. Vniuocum, & æquiuocum prædicatum, ita uniuoce, & æquiuoce prædicari quid ſit. quo modo omne analogum uniuocum ſit, uel æquiuocum. uniuocatio logica, phyſica, & metaphiſica quo modo capiatur. qualiter uniuocum in ſua inferiora quadruplici uia deſcendat, & denique de tranſcendenti, & limitata prædicatione in præcedenti lectione habitum eſt, ſequar igitur conſiderationem entis multiplicem declarare. Ens ergo uno modo dicitur tranſcendenter. alio modo tranſcendentiſsime.

H. Quid eſt ens tranſcendentiſsime captum?

S. Eſt æquiuocum quacumque æquiuocatione; quia ut ſic, eſt commune ad ens reale, & rationis, & clarum eſt, quòd ut ſic non dicit aliquem conceptum unum; quia uel ille conceptus eſſet ſecluſo opere intellectus, uel non, ſi ſic, ergo aliquid, quod eſſet prẹter opus intellectus

tellectus includeretur quidditatiue in illo, quod non eſſet præter opus intellectus, cuiuſmodi eſt ens rationis: ſi non eſſet præter opus intellectus, aliquid, quod eſt per opus intellectus, includeretur quidditatiue in illo, quod eſt præter opus intellectus, quod videtur falſum, & ratio iſta inſolubilis eſt, licet Franciſcus de Maironis nitatur eam ſoluere, quã (iudicio meo) non ſoluit.

H. Quæ eſt ſolutio illa iam dicti Franciſci inualida?

S. Ait Franciſcus. Cum dico ego conceptum entis eſſe realem, uel rationis, nego conceptum illum eſſe realem formaliter, vel rationis formaliter: bene dicitur eſſe realis, uel rationis permiſsiue, dando de animali inſtantiam, quòd non dicitur eſſe formaliter rationale, uel irrationale, niſi potentialiter, uel permiſſiue. quando ergo argumentor, ille conceptus eſt, vel ſecluſo opere intellectus, uel non ſecluſo opere intellectus, ille dicit neutrum de ſe, & formaliter, ſed cũ vtroque ſtare permittitur.

H. Non ne iſta uera dicitur eſſe ſolutio?

S. Nequaquàm, animal enim aliquid unum eſt, uel unitas in ſe aliqua, formaliter tamẽ nec rationale, nec irrationale, quia a duobus præſcindi poteſt, & eſſe in rerum natura: ſed ens commune enti reali, & enti rationis non eſt aliquid unum in ſe ex naturà rei ſiue natura determinata aliqua, ſicut aĩal indifferẽs eſt ad utrũque, nõ .n. ſic ens poteſt eſſe indifferẽs ad ens reale, & ens rationis; quia aut erit ꝑ opus ĩtellectus, aut nõ, & non poteſt ab utroque præſcindi, ſicut animal, &

eſſe in re.

H. Ens tranſcendenter captum quid eſt?

S. Eſt commune ad Deum, & creaturam, primum obiectum intellectus noſtri ex natura potentiæ, & primũ obiectum uoluntatis, & primum ſubiectum metaphiſicæ, & ut ſic eſt uniuocum ad omne illud, quod eſt ſecluſo opere intellectus collatiuo, & eſt uniuocum ad differentias ultimas, ad proprias paſsiones, & breuiter ad omnia poſitiua, ut dictum eſt; uerum eſt tamen, quòd non prædicatur uniuoce de ultimis differentijs, & proprijs paſsionibus ſuis, ſed tantum de Deo, de decem prædicamentis de materia, & forma, & ut in 2. diſt. 1. q. 3. dixi vniuoce prædicatur de illis, quæ mediant directe inter ipſum, & decẽ prædicamenta, cuiusmodi ſunt abſolutum, atque relatio, & per has diuiſiones de facili reſpõdere poteris obiectionibus contra uniuocationem entis.

H. Conceptus entis ille uniuocus an unitatem realem dicat a parte rei?

S. Aliqui dixerunt quòd ſic, dicentes, chymericum eſſe conceptum illum communem, ſi a parte rei unitatem non habeat, non autem arridet opinio iſta: cõceptus enim entis non eſt cõmunis cummunitate reali per inexiſtentiam, ut eſſentia diuina, quæ in tribus perſonis exiſtit, nec communis conceptus eſt per indifferentias, ut ſunt naturæ communes de quarum quidditatiue non ſunt differentiæ ultimæ, ſed conceptui entis correſpondet aliqua communitas per intellectum, cuius unitas neque realis dicitur, neque rationis

tionis bene per rationem, quæ eſt intellectus, qui in tellectus aliquando diſtinctus dicitur eſſe, & aliquando confuſus. diſtinctus (inquam) dicitur eſſe intellectus, quando concipit diſtincte aliquid adęquate, atque perfecte, ut quando intelligit realitatem cum ſuo modo, ut albedinem cum obiecto, uel conceptum cum modo, ut ens finitum: tunc autem confuſus erit intellllectus, quando rem ſine modo ipſe intelligit, reſpectu quorum intellectuum duplex datur entis cõſideratio, uniuocationis reſpectu confuſe concipientis, æquiuocationis autem reſpectu alterius; quòd autem conceptus ille non dicatur eſſe realis, patet, quia hoc dato ſequeretur, Deum metaphyſica compoſitione compoſitũ eſſe, ex actu uidelicet & potentia; quia ens dicit conceptum realem, & modi contrahunt ipſum. ergo compoſitio ibi eſſet ex potentialitate generis, & actualitate differentiæ, cùm diuidatur ens per finitum, & infinitum.

H. Ratio hæc non videtur concludere, quia tunc bene ſequeretur compoſitio in Deo, quando modus diceret actum, & ueram formalitatem actuantem, aut realitatem aliquam, modus autem intrinſecus nõ eſt huiuſmodi; ergo compoſitionem non facit.

S. Fateor, demonſtratiuam non eſſe, ſed illam dedi, ut aliqua ex parte uideas conceptũ illum realẽ non eſſe.

H. Igitur rationis erit, ut 8. diſt. 1. docuiſti, ens dicere rationis conceptum.

S. Non erit rationis, quod ſit per collatiuum opus intellectus, & ſic ſecunda quædam intentio, ſed eſt per

opus

opus abſtractiuum intellectus, nec realem pono, vt natura, ſiue realitas quædam ſit; ſed realis dicitur; quia non eſt per opus intellectus.

H. Dixiſti conceptum illum reſpectu noſtri eſſe confuſum, quo modo poteſt ſtare conceptus confuſus entis cùm talis conceptus dicatur ſimpliciter ſimplex, qui totaliter ſcitur, uel totaliter ignoratur?

S. Duplicem ſcias eſſe notitiam, quędam enim eſt adæquata, ut cognoſco hominem in quantum animal rationale, & iſta diſtincta erit: alia eſt diſtinctio inadæquata, & confuſa, ut quando cognoſco hominem inquantum ens, quatenus plura ſub ſe continet. Conceptus igitur entis dicitur eſſe ĩ ſe ſimpliciter ſimplex ſed in compratione ad aliud, dicitur eſſe confuſus: ſi enim concipias ens in cõparatione ad Deum, & creaturas, confuſus dicitur eſſe conceptus, quia potentialiter inter plura confunditur; in ſe autem conceptus entis reſpectu entitatis illius diſtinctus eſt.

H. Si conceptus ipſius entis aliquid ex natura rei diſtinctum ſit a conceptu Dei, & creaturæ, non ne ſequitur, quòd Deo àliquid eſſe prius dicatur? conceptus enim entis quidditatiue dicitur de Deo, & creatura, uniuoce enim prædicatur de illis, & natura priora inferioribus ſuperiora eſſe dicuntur, quia ab eis non conuertitur ſubſiſtendi cõſequentia: ualet enim deus eſt ens, & creatura eſt ens, & non e contra, ut cùm prius natura conceptus ille dicatur de ipſo ens Deo, in prioritate illa ſtare poſſet, quòd eſſet, & non eſſet Deus.

S. Iſte conceptus non eſſet prius ſupra Deum, & creaturam

turam de ſe; ſed prius dicitur eſſe ſecundum modum confuſum intelligendi; unde apud intellectum clare conſpicientem conceptus ille non datur.

H. Ens prædicatur in primo modo de Deo,& creatura. ergo quidditatiua erit prædicatio iſta. Deus eſt ens. ergo prius Deo ens erit.

S. Ens Deo prius eſſe iam dixi ſecundum modum noſtrum, nequaquàm autem in ſe; ſiue conceptiue dicatur, nequaquam autem quidditatiue.

H. De prædicato uniuoco, uel uniuoce dicto an Ariſt. ſit locutus?

S. Ita, vniuocum prædicatum poſuit in ante prædicamentis,prædicatū enim denominatiuū uniuocum eſt, de quo ille loquitur, cùm eſſentialiter, & uniuoce non prædicetur; vniuoce autem dictum prædicatum poſuit in ſuis topicis, cùm unumquodque de ſe ipſo, uel ut genus de ſuis dicitur, & in c. de ſubſtātia in ſuis prædicamentis clare poſuit Ariſt. diuiſionem iſtam di cens. in aliquibus nomen nihil prohibet prædicari aliquando de ſubſtantia, ut album de corpore: album enim uniuocus eſt conceptus, & de corpore prædica tur, & ſubdit, rationem autem impoſsibile eſt prædicari, quia definitio, & quidditas albi uniuoce de corpore prædicari non poteſt.

H. Sed de uniuocatione tranſcendenti, & limitata, an fecerit mentionem?

S. Ita, in 2. met. t. com. 4. uniuocationem poſuit trā ſcendentem,cùm dixit, principia in ſempiternum ſunt uerißima; quia in alijs ſunt cauſa uniuocationis. ubi

oſtenditur,

oſtenditur, quòd ueritas dicitur uniuoce de ſempiter nis, & de principijs ſempiternorum, quod principiũ Deus eſt. Ergo ens, quod eſt ſubiectum veritatis, dicitur uniuoce de Deo, & de ſempiternis; limitatam uero uniuocationem ponit in libro prædicamentorum. vbi dicit, vniuoca illa eſſe, quæ habent eandẽ rationem, & definitionem, & idem nomen.

H. Dixiſti tale ens commnne eſſe Deo, & creaturæ, primumque obiectum noſtri intellectus ex natura poten tiæ, quo modo dicitur eſſe primum? non perfectione, quia quanto communius, tanto imperfectius: non origine in cognoſcibilitate, quia inter ſingularia quæque, indiuiduum uagum id erit, & inter uniuerſalia ſpecies ſpecialiſsima, quid igitur?

S. Scias id primitate adæquationis eſſe, quia intellectus, & ens iſto modo æquantur.

H. Quare ex natura potentiæ dixiſti eſſe obiectum?

S. Quia ens non eſt obiectum adæquatum intellectus coniuncti, ſiue pro ſtatu.

H. Quid erit igitur obiectũ iſtius cõiuncti intellectus?

S. Quidditas rei ſenſibilis.

H. An obiectum tale dicatur eſſe adęquatum, quia attingibile ſit ab intellectu?

S. Nequaquam, ſed ratione inclinationis, ad quod inclinatur natura: in patria autem attingit intellectus, nequaquam autem comprehendet, cùm comprehendere proprie ſit intellectus diuini: noſtri autem intellectus proprium ſit pro ſtatu inclinari ad nobiliſsimũ illud ens cognoſcendum; & ideo nunc ex parte, tunc autem

autem cognoſcam ſicut cognitus ſum, attingendo, apprehendendo, poſsidendo, atque fruendo, nequaquam autem comprehendendo.

LECTIO XV.

TRanſcendenter, & tranſcendentiſsime luce heſterna declarauimus ens, eiuſdemque entis conceptũ multipliciter explanauimus, ſi quid intactum derelictum ſit, ad ſum tibi declaraturus.

H. Quæ fuerunt heri declarata maxime patent. ſequere igitur entis diuiſionem inceptam.

S. Alia ſuperaddenda eſt entis diuiſio, in ſimplex, atque compoſitum.

H. Quid erit ens ſimplex?

S. Multis modis dicitur eſſe ſimplex. primo modo datur ſimplex, quod non eſt compoſitum, neque componibile, & iſto modo ſolus Deus dicitur eſſe ſimplex: ſumme enim ſimplex dicitur quod non eſt compoſitum, neque componibile, & iſto modo omne aliud a Deo dicitur compoſitum compoſitione ſaltem expoſitiuo, & priuatiuo.

Secundo modo dicitur ſimplex, quod non habet conceptum quidditatiuum, & qualitatiuum, & iſto modo dicitur ſimplex, quod habet conceptum ſimpliciter ſimplicem, Sicut ſunt ens, & paſſiones entis, modi intrinſeci, & differentiæ ultimæ: conceptus autem ſimpliciter ſimplex ille eſt; qui non eſt reſolubilis in alios conceptus ſimplices, quorum quilibet poſſet actu ſimplici

plici diſtinčte cognoſci, uel qui totaliter ſcitur, uel totaliter ignoratur, & qui non habet aliquid ſecundum quod poſſit concipi; & aliquid, per quod poſſit ignorari, quod intelligendum eſt quo ad cônceptum formalem, & proprium ipſius, & non quoad aliquos conceptus primarum, uel ſecundarum intentionum, quæ prædicantur de iſtis denominatiue, & a poſteriori, & in ſecundo modo: unde licet dubitem, an Sorteitas ſit modus, uel differentia per ſe Sortis, dubito quoad iſta prædicata accidentalia, quæ ſunt differentiarũ modus, prædicatum, uel ſubiectum, quæ dicuntur de ipſis conceptibus denominatiue, & non formaliter.

H. Dixiſti Deum ſimplicem eſſe. vbi reperitur aliqua multiplicitas, illud tale non dicitur eſſe ſimplex: in Deo autem multiplicitas rationum formalium reperitur; quarum una non eſt formaliter alia: quia intellectus non eſt formaliter uoluntas, nec perſona patris eſt formaliter ſpiritus ſancti, uel filij perſona, neque ſapientia dicitur formaliter eſſe bonitas. ergo Deus non dicitur eſſe ſimplex.

S. Vbi eſt multiplicitas aliquorum; ita ut unum ſit in potentia ad aliud, illud tale non dicitur eſſe ſimplex: in Deo autem non eſt talis multiplicitas; quia quælibet perfectio, attributum, notionale, perſona, eſſentia, uel potentia aliqua in ſua actualitate ſunt in ſe perfecta, & non in potentia ad aliquid faciendum, uel componendum.

H. Illa autem multiplicitas, uel multitudo formalitatum unum faciunt unitate aggregationis, uel cumuli, & ſic

& ſic compoſitionem aliquam.

S. In unitate aggregationis, uel cumuli, unitates, uel partes dicuntur ab inuicem ſeparatæ realiter, & eſſentialiter: in Deo autem formalitates iſtæ eſſentialiter ſunt unum,& una alteri dicitur eſſe unita in radice eadem: unde notandum eſt,quòd conceptus ſimplex poteſt duobus modis intelligi: uno modo,ut opponitur compoſitioni,& componibilitati: alio modo; vt opponitur multiplicitati rationũ formalium; primo modo; Deus eſt ſimpliciter ſimplex,quia nõ compoſitus, neq;cõponibilis,neque ſecũ aliquid cõponibile habet; ſecundo modo ſolùm modo ens, & conceptus prædicti ſunt ſimpliciter ſimplices, & non Deus, quia includit multiplices rationes iam dictas: conceptus autem iſti non dicuntur primo modo conceptus ſimplices, quia componi poſſunt, & cum alio unum facere.

H. An modus intrinſecus conceptum rei aliquẽ dicat.

S. Non dicit conceptum rei formalem, ut nonnulli uoluerũt aſſerere, quia in Deo cõpoſitonem eſſe ex actu, & potentia ſequeretur, cùm entitatem habeat, & intrinſecum eſſe. Ideo in 8. diſt. primi depoſui, modum intrinſecum non uariare rationem illius, cui aduenit, nullamq; de ſe dicere formalitatem: alij uero dixerũt modum intrinſecum rei non eſſe,ſed modum cõcipiendi rem,non autẽ conceptum eſſe dixerunt. Ideo in 8. diſt.primi depoſui,quòd ſi quis conciperet albedinem ſolum,tantum haberet conceptum albedinis per ſe, & eſſet tunc conceptus inadæquatus: quando autem concipit ſolum,tantum conceptum gradualem cognoſcit,

vt

ut puta. 4. uel ſex gradus, & inadæquatus pariter didicitur eſſe conceptus, & modi rei, adæquatus autem conceptus, quando rem cum modo, modumq; cum re cognoſcit.

H. Dicis te loqui de conceptu obiectiuo, & non qualitatiuo, quænam differentia eſt horum duorum?

S. Conceptus obiectiuus reſpectu illarum rerum dicitur, quæ reſolubiles non ſunt; poſſunt tamen intelligi, ſicut ſunt ens, paſsiones, modus intrinſecus, differentiæ vltimæ, & ea, quæ ſuperius dixi: obiectum autem qualitatiuum dicitur illud, quod ex quidditate, & qualitate reſultat, ſicut ſunt ſpecies, & genera ſubalterna, & harum differentiæ, quę habent conceptum non obiectiuum tantum, ſed obiectiuum, & qualitatiuum ſimul.

H. Vbi poſuit Ariſt. diſtinctionem iſtam?

S. In x. met. t. co. 12. conceptum obiectiuum, & qualitatiuum ponit dicens. Quæ habent conceptum ebiectiuum, & qualitatiuum ſimul ſpecies ſunt, & genera; & ibidem de conceptu obiectiuo ſolummodo loquitur, dum dicit. Quæ ſunt diuerſa, & non includunt conceptum obiectiuum, & qualitatiuum ſimul, quia non habent per quid differant, & conueniant, cuiuſmodi ſunt differentię ultimæ.

H. An differentiæ ſpecifice ſint ens quidditatiue, vel denominatiue?

S. Nota propoſitiones iſtas?

Prima, forma vltima, a qua ſumitur differentia ſpecifica, ſiue ſit anima rationalis, a qua dicitur rationa

litas

litas, ſiue aliquid quidditatiue eſt ens.

Secunda. Vltima realitas huius formæ eſt ens denominatiue.

Tertia. Vltima differentia ſpecifica ſumpta ab hac ultima realitate eſt ens denominatiue.

Quarta. Rationalitas, quæ eſt ſũpta nõ ab ultima realitate formæ, ſed ab ultima forma, ẽ ens quidditatiue.

Quinta. Rationale eſt ens denominatiue, licet rationalitas quidditatiue ens eſſe dicatur: rationale enim dicit formam connotando ſubiectum, modo nullus terminus connotatiuus includit ens in quid, iſta uero forma eſt principium diſtinguendi eſſentialiter, cùm ſit quid abſtractum; vnde iſta quidditatiuà erit. rationalitas eſt ens.

H. Angeli, & anima ſunt ne compoſiti ex materia, & forma?

S. Dionyſius Areopagita in lib. de diu. nomi. c. 4. inquit, Angelos ĩcorporales, & immateriales eſſe; Aug. autem, quia imitatus eſt Platonem, dixit, angelos materiam includere. Vnde Boet. in lib. de unitate, & uno dixit. Angelus, & anima ſunt unum coniunctione materiæ. & idem Aug. ſuper Gen. ad litteram aſſerit idem. Ioannes e Gandauo, angelus dixit compoſitos eſſe ex materia, & forma, non phyſice, ſed metaphyſice. Ego autem dico, angelos, atque animas compoſitos eſſe ex realitate, & realitate, ex poſitiuo, & priuatiuo: ex poſitiuo, quia ſunt talis naturæ; ex priuatiuo, quia in quantum entia priuantur perfectione diuina, non quatenus diuina eſt perfectio illa, ſed entis;

& ſic quælibet res citra Deum compoſita, vel componibilis eſſe dicitur ex realitate, & realitate, vel ex actu, & potentia obiectiua ſaltem quidquid enim eſt ens, & caret perfectione aliqua entis eſt ſimpliciter poſsibile, & terminus potentiæ ſimpliciter, cuius terminus non poteſt eſſe ens infinitum, quod eſt neceſſe eſſe. De materia uero in angelis, vel in anima, intelligas materiam intellectum eſſe comparatiue, ut ſit ſenſus, anima in comparatione angeli dicitur quaſi materialis, ita & angelus reſpectu ſimplicisſime, & excellentisſimæ ſubſtantiæ ipſius Dei, diuinæque eſſentiæ. Et ex iſtis ſequitur, quod tertio modo dicitur ſimplex, quod non eſt compoſitum ex re, & re; cuiusmodi ſunt omnia accidentia, materia prima, forma ſubſtantialis, angelus, anima; licet, angelus, & anima, aliqui dixerint, quòd habeat materiam, & formam, & quòd compoſiti ſint, quòd non eſt intelligẽdum de materia, & forma phyſicali; ſed componuntur ex genere, & differentia, quæ methaphyſicalis materia, & forma dicitur; ſiue ex realitate potẽtiali, & actuali, quæ compoſitio non dicitur rei, & rei; ſed realitatis, & realitatis, ut docui in 3. & 8. diſt. . & iſti ſimplicitati opponitur compoſitio materiæ, & formæ. Quarto modo aliquid dicitur ſimplex, quod non eſt mixtum, ſicut cælum, & quatuor elementa non mixta ſunt, ſed ſimplicia; licet materiam, atque formam habeant, & ex illis compoſitionem, & iſti ſimplicitati opponitur mixtum. ex quibus patet, quo modo quatuor modis aliquid poſsit dici compoſitum, vel

con-

conſtitutum; & ſequitur pariter, quo modo compoſitio dicitur multiplex; ad propoſitum tamen modis duobus cum his videlicet, & ex his: unde ſola conſtituta dicuntur eſſe compoſita compoſitione ex his, conſtituentia autem compoſitione cum his; ſicut materia, & forma; ſubiectum, & accidens, & accipio conſtitutionem limitatam; & dico, quòd omne ens creatum eſt compoſitum ex re, & re, uel compoſitione cum his, uel compoſitione ex his, extendendo etiã compoſitionem ad compoſitionem eſſentialem, quæ eſt materiæ cum forma, & ad compoſitionem accidẽtalem, quæ eſt accidentis cum ſubiecto. Vnde licet angelus, accidentia, materia prima, & forma ſubſtãtialis, non ſint compoſita compoſitione ex his, cum his tamẽ dicũtur compoſita. Vnde ſequitur, quòd ſolum modo Deus dicitur eſſe incompoſitus.

H. Vbi Ariſt. locutus eſt de ſimplicitate tertio modo dicta?

S. In 8. met. t. com. 15. ubi dicitur, quòd compoſitum ex actu, & potentia, ſicut accidentia, & materia prima, & ſimilia ſimplicia ſunt.

H. Sed vbi dixit elementa ſimplicia eſſe, atq; nõ mixtũ?

S. In 3. de cæ. & mun. t. com. 67. dicit enim Deinde uidentur omnia ſimplicia corpora figurata continente loco, maxime autem aqua, & aer. ecce quo modo elementa ſimplicia poſuit Ariſt. ſimplicia .i. nõ mixta.

H. An ad mentem Ariſt. dixeris cælum eſſe compoſitũ ex materia, & forma?

S. Non id dico ad mentem Ariſt. ſed ſecundum Theologos; diceret enim ille, cælum non habere materi-

am; niſi ad ubi. 12. met. t. com. x.

H. An ſenſerit Ariſt. compoſitionem illam ex his, & cum his?

S. In 12. met. compoſitionem ex his depoſuit t. com. 10. ubi diſtinguit ſubſtantiam in materiam, formam, atque compoſitum, quod reſultat ex his. Compoſitionem cum his in primo poſuit phi. t. com. 62. cùm de ſubiecto, & accidente compoſito compoſitione cum his ſit loquutus. Angelus etiam poſſet aliquo modo dici compoſitus cum his, quia cum intellectione ſua compoſitum facit de mente tamen Theologorum, & non philoſophorum, qui dicunt intellectionem angeli ſuam eſſe eſſentiam.

H. Quæ differẽtia eſt inter compoſita compoſitione ex his, & cum his?

S. Prima. Quoniam compoſitio ex his eſt poſterior, & præſupponit compoſitionem cum his.

Secunda. Quia in compoſitione cum his idem eſt cõpoſitum, & componens; in compoſitione autem ex his aliud eſt componens, & aliud compoſitum.

Tertia. Quia in compoſitione cum his quot ſunt componentia, tot ſunt compoſita: in cõpoſitione autem ex his plura ſunt componentia, quàm compoſita.

Quarta. Quia compoſitio cum his reperitur in quolibet genere cum alio genere; compoſitio uero ex his non niſi in eodem genere. In craſtinum alia erit entis diuiſio declaranda, in qua de neceſsitate, & contingẽtia rerum quàm plurima declaraturi ſumus.

LECTIO XVI.

S. ENs diuiditur in ens neceſſarium, & in ens contingens: unde illud dicitur neceſſarium, quod non poteſt non eſſe: contingens uero, quod poteſt eſſe, uel non eſſe. Inuenio tamen duplex neceſſarium, & duplex contingens. videlicet complexum, & incomplexum: neceſſarium complexum eſt, quod non poteſt nō eſſe uerum, ſicut ſunt propoſitiones primi modi, ſecundi, & ſic de alijs. Contingens complexum eſt, quod poteſt eſſe quandoque uerū quandoq; falſum, ſicut ſunt ꝓpoſitiones de materia contingēti: Neceſſariū incōplexū eſt, quod non poteſt non eſſe, & hoc dupliciter, uel quantū ad eſſe ſimpliciter, & ſic ſolus Deus dicitur neceſſarius, quia eſt a ſe, & per oppoſitum illud dicitur contingens, ſimpliciter loquendo, quod eſt ab alio, & poteſt eſſe, uel non eſſe. Neceſſarium ſecundum quid eſt, quod non poteſt non eſſe quantū ad eſſe ſecundum quid, ſicut ſunt omnes res mundi, quæ ſunt poſsibiles: habuerunt enim ab æterno eſſe cognitum, & in aliquo priori naturæ ante determinationem diuinæ uoluntatis, & per conſequens neceſſario ſunt in tali eſſe, quia quod præcedit determinationem diuinæ uoluntatis eſt neceſſarium. Nec aliquid dicitur contingens, ut opponitur iſti neceſsitati. Textus eſt hic formalitatū, uideas ſi aliquid declarādum ueniat.

H. De neceſſario incomplexo remanet mihi difficultas, ſi neceſſarium dicitur illud incomplexum uidelicet, quod non poteſt non eſſe, quælibet igitur res mundi

contigens erit, cùm poſsit non eſſe.

S. Duæ ſunt conditiones, ad hoc ut neceſſarium ſit ſimpliciter, & p oppoſitum ĩ cõtigenti. prima quòd nõ ſit ab alio. ſecunda quòd non poſsit non eſſe, & ſic Deus reperitur ſolum neceſſarius eſſe: illud autem contigens dicitur eſſe, quod uidelicet ab alio eſt, & quod poteſt nõ eſſe, & cùm quælibet res mundi ab alio ſit, & poſſet non eſſe, ita dicitur eſſe contingens.

H. Filius ergo, & ſpiritus ſanctus erunt ne contingentes ex eo, quia ab alio ſunt?

S. Nequaquàm, carent enim conditione ſecunda non enim poſſunt non eſſe.

H. Et cùm careãt prima conditione (ſunt enim ab alio) erunt ne ſimpliciter neceſſarij?

S. Et ſi ab alio ſint originatiue, non autem cauſatiue, neque prioritas dicitur eſſe temporis; ſed originis: Quando autem dicimus ab alio eſſe præpedire neceſſitatem iſtam, cauſatiue declaramus intelligendũ eſſe; filius autem, & ſpiritus ſanctus non cauſantur a patre: principiati licet eſſe dicantur, ſiue producti ab eo.

H. Quæ differentia eſt inter philoſophos hac in parte, at que theologos.

S. Philoſophi tenent plura eſſe neceſſe formaliter, licet unum ſit independens, ut intelligentiæ, & orbes, quæ ſunt ſecundum eos, neceſſaria, & non poſſunt nõ eſſe, licet a Deo independente dependeant; ſed ſecundum theologos, cæli, & intelligentiæ poſſunt nõ eſſe, & habent cauſam æternam, atque dependent in genere cauſæ efficientis: alia eſt differentia, quia philoſophi

phi inquiunt, Deum neceſſario conuenire cum ſecundis cauſis in opere ſuo:nos autem dicimus, eum, qui fecit ſecundas cauſas, poſſe ſine eis ad libitum operari. eſt demum differentia,eo quòd poſuerunt philoſophi ens diuidendo neceſſarium aliud eſſe a ſe, & aliud ab alio, ponentes primum motorem, ſiue primam intelligentiam neceſſariam eſſe a ſe: ab alio autem intelligentias cauſas ſecundas, & orbes neceſſaria entia dicentes, quod theologi negant.

H. In æternis non uidetur conſiderandum tempus ex. 12. met. ergo non uidetur eſſe prioritas, & poſterioritas, quæ ſunt differentiæ temporis. ergo prima intelligentia non uidetur poſſe cauſare orbes, ſiue alias intelligentias ſecũdas, quas ſempiternas eſſe fatentur.

S. Huic philoſophi dicerent, duplicem eſſe prioritatem naturæ uidelicet atq; t℘is:primamq;intelligentiã priorem eſſe alijs intelligentijs atque orbibus nõ tẽpore, ſed natura,quã prioritatẽ in æternis nõ denegãt: unde 1.cę.t.co.105:ĩquit philoſophus,qđ ſi Plato ĩtẽdebat quod partes mũdi natura ꝑcedũt mũdũ, ipſe ab eo nõ (diſcrepat.

H. Eſt ne differentia alia inter iſtos?

S. Eſt quidem, dum neceſſarium illud incomplexum æternũ,& ab alio dependens ponunt Piloſophi ſecundas intelligẽtias,atq; orbes: Theologi uero eſſe cognitum creatarum rerum in mente diuina, quod eſſe æternum dicitur,quia ab æterno habuit ſuum eſſe,& neceſſarium dicitur, quia actus immediatus dicitur eſſe intellectus diuini naturaliter operantis, & ſic neceſſario, cùm ante determiationem diuinæ uoluntatis

intellexerit res, ſiue eſſe rerum tale produxerit, & dicitur eſſe ſecundum quid neceſſarium: quia in tale eſſe ideale non habuerunt res aliqnid eſſe eſſentiæ, uel ex natura rei, quod Henrico non conſonat, ſed præciſe cognitum eſſe.

H. Si tale eſſe cognitum dicitur eſſe, quia eſt operante intellectu antequam operetur uoluntas, an poſtquam acceptauerit uoluntas, quia libere agit, mutetur eſſe illud neceſſarium ſecundum quid in poſsibile?

S. Ideo dixi, res omnes alias a Deo contingentes eſſe: quia a diuina uoluntate dependent, quæ cõtingenter, & non neceſſario operatur. quare fateor, illud eſſe ſecundum quid poſsibile factum eſſe: Vnde intellectus diuinus cùm intellexerit rem, intellectio illa neceſſaria dicitur ſecundum quid, ſiue cognitum eſſe; poſsibile autem dicitur quatenus a uoluntate acceptatur, & ea ratione, qua eſſe illud cognitum dependet ab intellectu, æternum, & indelebile dicitur: ea autem parte, qua a uoluntate acceptatum eſt, cenſetur unum contingens, uel poſsibile.

H. Intellectus diuinus multa cognoſcit, quæ forte numquam ponetur in eſſe, cognitum eſſe talium rerum eſſe dicitur neceſſarium ſecundum quid, uel conſequens, ſiue poſsibile?

S. Poſsibile illud dicitur eſſe, cùm uoluntas diuina acceptauerit futuras eſſe res, uel non eſſe; neceſſarium tamen ſecundum quid etiam fuit ante uoluntatis determinationem.

H. Quare non datur neceſſarium ſecundum quid complexum

plexum, ſicut datur in complexum?

S. Quia complexa cùm dependeant a diuina uoluntate & omnia talia dicantur eſſe contingentia, intellectus nō intelligit, illa primo; ſed ſecundo ī loco: ideo illud eſſe neceſſariū cōplexum ſecundum quid non datur, cùm detur neceſsarium ſecundum quid incomplexum intellectus enim diuinus cognoſcit terminos ſimplices; & uoluntas componit iam cognitos terminos, & demum intellectus propoſitiones illas cognoſcit: cognoſcit enim eſſentiam diuinam, commutabilitatem, creaturam, cui communicanda eſſet, cognoſcit medium, per quod uenit communicanda, quæ omnia determinanda, & componēda uoluntati oſtendit. Tunc uoluntas determinat ſe acceptando omnia iſta, & tunc intellectus illa cognoſcit.

H. Si talis eſt ordo, & intellectus diuinus cognouerit Iudam, atque beatitudinem, & uoluntas diuina ordinauerit eum ad illam, cùm intellectus deinde uiderit Iudam nō proſequuturum medium, idque oſtenderit uoluntati diuinæ. quare uoluntas acceptat Iudam creandum, & poſtea periturum?

S. Non acceptat uoluntas diuina acceptione noua Iudam creandum, ſed creat, quia iam acceptauit ad beatitudinem ordinando. ideo ne ſeſe retractat, creat altiſsimus Iudam.

H. De eſſe neceſſario ab alio, quod ponunt philoſophi, remanet mihi ſcrupulus: dixiſti enim natura (prouinciam ſumendo illorum) primam cauſam ſecundas præcedere, atque orbes; naturæ ordo in ipſis talis eſt, quo

quòd actus unius intelligentiæ, actui alterius præponatur dependenti ab ea. & cùm potentia in 1. cæli dicatur nullo modo his in ſempiternis reperiri, cùm potentia reducatur ad actum, & prius natura dicatur eſſe prima cauſa ſecundis his cauſis, quo modo ſtare poterit ueritas?

S. Dicerent philoſophi, prioritatem naturæ duplicem eſſe poſitiue, uel priuatiue, poſitiue concluderet obiectio tua: priuatiue autem nequaquam, cùm tunc cō ſideretur habilitas de ſui natura reducibilis, niſi impediatur, ſed ſemper impedita dicitur. exemplum darent ipſi de materia prima, reſpectu priuationis, & formæ, quæ de ſui natura eſt in priuationem cadere, priuſquā in aliquam formam, manu tamen conditoris præpedita eſt carentia illa materiæ, ſupponente, & ſubminiſtrante formam, ita ut numquam priuata extiterit, ſed ſemper decora, atque formata: ad quam tamen priuationem materia prius natura eſſe cenſetur, natura (inquam) non poſitiue, ſed priuatiue, ita de prima cauſa reſpectu ſecundarum cauſarum dicerent ipſi, primam quidem eſſe primitate naturæ non poſitiue, ſed priuatiue, ut ſit ſenſus. Prima cauſa apta nata eſt eſſe ſine ſecunda; non tamen datum eſt neque dabitur eſſe ſine ſecunda; & hanc potentiam ponerent ipſi in ſempiternis iſtis.

H. Videtur, quòd potentia illa dicatur eſſe poſitiue, & non priuatiue; nam circumſcripto eſſe primæ intelligentiæ, non circunſcribitur eſſe ſecundæ, cùm aliud, & aliud ſit, ergo prioritas illa uidetur eſſe ne dum na

turæ

turæ poſitiue, ſed & temporis.

S. Dicerent ipſi circumſcriptionem illam primæ cauſæ impoſsibilem eſſe, ſed ea data adderent, quòd non remaneret eſſe ſecundæ, cùm effectus dicatur taliter dependens eſſe, ut principio dempto demantur ea, quæ illi ſubijciuntur.

H. Secunda intelligentia neceſſaria, quam ponunt illi, eſt ne tantæ neceſsitatis, cùm ſit ab alio ſicut filius, & ſpiritus ſanctus, qui ab alio ſunt?

S. Nequaquam; ſecunda enim intelligentia, cùm habeat eſſe a prima, deficere poteſt, prima in ſuo eſſe remanente; filius autem, uel ſpiritus ſanctus ſi per impoſsibile deficerent, non poſſent deficere, quin pater ſecum deficeret; tum quia repugnat defectus his perſonis, non autem cauſis his ſecundis: tum demum, quia cùm prima cauſa non ſemper exciterit ſecundæ, cum patre autem ſemper filius fuit, atque ſpiritus eius.

H. Pater dicitur eſſe a ſe, & ex ſe neceſſarius, filius autẽ, & ſpiritus ſanctus non a ſe, bene autem ex ſe neceſſarius: ex hoc uidetur maioritas nonnulla eſſe in patre a perſonis illis, cùm in patre dicatur eſſe cauſa duplex neceſsitatis, in his autem tantum una.

S. Illa eſt uera propoſitio, quòd illud, quod dicitur eſſe a ſe maioritatem aſſequatur nonnullam, ab illo, quod habet eſſe non a ſe, ſed ex ſe quando eſſe huius, atq; illius aliud, & aliud dicitur eſſe: quando autẽ unicum eſſe utriuſque conſideratur, ſicut eſt in propoſito, non licet maioritatem illam inferre,

H. Intellectus diuinus naturali ordine in ſua intellectione

ne procedit;vnde neceſſaria dicitur eſſe intellectio ſua, qua res intelligit, quòd ſi nequeat eſſe ſine ea, & ſit illud eſſe diminutum quid, uidetur eſſe diuinum ab eſſe diminutiſſimo dependere.

S. Aliud ſcias eſſe, unum neceſſarium, ſummumque bonũ, ad ſuum tale eſſe coexigere, uel requirere aliquid; & aliud hoc poſito ſummo bono, & neceſſario, neceſſarium, diminutumque bonum ſequi; eſſe autem illud cognitum non coexigere ad conſtitutionem, ſiue ad eſſe itellectus diuini: Intellectu autem diuino ſua cum maieſtate poſito, neceſſarium iſtud, diminutumque bonum ſequi dicimus.

H. Quare cum aſſignaueris neceſſarium incomplexum duplex, aliud ſimplex, aliud ſecundum quid, quare (inquam) non aſſignaſti duplex contingens incomplexũ. uidelicet, contingens ſimplex, uel ſecundum quid, ut membra correſponderent, incomplexum, ſimplex, neceſſarium?

S. Potuiſſem utique aliud membrum aſſignare, ne vero redirem ad terminum iam dimiſſum entis uidelicet ſecundarum intentionum, quod ens ſecundum quid incomplexum contingens aſſignandum ueniret, uel ad eſſe cognitum rerum nolui vlterius progredi in partes diuidendo rem illam.

H. Contingens uerum (ut diximus) quare uertitur in oppoſitam qualitatem, ut inferre liceat. Sortes contingenter currit. ergo ſortes contingenter non currit?

S. Quia contingens complexum eſt, quod poteſt quandoque uerũ eſſe, quandoque falſum, & quia neceſſe eſt

alia

alia ex parte, quòd impoſſibile eſt aliter ſe habere, cõtingẽtis propoſitio ſibi in oppoſitã uertitur qualitatẽ.

H. Vbi poſuit Ariſt. neceſſarium complexum iſtud?

S. In primo poſt. quando uoluit quod demonſtratio deberet eſſe ex neceſſarijs.

H. Sed ubi neceſſarium incomplexum?

S. In 5. met. t. co. 6. dicens, quare primum, & proprie neceſſarium .i. quod eſt ſimplex, quod exponunt omnes de ſimplici intelligentia, quã neceſſariam, ſimplicemq; fatentur.

H. Contingens complexum, uel incomplexum expreſſit ne Ariſt?

S. Complexum contingens in primo prio. expreſſit, dũ propoſitiones de materia contingenti aſſignauit. contingens uero incomplexum in 3. de anima. t. com. 51. ubi aſſignat obiectum practice bonum non quodcumque, ſed agibile, & contingens, & in 6. Eth. diſtinguendo ratiocinatiuum a ſcientifico penes obiectum necesſarium, & contingens.

H. Diuiſio iſta entis necesſarij, & ſecundum quid eadem uidetur eſse cum illa, quæ eſt entis in potentia ſubiectiua, & obiectiua; æquè enim communia eſse uidentur.

S. Necesſarium ſecundum quid, & ens in potentia obiectiua æque communia ſunt; ens autem in potentia ſubiectiua, & ens ſimpliciter necesſarium, non ſic ſe habent: ens enim in actu, ſiue in potentia ſubiectiua dicitur de omnibus rebus habentibus uerum eſse reale; ens uero ſimplex necesſarium, ut eſt Deus, nequaquam.

S. De prima,ſecundaque multiplici cauſa,de neceſsitate,nec non de conditione utriuſq; diuerſa, & quo modo diuiſio entis in ſimpliciter, & ſecundum quid, cum diuiſione entis in potẽtia ſubiectiua, & obiectiua idem ſit,uel non ſit in præhabita uiſum eſt lectione; in præſenti uero reliquum primi articuli textum paucis ipſe aperiam.

Ens,ulterius, diuiditur in ens indepẽdens, & in ens dependens: ens indeponens eſt Deus, quia a nullo eſt nec in genere cauſæ efficientis,nec materialis,nec formalis,nec finalis,ut in 2.diſt. primi ſent.& 8. eiuſdem ipſe expoſui; ens uero dependens eſt,quod ab alio eſt ĩ aliquo genere cauſæ. cùm igitur omnia alia a Deo ſint in genere cauſæ efficientis, ſequitur, quòd dependeãt.

H. Si omnia dependent(ut tu dicis)cùm dependentia ſit relatio, ſequeretur quòd ſaltem omnia alia a Deo eſſent ad aliquid,quod uidetur inconueniens, & contra philoſophum 4.met.t.com.15.

S. Argumentum tuum concludit, quòd omnia alia ſint ad aliquid denominatiue, quia in omni ente fundatur reſpectus effectiuitatis ſeu dependentiæ,& illud concedo, neque hoc negaret philoſophus; ſed non probat quòd omnia ſunt ad aliquid formaliter, & quidditatiue,ſic uoluit negare phũs,omnia eſse ad aliquid.

H. Iſte reſpectus fundatus in creatura ad Deum, vel eſt res diſtincta a creatura uel non; ſi non; ergo omnia ſunt ad aliquid eſſentialiter, & quidditatiue patet de

ſe

ſe: ſi ſic. ergo creatura, homo, uel angelus poterit eſſe ſine tali reſpectu, & ſic non dependebit ad Deum. Probatur ſecunda conſequentia; quia licet poſterius diſtinctum realiter aliquando eſſe non poſsit ſine ſuo priori; tamen uniuerſaliter prius ſic diſtinctum poteſt eſſe ſine ſuo poſteriori. Tertia conſequentia probatur, quia effectus formalis nõ poteſt eſſe ſine ſua cauſa formali etiam per diuinam potentiam, quia cauſalitas cauſæ materialis, & formalis dicunt imperfectionem. & ſic ſeparata tali dependentia, creatura non eſſet dependens.

S. In prima diſt. 2. dixi, quòd talis dependentia eſt eadem realiter cum creatura, & uniuerſaliter omnis relatio, ſine qua, uel ſine cuius termino fundamentum non poteſt eſſe, talis relatio identificatur realiter cum ſuo fundamento; clarum enim eſt, quòd creatura non poteſt eſſe niſi dependeat, & niſi Deus ſit. ergo creatura eſt realiiter ſua dependentia, & ſimiliter dico de dependentia totius compoſiti eſſentialis ad ſuas partes, & de dependentia, qua relatio dependet a ſuo fundamento. Ex his infero, quòd capiendo hoc modo dependentiam, nulla creatura abſoluta dependet ab alia, cùm etiam in genere cauſæ efficientis creaturam abſolutam poſsit Deus ſe ipſo creare, & conſeruare. Deinde notandum, qnòd ſecundum Bonetum in prædicamentis. Ens diuiditur in unum, & multa & etiam ſecuudum Philoſophum. Vnum (ut in prædicto loco dicit Bonetus) dicitur quinque modis.

Primo

Primo modo dicitur unũ unitate tranſcēdenti, & ſic, omnia, de quibus ens tranſcendenter dicitur uniuoce ſunt unum iſta unitate.

Secundum modo dicitur unũ unitate generica generaliſsima, & ſic omnia unius prædicamenti ſunt unum iſta unitate.

Tertio modo unum unitate ſpeciei ſubalternæ, & ſic omnia dicuntur unum iſta unitate, quæ ſub eadem ſpecie ſubalterna continentur.

Quarto modo, unum unitate ſpeciei ſpecialiſsimæ, & ſic omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ ſunt unum iſta unitate.

Quinto modo, unum dicitur unitate numerali. unde quanto unitas eſt ſuperior, tanto eſt minor. ideo maior unitas per bonam conſequentiam infert minorem, ſed non minor maiorem, licet cum ea remaneat.

Multa uero capitur tot modis, quot vnum, ut clare patet practicāti quia tot modis dicitur unum oppoſitorum, quot modis dicitur reliquum 1. top. co. 12 Et hæc de primo articulo.

H. Ordo entis depēdentiæ huius, uel independentiæ eſt ne unus, uel multiplex, ut membrum unum ſub uno conceptu intelligam eſse contentum, uel ne?

S. Dependentia cùm debeat eſse cum alteritate naturæ, filiusque cùm habeat naturam eandem cum patre, ſic non dependet ab eo.

H. Quod eſt aliud membrum huic addendum?

S. Indepēdēs ſecundū quid declarandū propoſui, illud aūt dico eſse, quod nō dependet ab alio in aliquo gene-

ne-

nere cauſæ determinatæ, ſicut ſunt angeli, & animæ rationales, quæ non dependent a cauſa materiali, cùm careant illa.

H. Poſuitne Ariſt. iſtam entis diuiſionem?

S. Ex 12. met. t. co. 28. ipſius doctrinæ deſumpſit entis dependentiam, cùm ipſe ait, cælum namque dependere, & cùm addidit, ex primo, uel ex principio, entis independentiam aſsignauit; ab ipſo enim principio creaturæ omnes oriuntur, ſicut ab unitate numeri, & ſicut numeri reſoluuntur in unum; ita creaturæ omnes Deum tamquam finem reſpiciunt.

H. Relatio, cùm ſit dependentia illa, ut dictum eſt, quid nam in eo ponat, quiduè reſpectu Dei ſonet, ſcire peropto.

S. In 30. & in 43. primi quid hac in re depoſuerim, uidere poteris: dixi enim notandum eſſe abſolutum patris in cauſa, ſecundo in effectu. tertio reſpectus realis in effectu effectiuitatis uidelicet, uel creationis. quarto reſpectus in Deo, qui dicitur eſſe, uel relationis, uel nullus.

H. Oſtendiſti dependentiam creaturæ ad Deum realem eſſe creaturæ ipſi, idque eo fundamento probaſti. omnis relatio eſt eadem fundamento, ſine cuius termino, fundamentum non poteſt eſſe, & ſic non tantum dependentia eſt eadem cum re dependente, ſed etiam omnis alia relatio, ſine cuius termino relationis, fundamentum talis relationis eſſe non poteſt. inſtantiam regula iſta patitur, de reſpectu aptitudinali, quia fundamentum .ſ. homo,

eſt idem realiter cum iſto reſpectu aptitudinali, ideſt cum riſiblitate, ſiue ad ridendum,& tamen poteſt ſtare homo ſine termino, riſu uidelicet, uel ridere.

S. Dico quòd homo non poteſt ſtare ſine termino, qđ eſt ridere in aptitudine; terminus enim per ſe primus riſibilitatis non eſt ridere in actu,ſed ridere in aptitudine.vnde omnis relatio habet neceſſario duas habitudines,unā includit in primo modo,& eſt illa, quæ eſt ad terminum ad quem; alia realiter, & eſt illa, quæ habet ad fundamentum.In propoſito riſibilitas includit habitudinem ad terminum neceſſario, qui terminus primus non eſt in actu,ſed in aptitudine,& poteſt intelligi ſine implicatione contradictionis iſta habitudo ad terminum aptitudinalem ſine termino actuali. ergo ille eſt primus erminus .ſ.aptitudinalis, non autem ridere eſt terminus riſibilitatis.

H. Occurrunt mihi inſtantiæ in iſta prima parte de vnione humanitatis ad Verbum: Vnio eſt relatio, uel eadem realiter cum humanitate, uel diſtincta: ſi eadem realiter, ergo humanitas non poteſt eſſe ſine uerbo, quod eſt falſum;Contingenter enim eſt ei unita,quòd ſi diſtincta eſſe dicatur. inſtandū eſt, quoniam oīs illa relatio eſt eadem fundamento,quando fundamentum ſine termino eſſe nequit, modo humanitas non poteſt eſſe ſine uerbo:ſecunda uero inſtantia datur de uoluntate,& uolitione: dicis enim in 3. diſt. 1.q.7. Voluntas in ſeipſa producit uolitionem ęquiuoce, ita intellectus æquiuocè intellectionem producit.iſta uolitio, uel intellectio eſt relatio, qua uoluntas uult, uel inte-

tellectus intelligit. Ergo uoluntas, per iſtam regulam, non poteſt eſſe ſine uolitione, idque ſic probatur. omnis relatio eſt eadem fundamento, ſine cuius termino fundamentum nõ poteſt eſſe; uoluntas eſt fundamentum, & ipſamet terminus eſt uolitionis ſuæ. ergo uoluntas non poteſt eſſe ſine uolutione. unde ſequitur, quòd iſta relatio ſit eadem realiter uoluntati, & quòd uoluntas neceſſario ſit cum uolitione, & quòd neceſſario uelit.

S. Ad has duas obiectiones ſolutio datur, quòd omnis relatio eſt eadem fundamento, quando fundamentum non poteſt eſſe ſine termino inquantum terminus eſt, humanitas autem abſolute poteſt eſſe ſine uerbo, & termino, & ſine iſta vnione, ſed non poteſt eſſe ſine termino unionis, & uerbum eſt terminus unionis. ſimiliter dicendum eſt de uoluntate: Volũtas enim abſolute poteſt eſſe ſine uolitione, ſed uoluntas inquantum eſt fundamentum, & terminus uolitionis, eſſe nequit ſine uolitione. idque de intellectu, & ſua intellectione eſt dicendum.

H. Si uoluntas uult ſeipſam, & intellectus ſeipſum intelligit, ergo idem eſt in actu, & in potentia contra Ariſt. oppoſita enim tunc eſſent in eodem. ſequeretur inſuper, quòd intellectus diſtingueretur a ſe ipſo: nam mouens, & motum relatiua realia ſunt, quæ extrema realiter diſtincta ſupponunt ex tua doctrina in tertia dis. .i. q. 7. Tu enim laudas Magiſtrum contra Ioachim, qui ait, quòd eſſentia diuina ſimul nec generat, nec generatur, & quòd

illa in ſe nequit recipere hæc duo relatiua; quia cùm ſint realia, & fundamenta realiter diſtincta ſupponunt, eſſentia referibilis eſſet ad ſe, & a ſe pariter eſſet diſtincta.

S. Non eſt inconueniens, quòd idem ſit in actu, & in potentia reſpectu diuerſorum, neque oppoſita eſſent ex conſequenti in eodem; quia poteſt idem eſſe in actu virtuali, & in potentia formali, neque hæc diſſonat Ariſt. cùm autem dicis relatiua realia, fundamenta realiter diſtincta ſupponere, hoc dico falſum eſse; aliqua enim ſunt ſicut relationes originis, ut paternitas in diuinis, quæ realia ſunt, & tamen non præſupponunt extrema realiter diſtincta, quia paternitas facit patrem a filio eſse diſtinctum quatenus extremum, ſiue terminus eſt. non ergo ſupponit; ſed infert unum eſse diſtinctum ab alio.

Secundo. dico quòd iſta propoſitio. Relatio realis debet eſse inter extrema realiter diſtincta, uera eſt de relatiuis primi, atque ſecundi modi, non autem de relatiuis tertij modi, ſicut eſt intelligens, & intellectum, uolens, & uolitum; iſta enim relatiua non ſunt inter extrema realiter diſtincta, ideo uoluntas poteſt uelle ſe ipſam, & intellectus ſe ipſum intelligere, & non eſt diſtinctus a ſe.

Tertio modo hoc pacto reſpondetur, quòd relatiua realia, ſiue relatio realis debet eſſe inter extrema realiter diſtincta, vel quòd extrema ſi non ſunt realiter diſtincta, debent exigere unum realiter diſtinctum ab eis; modo iſta relatiua realia mouens, & motum, uel in-

intelligens, & intellectum; licet non ſint extrema realiter diſtincta, exigunt tamen unum realiter diſtinctũ ab eis, ideſt voluntas, ut eſt uolens, & uolita, quæ sũt extrema realia uolitionem exigunt, quę eſt realiter diſtincta a voluntate, & uoluntate hoc pacto conſiderata, quæ duo extrema dicuntur relationis.

H. Dicis, quòd capiendo hoc modo dependentiam, nulla creatura dependet ab alia. cùm in genere cauſæ efficientis creaturam abſolutam poſsit Deus ſe ipſo creare, & conſeruare; abſolutam puto te intelligere illam, quia Deus non poteſt facere reſpectum ſine extremis, ſed contrarium mihi uidetur: extrema enim ſunt cauſæ efficientes reſpectus, & Deus poteſt ſupplere uicem cauſæ efficientis. ergo poteſt facere reſpectum ſine extremis.

S. Deus poteſt facere reſpectum ſine extremis, quatenus extrema ſunt cauſa illius, non autem quatenus unum extremum fundamentum eſt, & aliud terminus, uel ſaltem, ut unum extremum terminus eſt, & quia habitudo ad terminum conuenit reſpectui in primo modo dicendi per ſe, Deus ſupplere illud non poteſt. Quare relinquitur Deum non poſſe relationẽ ſine extremis efficere.

H. Ens independens eſt Deus, quia a nullo eſt, nec in aliquo genere cauſæ dependet ab alio, an pro eodem hoc in loco cauſa conſideretur, atque principium?

S. Nequaquam; Dei enim filius, atque ſpiritus ſanctus à principio ſunt paterno originatiuo harum duarum perſonarum, nequaquam autem a cauſa eſſe dicun-

tur: docui enim in 2. diſt. 1. nomen principij transferri ad diuina, quia perfectionem ſignificat, nõ autem nomen cauſæ, quia imperfectionem in ſuo correlatiuo ſignificat. ſ. in cauſato. itaque non conuertitur cauſa cum principio apud nos, licet Ariſt. in 4. met. t. com. 1. aliter ſentiat, cùm diuinas emanationes non intellexerit.

H. Dixiſti, omnia ad aliquid denominatiue eſſe, non ne eo modo, quo dependentia identificatur fundamento, uel rei dependenti, illud eſt relatiuum, & ad aliquid, ſi realiter, realiter; ſi formaliter, formaliter, ideo non ne reſpondere potuiſſet T. R. cõcedendo, omnia eſſe ad aliquid realiter. ideſt dependentiam ad Deum eſſe unam rem cum re dependente, ſed non formaliter, id eſt nõ oĩa ſunt ad aliquid quidditatiue; ſed quare nõ omnia dicit: nõ ne quia aliqua, ut paternitas, & filatio quidditatiue includunt relationem, non autem omnia ſic ſunt, ſed bene omnia ſunt ad aliquid realiter, ideſt ſunt idem cum dependentia, qua a Deo dependent?

S. Gaudeo te rei ueritatẽ intellexiſſe: ſed ſequere proponendo ſiquid intactum ſit.

H. Quæcumque ſunt diuerſorum gnerum, & eſſentialiter diſtincta, nonne abinuicem ſeparari poſſunt. Cùm igitur fundamentum ſit abſolutum, & relatio ſit eſſentialiter diſtincta ab abſoluto, & alterius generis, nonne Deus unum ab alio ſeparare ualebit?

S. Ioãnes canonicus, qui tenet, Deũ poſſe ſeparare talẽ relationem habet argumentum tuum in q. 4. 1. phy.

Nos

H. Nos ergo quid diceremus illi?

S. Deum poſſe ſeparare illa ab inuicem, quando ambo abſoluta eſſent, modo hic unum dependet ab alio, quæ eſt relatio; ideo ſeperari nequit.

H. Non ne ipſe reſpondere poſſet, quòd Deus ſupplere poſſet uicem huius termini abſoluti; & ſic ſequeretur, quòd non neceſſario relatio dependeret ab abſoluto ſed ab illo ſeparari poſſet?

S. Poteris tu tenere Deum poſſe ſeparare ſem relationem ab abſoluto de potentia ſua abſoluta, quæ ordinem rerum aliquem non conſiderat, ſicut nec legem, nec promiſſa aliqua: de potentia autem ordinaria, quæ ſeruat ordinem rebus inditum, Deum non poſſe tenemus?

H. Nulla creatura abſoluta per te dependet ab alia, numquid in quocumque genere cauſarum id uenit intelligendum?

S. Nequaquam, ſed de cauſis extrinſecis tantum, quia Deus vicem illarum ſupplere poteſt: de intrinſecis uerò materia, & forma, creaturam a creatura dependere nos cernimus, cùm a materia, & forma omnium compoſitorum dependeat eſſe.

H. Vnum dicitur quinque modis. numquid igitur quinque erunt conſiderandæ unitates reales?

S. Nequaquam; ponitur enim ibi vnitas tranſcendens quæ non eſt realis, ſed rationis. quinque igitur ſunt ſed non reales omnes; ſicut igitur duplex eſt ens, reale uidelicet, & rationis: ita duplex dicitur eſſe unitas, realis uidelicet, & rationis.

H. Ergo unitas numeralis alia eſt ab unitate naturæ, ſiue ſpeciei ſpecialiſsimæ, & ſic ſuperiorum aliorum?

S. Eſt quidem alia, quadruplicem enim dixi realem eſſe aſsignandam unitatem indiuidui uidelicet ſpeciei ſpecialiſsimæ, ſpeciei ſubalternæ, & generis.

H. Ergo poterit definiri alia deffinitione a deffinitione ſpeciei ipſius indiuiduum; & ſic Sortes per umanitatem, & differentiam ſuam indiuidualem definiri poterit ſicut homo per animal, & rationale.

S. Non poteſt definiri alia deffinitione a deffinitione ſpeciei ipſius, cùm non habeat quidditatem communicabilem, ſicut ſpecies.

H. Rationis eſt ne tantummodo unica unitas?

S. Nequaquam, duplex enim eſt. quædam eſt per actum collatiuum, & iſta eſt unitas indiuidui, ſpeciei ſpecialiſsimæ, ſubalternæ, generis generaliſsimi, atque tranſcendentis, accipiendo iſta logicaliter, & ſecunde intentionaliter conſiderando, & ſic erunt quinque unitates ſecũdarum intentionum: alia uero eſt unitas; rationis per opus abſtractiuum intellectus, & iſta eſt unitas entis: ens enim non importat aliquam realitatem communem realem per in exiſtentiam, ſicut eſſentia diuina, uel per differentiam Dei, & creaturæ, ut ſpecies indiuiduis ſuis, ſed tantum per intellectum, & ſic uniuocatio entis fit per actum abſtractiuum intellectus confuſe quodã modo concipientis, ut diximus.

H. Non ne in quocunque prædicato per ſe, ut eſt ens, ſubſtãtia, & ſimilia, reperitur per ſe unitas ĩdiuidualis?

S. Nimirum; de quocunque enim dicere licet hoc ens hæc

hæc ſubſtantia, hoc animal, & hic homo, ut docui in 8.dis. primi.

H. Harum unitatum fundamentum, ſubiectumque radicale quid erit?

S. Conuenientia: unde illa ſunt unum numero, quæ conueniunt in materia totius, & ſic Sortes cum ſua differentia indiuiduali unum numero eſſe dicitur.

H. Maior unitas quòd inferat minorem ſuperius dictum eſt, ſed quo modo?

S. Maior unitas infert minorem, quia Sortes unum numero infert quòd ſit unum ſpecie, genere, & ſic ſuperiora infert.

H. In ide-ntitate eſt ne proceſſus idem?

S. Identitas rationis infert identitatem ex natura rei, & ſic alias, ut uidere poterimus: hoc tamen unum conſiderandum uenit, quòd diſtinctio modo contrario incedit: diſtinctio enim minor erit, cuius unitas maior erit, idque patet exemplo. Sortes enim ſi cum modo ſuo intrinſeco unum numero ſit, iſta ſunt unum maxima unitate, & ſunt diſtincta minori diſtinctione. Vnde ſequitur e conuerſo, quòd ubi eſt minima unitas ſicuti eſt unitas proportionis, illa, quæ ſic ſunt unũ, ſunt diſtincta maxima diſtinctione, uti prima eſt, atq; ſecunda intentio.

H. Vnitas maior ſi minorem inferat, eſt ne idem ſentiẽdum de identitate, quòd una aliam inferat?

S. Diuerſa cùm habeant fundamenta, diuerſo modo conſideranda ſunt: unitas enim fundatur ſuper conuenientiam, identitas uero ſuper excluſionem contradictoriorum

ctoriorum, quia illa ſunt unum ſpecie, quæ conueniunt in una definitione, & illa ſunt idem formaliter, de quibus non uerificantur duo contradictoria ſecluſo opere collatiuo intellectus. quare tenere ipſe poteris cum alijs multis, quòd identitas maior alias inferat omnes in bona conſequentia.

H. Ens, & unum conuertuntur. ergo quot modis dicitur ens, tot modis dicitur unum?

S. Nimirum. Quare cùm ens dicatur uno modo trãſcẽdenter. Secundo modo ſecundum genus generaliſsimum. Tertio modo ſecundũ genus ſubalternum. Quarto modo ſecundum ſpeciem ſpecialiſsimam. & Quinto modo ſecundum eſſe indiuiduale tot modis unum dicendum uenit. ideo quinque poſui unitates. Vnde quot ſunt rationes formales conceptibiles ex natura rei in aliquo uno, tot unitates in illo reperiũtur. Cùm ergo ratio formalis conceptibilis de uno eſſe dicatur entitas, ſubſtantia, animal, ſiue corpus animatum, homo, & Sortes, ſiue hic homo, tot in homine unitates eſſe dicuntur ex natura rei, & dicuntur ex natura rei, & diſtinctæ ab inuicem intelligibiles, quia ex natura ſua quælibet intelligibilis eſt. ideoque intellectus, quia intelligibilis eſt, illam intelligit, non quia intellectus intelligit, intelligibilis eſſe dicitur.

H. Vnũ, & multa quomodo oppoſita eſſe dicũtur ex. 10 met. nã ex iã dictis ſentẽtiæ. T.R. illi opponi videtur.

S. Vnum, & multa oppoſita ſunt, quando reſpectu eiuſdem conſiderantur, alias nulla oppoſitio erit, id autem exemplo fit notum; ſi enim aliquid eſt unum numero,

ut

ut Sortes cum modo ſuo intrinſeco, impoſsibile eſt, quòd plura eſſe dicantur; ubi autem unum pro unitate numerali accipitur, pluralitatem non dicimus numeralem iam dictæ unitati compaſsibilem eſſe: ubi autem conſideratur generica, uel ſpecifica, & ſimilia, hāc illi compoſsibilem dicimus, ſecumque illam ſtare fatemur; licet etiā pluralitas numeralis, ſeu multitudo ſit diſparata reſpectu unitatis ſpecificæ, aut genericæ, non tamen opponitur ei, & quamdiu aliqua multitudo non opponitur unitati illam non deſtruit, ſed dicitur ei compoſsibilis. vnitati ergo indiuiduali multitudo indiuidualis opponitur, ſiue multitudo indiuiduorum, & unitati ſpecificæ multitudo ſpecierum, & ſic de ſingulis, & ſequitur, quòd cum unitate tranſcendenti multitudo generum ſtare poſsit, & unitati genericæ ſpecierum multitudo cohæreat, & tandem indiuidua multa ī unitate ſpecifica dicimus cōuenire.

H. Ab Ariſt. trahitur ne hæc diuiſio entis in unum, & multa?

S. Ex 5. met. trahitur t.cō. 12. ubi habetur, quòd unum & multa ſunt entia, ſiue entis.

H. An alias unitates a iam dictis poſuerit Ariſt.

S. Tranſcendentem unitatem poſuit. 5. met. ubi ſupra, dicens aliqua eſſe unum proportione, & dicit, ea, quæ ſunt genere unum (ut ſecundam inferat unitatem) unum eſſe proportione; Non autem ea omnia, quæ proportione unum eſſe dicuntur, ſunt unum genere, quia iſta, ut puta unius generis, modum uniformem, eundemque prædicationis in ſe retinent; illa autem nequaquam.

quaquam. & in 5.met. alias poſuit unitates. numeralem, cum dicit. Numero quidem, quorum materia eſt una: ſpecie quorum ratio eſt una: genere quorum eadem eſt figura prædicamenti: ſpeciei ſubalternæ, cùm dixit, illa unum eſſe ſpecie uidelicet quorum ratio ideſt definitio una eſt; quę definitio, cùm primo, & perſe competat ſpeciei ſpecialiſsimæ; per ſe, licet non primo, ſubalternæ etiam competit ſpeciei.

LECTIO XVIII.

S. ENtis diuiſione multiplici in primo articulo iam expleta: identitas, atque diſtinctio multiplex in ſecundo hoc articulo declaranda, nobisque aperienda relinquitur, cuius principalis articuli partiales ſunt ſeptem.

Primus. Identitas, atque diſtinctio rationis

Secundus. Identitas, atque diſtinctio ex natura rei

Tertius. Identitas, atque diſtinctio formalis.

Quartus. Identitas, atquę diſtinctio realis

Quintus. Identitas, atque diſtinctio eſſentialis

Sextus. Identitas, atque diſtinctio ſubiectiua

Septimus. Identitas, atque diſtinctio obiectiua.

H. A primo ergo articulo incipiẽdo: quid ratio ſonat?

S. Notandum eſt, quòd ratio pro intellectu accepta, ſiue pro actu ipſius ĩtellectus dicitur eſſe duplex .ſ. agens; cuius eſt omnia facere, & poſsibilis, cuius eſt omnia fieri, ut habetur ab Ariſt. 3. de anima t. com. 18. & iſti duo intellectus, uel actus ſunt duæ formali

tates

tates in anima, quæ ex natura rei diſtinguntur.

H. Quo modo, ſiue quibus nominibus intellectus dicitur agens?

S. Duobus, actiuus, & productiuus.

H. Vnde moueris, his nominibus uocare intellectum agentem?

S. Actiuum uoco dum reſpicit paſsiuum intellectum ſibi correſpondere; productiuum uero eũdem intellectum appello a ſpecie intelligibili, uel notitia, quam parit ipſe.

H. Intellectus ergo poſsibilis nonne, & diuerſis nominibus nominabitur?

S. His nominibus ſcias nominandum eſſe intellectum poſsibilem, paſsiuo uidelicet, quia actiuum intellectũ reſpicit: receptiuo, eo quòd ſpeciem intelligibilem ab intellectu actiuo recipiat: & demum operatiuo nõ mine eum uocabis, propterea quòd formaliter intelligit, componit, diuidit, & diſcurrit. Harum autem trium rationum in intellectu poſsibili exiſtentium, duas primas non ponimus in intellectu diuino, cùm imperfectionem ſonent, nec actiua ratio intellectus agẽtis ibidem ponitur eadem de cauſa: operatiua autem, & productiua, cùm perfectionem dicat, in intellectu diuino conſideratur.

H. Per nomen quid nam ſonet intellectus audiui, quæ ſunt intellectus iſtius proprietates?

S. Ariſt. in 3. de anima t. com. 18. aſsignat intellectũ agentem eſſe omnia facere?

H. Declara quid nam hæc proprietas ſibi uelit.

S. Duobus modis id intelligere poteris; primo facere potentia intelligibilia, actu intelligibilia. ſecundo facere potentia intellecta, actu intellecta. primum quia illud eſſe, quod habetur in phantaſmate repreſentatũ, improportionatum mouens non depuratum, materiale, & craſſum dicitur, adhuc obiectum cuius phantaſma tale eſſe dicitur in potentia, obiectumque intelligibile; quam potentiam intellectus agens deducit ad actum depurando phantasma: obiectum autem repreſentatum per ſpeciem intelligibilem dicitur eſſe actu intelligibile: ſed potentia ea dicuntur eſſe intellecta, quæ in ſpecie non confuſa relucent, actu tamen iſta obiecta intellecta efficiuntur, dum ad illa intellectus animaduertit; & id eſt officium intellectus transferendi obiectum de ordine in ordinem. de ordine videlicet materialium, & corporalium ad ordinem ſpiritualium, & immaterialium.

H. Intellexi, quo modo intellectus agentis ſit de ordine in ordinem transferre obiecta: ſed intactum hactenus eſt, quo modo ſit omnia facere, uel transferre.

S. Intellectus agentis eſſe omnia facere poteſt intelligi, uel quantum ad operationem primam, quæ eſt facere potentia intelligibilia, actu intelligibilia, uel quantum ad ſecundam, quæ eſt facere potentia intellecta actu intellecta. ſi primo modo, ſenſus eſt, quòd de quocumque intelligibili poſſet abſtrahere ſpeciem intelligibilem formaliter ipſum repreſentãtem, quòd falſum eſt: a relationibus enim, atque reſpectibus non poteſt intellectus abſtrahere ſpeciem: ſed tantum mo-

do

do abſolutorum eſt talis ſpecies abſtrahibilis, quòd ſi intelligeretur intellectum agentem poſſe iam dictã ſpeciem nõ formaliter tantum repreſentantem abſtrahere, ſed formaliter, uel uirtualiter repreſentantem, uerum tunc erit dictum; quoniam intellectus agentis erit oĩa facere; quia de quacumq; re abſoluta ſpeciem ualebit abſtrahere, formaliter repreſentatem ſpeciem rem ſuam propriam, & virtualiter reſpectum, atque relationem.

H. Habet ne undique veritatem, intellectum poſſe de quacumque re abſoluta ſpeciem abſtrahere?

S. Non videtur undique uerum apud Theologos, quoniam a ſubſtantijs ſeparatis, ab anima, & a Deó abſolutiſsimis rebus nequit intellectus dictam ſpeciem abſtrahere. Dicendum igitur erit, ſpeciem intelligibilẽ eſſe duplicem, aliam rei vnitam, & ex proprijs habitam: aliam uero ſeparatam, & ex communibus ſumptam. ſicque concluditur de relationibus, atque reſpectibus de angelis, de anima, atque Deo intellectũ non poſſe ex proprijs, illisque vnitam ſpeciem abſtrahere intelligibilem: ex communibus autem, & ſeparatis a re tamquam ab effectibus ſpeciem abſtrahere poterit, qua animam intelligere queat angelum, atq; Deum. effectus enim omnium ſenſuum corporis noſtri innuunt animæ notitiam, Angelorum effectus plurimi ſunt, & creaturæ nos omnes inuiſibilia Dei manifeſtamus, ut Paulus Romanos docuit.

H. De agente intellectu ſatis eſt dictũ, quo modo omnia facere ſit. declarandum igitur expecto de poſsibili in

li intellectu, quo nam pacto dicatur omnia fieri.

S. Intellectum poſsibilem omnia fieri, ideſt de quocumque intelligibili ex ſua natura, actum aliquem, & nõ omnem actum, & modo aliquo, & non quocumque modo intelligendi poſſe accipere. dico (inquam) nõ omnem actum, ſed aliquem circa quodcumque obiectum, quia eſſet comprehendere rem, atque Deum. & dico, non quodcumque modo quia res ſpiritales, Deum, & relationes clare cognoſcere nequit.

H. Duas dixiſti formalitates eſſe, agentem, atque poſſibilem intellectum, quonam pacto id ſit intelligendum tua. R. declaret, unica enim dicitur eſſe res.

S. Duobus modis intellectus agens conſiderari poteſt uno modo in ordine ad ſpeciem, quam a rebus abſtrahit, & quia intellectus poſsibilis circa ſpeciem illam operatur, & diuerſimode ab intellectu agẽte, duæ hoc pacto dicuntur formalitates, quaſi duplici modo, & uia tendentes in ſpeciem illam. quòd ſi intellectus reſpectu notitiæ, quam ipſa potentia cauſat, conſideretur, & intellectus poſsibilis cùm ad illam ſecum ueniat ſine differentia ulla non dicuntur eſſe duæ formalitates, ſed una tantum. Iterum alia uia id declaratur, quòd potentia iſta conſiderari poteſt duobus modis, pro reſpectu uidelicet fundamenti, uel pro fundamento reſpectus, quòd ſi pro reſpectu fundamenti conſideretur, & ille duplex eſſe dicatur, actiuus uidelicet, atque paſsiuus, duas dico eſſe realitates, quòd ſi pro reſpectus, ſiue reſpectuum fundamento conſideretur, & illud unicum ſit, unica erit potentia, uirtus,

virtus, atque formalitas.

H. Duas formalitates, duoſque intellectus aſsignas, dicas quæſo conditiones utriuſque intellectus iſtius, & quo modo cohæreant inſimul.

S. Nota igitur, conditio prima intellectus agentis eſt, quòd ſemper actiuus eſſe dicatur. ſecunda conditio eiuſdem intellectus nobilitatis dicitur, qua intellectu poſsibili eſt nobilior: agens enim inquantum agens præſtantius paſſo eſt, & producit notitiam in alio, & non in ſe. Tertia conditio intellectus agentis eſt trãſferre de ordine in ordinem, ideſt facere de materialibus immaterialia, ut dictum eſt. Quarta facit uniuerſalitatem in rebus, ideſt producit ſpeciem, in qua relucet obiectum abſtractum ab hinc, & nunc. Quinta conditio eſt, quòd in actione, qua intellectus agens abſtrahit, & cauſat uniuerſale, concurrit merè naturaliter, & agit ſine cognitione rei particularis. Vnde Themiſtius 3. de anima. & Com. in eodem libro. cõ. 19. ait, intellectus agens non cognoſcit aliquid eorum, quæ ſunt hic. Vnde ſicut ignis comburit ſine cognitione, ita dicendum eſt de intellectu agente, quantum ad iſtam abſtrahendi operationem.

Conditiones autem intellectus poſsibilis hæ ſunt. Prima intellectus poſsibilis eſt actiuus, & paſsiuus; actiuus quatenus cauſat intellectionem: paſsiuus verò eam recipiendo. Secunda per intellectum poſsibilem, nos iudicamus. Tertia intellectus poſsibilis eſt abſolute præſtantior agente, quia producit notitiam in ſe. Quarta conditio, intellectus poſsibilis primò recipit

ſpeciem productam ab intellectu agente. Secũdo producit actum intelligendi. Tertio recipit actum intelligendi. & quarto eſt operatiuus: operatur enim per illum actum attingendo obiectum.

H. Quare poſuit Ariſt. uosque peritiſsimi viri duplicẽ iſtum eſſe intellectum, cùm res una dicatur?

S. Ariſt. 3. de anima t.co. 17.& 18. rationem aſsignat dicens, quòd cùm in omni natura ſit unũ, quod eſt oĩa fieri, neceſſe eſt eſſe alterum, quod eſt omnia facere; & cùm anima illud unum eſſe dicatur, & ſic intellectus in ea poſsibilis. ergo in ea agens intellectus uenit conſiderandus. Secunda ratio, ea eſt, quòd obiecta materialia cùm ſint potentia intellecta nõ poſſunt mouere intellectum poſsibilem, qui non eſt corpus, nec uirtus in corpore; niſi fiant actu intellecta. ideo neceſſarium fuit ponere hunc intellectum agentem, qui faceret de potẽtia intellectis actu intellecta: obiectum enim relucens in phantaſmate dicitur potentia intellectum, non paſsiua, ſed actiua, quia nõ poteſt de ſe mouere intellectum. Vnde Com. 3. de anima. Intentiones imaginatæ (inquit) nõ poſsunt mouere intellectum, niſi fuerint actu intellectæ.

H. Dixit. S.℞. has duas formalitates realiter ĩter ſe idẽ eſſe, & cum anima; formaliter autem ſecari abinuicẽ Thomas in 1. par. sũmæ q. 77. aſſerit has realiter eſſe diſtinctas inter ſe, & ab aĩa. ratio ſua hæc eſt. actus, & potẽtia ſunt eiuſdẽ generis, ſed intelligere, & velle sũt in prædicamẽto qualitatis: cũ aũt aĩa dicatur eſſe ſubſtantia, & illa accidentia duo, conſequens eſt, quòd

vnum ab altero, & ambo ab anima diſtinguantur.

S. Aug. 14. de Trin. cap. 16. de imagine loquens hac ĩ re mecum uenit. Thomæ autem reſponſio talis eſt. Potentia, & actus ſunt eiuſdem generis, uerum eſt de potentia obiectiua, non autem ſubiectiua, & non ſolum eiuſdem generis, ſed ſpeciei, & indiuidui. Sortes enim in potentia obiectiua eſt idem numero cum Sorte exiſtente, & actuali. ſed potentiæ animæ non ſunt idem obiectiue, ſed ſubiectiue.

H. Herueus natalis quol. 1. q. 9. probat alia uia has diſtinctas eſſe potentias ab aĩa, & inter ſe realiter. ratio ſua eſt hæc. nullũ ſimplex creatũ poteſt eſſe immediatũ, & totale principiũ diuerſarũ operationũ, ut patet in materia prima, quæ eſt ſimplex, & una, & nõ poteſt eſſe sm̃ ſe principium receptiuũ diuerſarum formarũ alterius rationis, niſi mediantibus diſpoſitionibus determinantibus ipſam ad diuerſas formas, aliter quodlibet fieret ex quolibet, cuius oppoſitũ ſentit Ariſt. 1. phy. t. cõ. 37. & multo id minus in potentijs erit actiuis. ergo una eſſentia ſimplex nõ poteſt eſſe principiũ immediatum diuerſarũ operationum, cuiuſmodi ſunt intelligere, & velle animæ. Ergo erit per potentias realiter diſtinctas ab anima, ut puta per intellectum, & voluntatem. ergo intellectus, & uoluntas diſtinguntur, & inter ſe, & ab anima realiter.

S. Ad Herueum dico, maiorem ſuam falſam eſſe ſcilicet idem ſimplex non poſſe eſſe principium immediatum diuerſarum operationum; Tũc em̃ ſubſtantia aĩæ non poſſet eſſe receptiũa immediate trium potẽtiarũ;

quòd ſi diceret uerum eſſe æque primo non poſſe, ſed quodam ordine bene poſſe, & quòd una recipiatur mediante alia, uel prius naturaliter, hoc non ualere dicimus; quia una forma in corporalibus non eſt principium recipiendi aliam, ut unitas non eſt principium recipiendi calorem, etiam ſi prius acquiratur, & quod dicit de materia, quòd diuerſas formas non recipit, niſi diuerſimode determinata, hoc poſito habetur propoſitum, quia ſaltem immediate recipit iſta abſoluta, & quod dicit, quòd mediantibus illis recipit, falſum eſt; quia quod eſt per ſe receptiuum, uel eſt per ſe ratio recipiendi formam ſubſtantialem eſt ſubſtantia compoſiti; igitur illud abſolutum, quod determinat materiã, uel eſt forma ſubſtantialis, & tunc plures formæ ſubſtantiales in eodem compoſito forent, quod ipſe negat; uel ſi eſt ſimpliciter accidens, hoc eſt impoſſibile, quia tunc de ratione compoſiti, quod eſt in genere ſubſtantiæ eſſet accidens.

H. Ægidius nititur probare diſtinctionem iam dictam alia uia, dicens. accidens uariabile non in eſt ſubſtantiæ niſi mediante accidente inuariabili; intelligere, & uelle ſunt accidentia uariabilia. ergo non poſſunt eſſe animæ niſi mediãte accidente inuariabili, & ſic potẽtiæ animæ accidentia ſunt inuariabilia: ergo diſtinguntur realiter ab anima (quæ dicitur eſſe ſubſtantia) & inter ſe, cùm unum aliud non ſit, ſed ab eo diſtinctum.

S. Huic reſpondeo, quòd maior eſt falſa, nullum accidens fluxibile ineſt ſubſtantiæ niſi mediante accidente permanente; calefactio poteſt eſſe in aqua, non mediante

diante aliquo accidente in ſubiecto; quia planum eſt, quòd non mediante humiditate, ac frigiditate, quòd ſi dixerit mediante quantitate. inſtatur de generatione, & corruptione, ſaltem dicere oportet, quòd ſit immediate in materia, quia in iſtis fit reſolutio uſque ad materiam primam, & licet hoc uerum ſit de aliquibus, ſicut de motu locali in corporalibus, qui mediante quãtitate ineſt; tamen non eſt vniuerſaliter uera. vnde fallacia eſt conſequentis a particularibus, ſiue ab aliquibus differre; ergo in omnibus.

H. Quid ad Simpliciũ, q̄ ait ſuper prędicamẽta ĩ cap. de quali, potẽtias naturales eſſe ĩ ſecũda ſpetie qualitatis?

S. Ad Simplicium dico, quòd potentia naturalis abſolute nõ eſt in ſecunda ſpecie qualitatis, ſed facilitas animæ ad utendũ illa potentia, ſicut potentia prædicandi nõ eſt in ſecũda ſpecie qualitatis, ſed facilitas prædicandi. Vnde huiuſmodi agilitas dr̃ hic potentia naturalis.

H. Commentatori in primo de anima ſatisfaciendum remanet dicenti animam diuidi in has potentias, ſicut pomum in colorem, odorem, & ſaporem, quæ cùm accidentia ſint, relinquitur, quòd inter ſe ſint realiter diſtincta, & a pomo, cùm ſubſtantia ſit.

S. Fit ſatis Com. dicendo, quòd ſimilitudo ſua eſt uera pro tanto, pro quanto color non eſt tota perfectio pomi, nec ſimiliter ſapor: ita una potẽtia nõ cõtinet totã perfectionẽ aĩæ. relinquitur ergo, potẽtias aĩæ nõ accidẽtia eſſe, ſed ſubſtantiã unã cũ ipſa anima, & inter ſe.

H. Quid ſi quis dixerit, aĩa noſtra, cũ ad imaginẽ dei cõdita ſit, ſicut eſſentia diuina tres habet ꝑſonas realiter

diſtinctas inter ſe ſe, videtur anima una eſſe cum tribus potentijs eo modo diſtinctis.

S. Non eſt neceſſe in primis actibus aĩæ ponere diſtinctionem, realem, ſiue eſſentialem propter imaginẽ repertã ĩ eis, licet perſonæ diuinæ realiter ſint diſtinctæ, cùm non requiratur ſimilitudo oĩmoda; nã in diuinis notitia genita, quæ eſt vna pars imaginis ſubſtãtia eſt, in nobis autem accidens: ſimiliter in nobis non poteſt eſſe eadem fœcunditas, quæ reperitur in duabus perſonis diuinis reſpectu tertiæ perſonæ productæ. non igitur oportet hanc diſtinctionem inferre, cùm imago repreſentatiua ad repreſentatum hanc non requirat.

H. Si potentiæ animæ ſunt idem eſſentialiter inter ſe, & ipſi animæ, tunc poſſent de ſe inuicem prædicari in abſtracto. Vnde iſta uera eſſet prædicatio, intellectus eſt voluntas; voluntas eſt anima, & anima eſt intellectus, quæ cũ falsæ videantur eſſe cõſequentiæ, licebit inferre, diſtinctas eſſe ab anima illas potentias, & inter ſe.

S. Si non prædicantur aliqua in abſtracto, non propter hoc debet inferri realiter illa eſſe diſtincta; quoniam riſibilitas, & homo in abſtracto de ſe inuicem non dicuntur, cùm iſta ſit falſa. humanitas eſt riſibilitas, & hihilominus realiter idem ſunt. quare iſta eſt uera homo eſt riſibilis, ita ſi iſta uera non erit, intellectus eſt voluntas, iſta nihilominus uera erit, anima eſt intelligens, & volens,

H. Abunde ſatis de diſtinctione intellectus agentis, atq; poſsibilis, de nominibus horum intellectuum, de proprietatibus, atque conuenientijs, & demum quonam

pacto

pacto idem realiter animæ ſint. De actibus igitur intellectus verbum deſidero.

S. Duplex eſt actus intellectus, rectus, & collatiuus; actus rectus appellatur, quo intellectus fertur ſuper rẽ aliquam abſolute, ut quando intellectus intelligit roſam; actus uero collatiuus appellatur, quo intellectus rem intellectam comparat ad ſeipſam, uel ad aliam. & dicere poſſumus, actum intellectus triplicẽ eſſe rectum, reflexum, & collatiuum. rectum, quo directe intellectus terminatur ad obiectum ad extra. Reflexum, quo terminatur ad actum præexiſtentem in potentia, & habet tendentiam in ipſum: quandoque vero talis actus reflexus habet tendentiam in potentiam cognoſcentem inquantum cognoſcens eſt; quandoque habet tendentiam in obiectum inquantum cognitum eſt. Exemplum primi ſi intelligo me intelligere, iſte actus, quo intelligo me intelligere terminatur ad ipſum intelligere tamquam ad terminum. Exẽplum ſecundi ſi intelligo me intelligẽtem, iſte actus terminatur ad me ſub ea ratione, ſub qua ego ĩtelligo. Exemplum tertij ſi intelligo, me intelligere lapidem; iſte actus terminatur ad lapidem vt intellectum, itaque actus poteſt eſſe cõuerſiuus, & reflexus ſuper ſe ipſum intelligentem, ſuper actum intelligendi, & ſuper obiectũ intellectum inquantum eſt intellectum. Collatiuum quo diuerſa comparantur adinuicem.

H. Vbi Ariſt. poſuit hunc actum rectum, & collatiuum?

S. In 3. de anima t. com. 21. (tellectus?

H. Non ne alio aliquo modo poſſet cõſiderari actus in

S. Ita, poſſemus.n. diuidere actum rectũ in abſtractiuũ, & intuitiuum, eſt autem intuitiuus, quando potentia attingit obiectum ĩ ſe præſens: abſtractiuus autem, quando cognoſcit rem non ſub iſta conſideratione, ut præſens eſt, ſed poteſt per ſpeciem intelligibilem cognoſcere, obiecto abſente.

H. Cùm intellectus dicatur eſſe intuitiue intelligens, & pro ſtatu præpeditus eſſe dicatur a corpore, quo modo intuitiue probabitur eſſe intelligens?

S. Scias perfectionẽ in inferiori repertam, nobiliori modo in ſuo reperiri ſuperiori: potentia ergo uiſiua intuitiue cùm dicatur obiectum conſpicere, dicas pariter intellectum intuitiue intelligere poſſe.

H. Notitia intuitiua eſt ne una ſolúmodo, uel ſunt plures?

S. Notitia ĩtuitiua duplex eſt, una perfecta, qua cognoſcitur aliquid in ꝓpria exiſtentia, aut in aliquo continente eminenter; alia imperfecta, qualis eſt opinio de futuro, uel memoria de præterito, ut docui in 14. 3.

H. Ais ergo notitiam intuitiuam eſſe rei non exiſtentis?

S. Id aio, idque teneo ipſe.

H. Dicis actum rectum eſſe, quo intellectus fertur ſuper aliquam rem abſolute, & ſuper. 5. met. q. 2. habes, quòd poteſt eſſe relatio per actum rectum intellectus, quo modo iſta ſe habent?

S. Quòd actus rectus relationem habere poſsit, eſt planum; intelligibile enim, & intellectus relatiua ſunt, & inter ea relatio eſt, & per actum rectum, & in utroque extremo realis. intelligas ergo, quòd relatio realis, & metaphiſica habet eſſe per actum intellectus rectum;

ctum; nam intelligens, & obiectum intellectum, ſiue intelligibile ſunt relatiua,& habent eſſe per actum intellectus. alia autem relatio eſt, quæ logica dicitur, quæ non per actum rectum habet eſſe, ſed collatiuum quando igitur hic de actu collatiuo loquor, de relatione logica intelligo, & non reali; nam ſi de relatione reali hic loqui uellem; dicerem, quòd actus rectus eſt, quid fertur ſuper rem abſolutam, & relatiuam realem, & in loco ſuperius dicto dixi relationem intelligibilem, & intellectum eſſe realem, & quòd relatio particularis, atque uniuerſalis eſt rationis.

H. Veniendum eſt (cùm de actibus intellectus ſatis ſit dictum) ad rationem explanandam. quid igitur, uel quo modo capitur ratio ipſa?

S. Primo modo pro definitione rei, ſicut diximus definitionem æquiuocorum,& vniuocorum eſſe rationem eandem, uel diuerſam. quòd ſi diceres, quòd ratio ibi pro conceptu accipitur (ut nonnullis eſt uiſum) dicas, quòd quando definibile, ſiue deſcriptibile, uniuocum, ſiue æquiuocum eſt, tunc accipitur pro conceptu, quando autem habet naturam,aut realitatem, tunc pro definitione accipitur. Vnde Ariſt. 2. poſt t. com. 8. dicit, medium demonſtratiuum eſt ratio primi termini,ideſt definitio. & idem Ariſt. in 4. met. t. com. 8. Ratio, quam ſignificat nomen eſt definitio. & 7. met. t. com. 23. dicit,quòd ſicut ratio ad rem, ſic partes rationis ad partes rei. primo igitur modo ratio accipitur pro definitione, uel etiam pro conceptu cuiuſcumque rei obiectiuali.

Secundo

Secundo modo ratio accipitur pro potentia ratiocinatiua, ut pro intellectu, qui abſtrahit, & intelligit, atque comparat; uel pro uoluntate, quæ eligit iam ſibi oſtenſum,& diſcurrit in ordine diligendi, uel pro collatiuis alijs potentijs,ut eſt ſenſus communis, & reliquæ,quæ ſequuntur potentiæ.

Tertio,accipitur pro diſcurſu rationis, ſicut ſi diceremus de argumentatione una demonſtratiua, rationem eſſe potiſſimam,ſiue efficacem diſcurſum,& fit per collatiuum actum intellectus.

Quarto, pro forma, quæ eſt ratio cognoſcendi compoſitum,& materiam, & hoc pacto ſumitur ab Ariſt. 5.met.t.co.2.ubi habet. alio uero modo ſpecies, & exemplar, hæc autem eſt ratio ipſius,quòd quid erat eſſe,ubi de cauſa formali expreſſe loquitur. ratio ergo quid ſecundũ nomen eſſe dicatur. quæ ſuæ ſint operationes.de animæ,ac potentiarũ ſuarũ conformitate,& de ratione multiplici quid ſentiendum ſit, luculenter eſt uiſum. In craſtinum te diſponere poteris ad totius tituli literam capeſſendam. Vale igitur.

LECTIO XIX.

S. His in præhabita lectione notatis,textum formalitatum repetam,in finem uſque articuli iam incepti,& in primis pono duas concluſiones.

Prima illa ſunt idem,uel eadem ratione, quæ habent eundem conceptum omnino indiſtinctum a parte rei, & etiam indiſtinctum a parte intellectus. ut homo eſt idem ſibi ipſi, & omnia entia tertij modi perſeitatis,

Secun-

Secunda concluſio. Illa diſtinguntur ratione,quæ di ſtinguntur per actum intellectus præciſæ. ex quo ſequitur primo,ꝙ in omni propoſitione mundi, in qua etiam prædicatur idem de ſeipſo,ſubiectum,& prædicatum diſtinguntur ratione; quia ſicut contradictio fundata in entibus ex natura rei concludit diſtinctionem ex natura rei, ita contradictio fundata in entibus rationis concludit diſtinctionem rationis. Secundo ſequitur,quòd inter entia realia, & rationis,ut inter animal, & genus, ſimiliter inter entia rationis inter ſe, ut inter genus,& ſpeciem,eſt diſtinctio rationis,quia non fit niſi ex ſola collatione intellectus,& accipio diſtinctionem rationis,quæ eſt a potentia ratiocinãte, & nõ pro diſtinctione rationis,quæ eſt a natura ratiocinabili; ex hoc patet, quòd diſtinctio rationis eſt reſpectus rationis per actum collatiuum a potentia ratiocinante cauſatus. Similiter patet,quòd illi, qui reſpondent ad hoc argumentum. Eſſentia diuina eſt communicabilis, paternitas eſt incommunicabilis. ergo eſſentia diuina,& paternitas diſtinguntur aliter,quàm ratione. reſpondetur,argumentum concludere,quòd diſtinguntur pluſquàm ratione ratiocinante, ſed non pluſquàm ratione ratiocinabili,patet (inquam) quòd non eſt diſputatio niſi ad uocem, quia nec intelligunt uim uocabuli diſtinctionis ex natura rei, quia quod illi uocant diſtinctionem rationis rei ratiocinabilis, formalizantes uocant diſtinctionem ex natura rei, & ſic capio in concluſione mea diſtinctionem rationis, quæ eſt præciſæ, & ſolum a potentia ratiocinante; ſed quòd iſta diſtin-

diſtinctio rationis ſit fictitia, probatur ab aduerſarijs noſtris duplici modo.

Primo. omnis diſtinctio non uana ſortitur robur, & eſſe ex aliqua re. ergo iſta diſtinctio rationis, vel ſortitur robur a re, & ſic eſt realis, & non rationis tãtum; vel ſi non ſortitur robur a re, ergo eſt fictitia. Secundo arguitur ad idem ſic, & eſt quaſi confirmatio argumenti, quia intellectus intelligens rem aliter, quàm ſit, eſt falſus: quia ſi intelligat rem diſtinctam, vel rẽ eſſe diſtinctam, & non ſit diſtinctio a parte rei, intellectus falsò intelligit. igitur &c. Reſpondeo ad iſta, quòd diſtinctio rationis ſortitur robur a re, ideſt a nõ repugnantia rei ad ſic, vel ſic concipi: ex hoc ſequitur, quòd talis diſtinctio non eſt pura fictio. Ad ſecundũ quod eſt confirmatio primi dico, quòd intelligere rẽ aliter quàm ſit, capitur dupliciter uno modo intelligendo ipſam non eo modo, quo eſt, non tamen, quòd intelligatur ſub modo ſibi repugnante, ut intelligendo lineam, quæ vnitur materiæ ſenſibili, non intelligendo huiusmodi materiam, non repugnat lineæ. alio modo intelligendo rem modo repugnanti ſuæ naturæ, ut intelligendo Deum eſſe corporeum. dico ergo, quòd ille, qui intelligit rem aliter quam eſt, hoc modo fallitur, non autem primo modo: ſic in propoſito, quando intelliguntur diſtincta ſecundum rationem absque habitudine ad aliqua ſecundum rem diſtincta, non erit talis alietas.

Sed forte dicet aliquis, negando iſtam diſtinctionẽ eſſe aliam a diſtinctione ex natura rei, quia illa, quæ

diſtingun-

diſtinguntur ratione, diſtinguntur ex natura rei. contra hoc arguitur ſic, quia ſi hoc eſſet uerum, ſequeretur tunc, quòd illa, quæ eſſent eadem ex natura rei, eſſent diſtincta ex natura rei, quia formo iſtam prepoſitionem: eadem ex natura rei ſunt eadem ex natura rei, ibi eſt diſtinctio rationis, ut prius dictum eſt, quia idem poſitum in ſubiecto diſtinguitur a ſeipſo poſito in prædicato ratione. ſed ſequitur per te, quòd iſta diſtinguntur ex natura rei. ergo illa, quæ ſunt eadem ex natura rei ſunt diſtincta ex natura rei, quod claudit contradictionem, & hæc de primo partiali articulo huius ſecundi articuli principalis. Propone ergo ſiqua ex his tibi exorta eſt dubitatio.

H. Quid nam uelit conceptus indiſtinctus ipſe ignoro.

S. Scias indiſtinctum conceptum eſſe a parte rei, quando res ſic ſe habet, quòd ſeorſum concipi nequit ab aliquo, & quia Sortes cócipi nequit ſeorſum a ſe ipſo. ergo Sortis conceptus erit indiſtinctus: quia uero albedo concipi poteſt ſeorſum a nigredine, a parte rei diſtinctus erit conceptus; ex parte uero intellectus conceptus indiſtinctus erit, quando aliqua ſic ſe habent, quòd vni nõ poteſt attribui ſecunda intentio, quin alteri attribuatur, & ita Sortes ante copulam poſitus habet conceptum indiſtinctum; cùm uero conſideratur Sortes a parte ſubiecti, & a parte prædicati diſtinctus erit conceptus; cùm ſecunda intentio detur uni, ut puta eſſe ſubiectum, quæ ſeparatur ab alio, ut puta a prædicato.

H. Vbi habes uiam ad probandum contradictionem ab

Ariſt. quam fateris?

S. In primo phys. de materia, & forma; & in 4. phys. de loco, & locato.

H. Quare ad identitatem rationis duplicem cauſam po nis, ex parte rei uidelicet, & ex parte intellectus, in diſtinctum conceptum. & in diſtinctione, alteram tm̄? ut puta diſtinctum habere conceptum ex parte intellectus, unitate rei manente?

S. In 1. di. 1. q. 2. docui quamcumq; differentiam, ſufficere ad diſtinctionem, non autem ad perfectam aliquorum identitatem; ad hoc enim, quòd ſortes cõueniat cum platone; oportet ipſum cõuenire ſecum, ab ente incipiendo vſque ad hominem: ſed ad diſtinctionem eorum ſat eſt diuerſitatem habere echeitatum, facilius enim eſt deſtruere, quàm conſtruere, ad amicitiam pariter plurimi requiruntur actus, inimicitia vero ſæpe generatur ex unico.

S. Videtur ſecunda concluſio aſsignata, primæ obuiare concluſioni: in ſecunda enim dicit quòd illa diſtinguntur per actum collatiuum intellectus præciſe, & in prima, quòd illa ſunt eadē ratione, quæ habent eundē cõceptum indiſtinctum a parte rei, & intellectus, cùm idētitas rationis ſit relatio; & relatio inter extrema ſit: quæ ſunt fundamentū, & terminus; Identitas rationis eſt eiuſdē ad ſe; Sed nulla relatio eſt in eiuſdem ad ſe, niſi per actum intellectus collatiuū: relinquitur ergo ꝙ cū ꝑ actum collatiuum fiat diſtinctio, per eundēq; actum collatiuum identitas ſit, qđ ex eadem cauſa idētitas, & diſtinctio fiat, quod rationi diſſonum eſt, cùm

illa,

illa, quæ diuerſa eſſe dicuntur, ſiue oppoſita, ſiue diuerſitatis, ſiue oppoſitionis diuerſa debeat habere principia, & ſic ſecunda quæ eſt diſtinctio deſtruit primã quæ eſt identitas. ergo debet aliud, & aliud principium aſsignari.

S. Scias duplicem eſſe rationis identitatem, alteram actualem, quæ eſt ſemper per actum collatiuum intellectus; alteram vero fundamentalem, ſiue potentialem, & iſta non eſt per actum collatiuum intellectus ſed bene eſſe poteſt, & iſta ponitur in prima mea concluſione; in ſecunda uero ponitur actualis, & prima. Modo fundamentalem, ſiue potentialem, & actualem aſſignare cauſam; eandem non eſt cauſam aſſignare; quare nulla repugnantia eſſe relinquitur.

H. Identitas ponitur in diuinis, & quoddam cõmune eſt (ſi poſitiuum dicat) & ſic plurificabile in infinitum uſque, ſicut homo in indiuiduis ſuis multiplicabilis eſt. quare infinita entia poſitiua eſſent in diuinis: dixit enim T.R. in 2.quolib. quòd multiplicabile eiuſdem rationis eſt plurificabile in infinitum; identitas autem quoddam commune eſt; pater enim eſt idem filio, & filius idem patri, ita de ſpiritu ſancto, & de omnibus attributis, & ſic identitas in communi de omnibus identitatibus illis prædicatur, & multiplicabilis in infinitum dicitur eſſe. Item ſi identitas poſitiuum ſupponat in diuinis, ibi conſiderabitur potentiale, patet, quia illud, quòd non eſt ex ſe hoc, eſt in potentia ad illud, quod eſt ex ſe hoc; ergo identitas in cõi eſt in potentia ad hanc, & illam identitatem, & ſic in diuinis

poni-

ponitur potentiale, quo nil abſurdius.

S. Ad iſta dicere potes, quòd identitas, non poſitiuum aliquid dicat; ſed non alietatem preciſe, & cùm nega tio multiplicabile non ponat, inſtātię non ſequuntur.

H. T.R. in 31.diſt.primi tenet quòd ī Deo ſit ex natura rei identitas; quo modo me nunc aliud doces?

S. Alia reſponſio eſſe poteſt, quòd tunc identitas eſſet multiplicabilis in infinitum, nec non potentiale aliquid ibi eſſet, quando identitas non eſſet idem realiter infinito formaliter; infinitum enim formaliter non eſt multiplicabile in infinitum, nec eſt potentiale ad aliquid, ſed cùm ita ſit de identitate iſta, potentialis nec multiplicabilis eſt in infinitum.

H. Ratio illa quam T.R. habet in textu, contra negantes diſtinctionem illam, non uidetur ualere, ſed potius retorquenda eſſet, dicit enim T. R. forte dicet aliquis negando iſtam diſtinctionem eſſe aliam a diſtinctione ex natura rei; Contra hoc ſic arguitur, ſi hoc eſſet uerum ſequeretur, quòd illa, quæ eſſent idem ex natura rei, eſſent diſtincta ex natura rei, & formo iſtam propoſitionem, Eadem ex natura rei ſunt eadem ex natura rei, ibi eſt diſtinctio rationis, ut prius dictum eſt, quia idē poſitum in ſubiecto diſtinguitur a ſe ipſo poſito in prædicato; ſed ſequitur per te, quòd iſta diſtinguntur ex natura rei ergo illa, quæ ſunt eadem ex natura rei, diſtinguntur ex natura rei, quod claudit contradiction. Rationem hoc pacto ipſe retorqueo, eadem ratione ſunt eadem ratione; iſta uera eſt cùm prædicatio ſit eiuſdem de ſe ipſo, & iſta pariter eſt uera eadem ex

natu-

natura rei ſunt eadem ex natura rei : & tamen T. R. dixit quòd i iſta eſt diſtinctio rationis ergo. Similiter in iſta ſcilicet eadē ratione ſunt eadem ratione, erit diſtinctio rationis, quia ſubiectum poſitū ante copulam diſtinguitur ratione a prædicato poſito poſt copulā.

S. Non eodem modo prædicatio fit in primis, ſicut in ſecundis intentionibus.

Primæ em̄ de primis ſibi oppoſitis aliquo modo nequeunt prædicari; ideo iſta falſa eſt, albedo eſt nigredo, caliditas eſt frigiditas, uel homo eſt aſinus, ſecundæ uero intentiones modum prædicandi recipiunt a ſecundis intentionibus, etiam ſibi oppoſitis; ideo iſta eſt uera genus eſt ſpecies, differentia eſt ſpecies, & uniuerſale eſt ſingulare: .i. modum talē prædicandi ſuſcipiunt, ut quid enim talia ſunt, & ut modus dicuntur de oppoſitis ſuis. Ad propoſitum dico quòd iſta propoſitio poteſt eſſe uera eadem ratione ſunt eadem ratione, & quòd hic ſimiliter eſt diſtinctio; quia illa, quæ ſunt eadē ratione, ſunt ratione diſtincta, oppoſitum enim bene poteſt prædicari, ideſt denominari de ſuo oppoſito in ſecundis iſtis intentionibus; Vnde in iſta eadem ratione ſunt eadem ratione eſt diſtinctio, & identitas, & illa, quę ſunt eadem ratione poſſunt bene denominari & eſſe diſtincta ratione. In his autem, quæ ſunt ex natura rei, ſi eſt identitas ex natura rei non poteſt eſſe diſtinctio ex natura rei; neque denominari poſſunt eſſe diſtincta ex natura rei, & hinc eſt quòd in iſta propoſitione. Eadem ex natura rei, ſunt eadem ex natura rei eſt identitas

ex natura rei, & quatenus eadem ex parte prædicati, & ſubiecti conſiderantur, bene etiam eſt diſtinctio non ex natura rei ſed, rationis cùm per intellectum tantũmodo fiat, in iſta verò eadem ratione ſunt eadem ratione eſt diſtinctio rationis, & cumhoc etiam eadem ratione dicuntur.

H. Habet T. R. identitatem, & diſtinctionem hanc ab Ariſtotele?

S. Identitas rationis ponitur ab eo in primo poſt. aſsignans tertium modum perſeitatis, in quo ponuntur entia ſolitarie ſumpta ſine propoſitione, & relatione reali, vel rationis. Diſtrictio vero rationis ponitur 5. Metap. tex. non habente cõmentum. identitas eſt vno modo quando intellectus vtitur uno, ut duobus; ut ponendo unum in ſubiecto, & idem in prædicato. ſed hactenus de articulo primo.

LECTIO XX.

S. QVantum ad ſecundum articulum, qui eſt de idẽtitate ex natura rei eſt eius diſtinctione, ſunt aliqua notanda.

Primo eſt notandum quòd res, & ens quantũ ad præſens ſpectat cõſideratur dupliciter, primo modo, pro omni poſitiuo, quod ex natura rei eſt extra nihil. Iſto modo; modi intrinſeci, & differentiæ vltime dicuntur ens, uel res, alio modo magis ſtricte pro illo, quod eſt preciſe ens, uel res quidditatiue, & ſic ens, uel res, dicitur præciſe de Deo, & creatura, de abſoluto, & reſpe-

reſpectiuo, & de his, quæ ſunt in recta linea prædicamentali, & de materia, & forma, ut dictum eſt ſuperius; & iſto modo nec paſsiones entis, nec modi intrinſeci, nec differentiæ ultimæ dicuntur res, uel ens ſed ſolum dicuntur aliquid rei, & nõ res capiendo ſecundo modo rem. Pro iſtis aſsignatur una regula generalis, ideſt quandocumque aliqua ita ſe habẽt, quòd unum eſt ens, uel res, (proprie accipiendo rem) & aliud eſt aliquid rei eius, præciſe illa non ſunt omnibus modis idem; iſta regula patet per iſtud principiũ commune; quando aliqua ita ſe habent, quòd aliquid competit vni ex natura rei, quod non competit alteri talia diſtinguntur, & ſi non realiter aliqua alia diſtinctione, & ſic non ſunt omnibus modis idem.

Secundo notandum, quod in diuinis quadruplex eſt differentia non identitatis.

Prima eſt inter quidditatem, ſeu eſſentiam, & modũ intrinſecum, & etiam inter ipſos modos intrinſecos.

Secunda eſt inter attributa, ſcilicet inter ſcientiam, & ſapientiam; ſimiliter inter intellectum, & uoluntatẽ, ſi fas eſt attributa nominari, quia 26. di. p. ſent. dixi, quòd intellectus, & voluntas non ſunt proprie attributa, ſicut bonitas, & iuſtitia; ſimiliter inter uolitionem, & intellectionem.

Tertia eſt inter notiones, ideſt inter ſpirare, & dicere, quia dicere eſt reſpectus patris ad filium, & ſpirare, patris, & filij ad ſpiritum ſanctum.

Quarta eſt inter eſſentiam, & relationem, & etiam inter eſſentiam, & attributa, & poſſet addi.

Quinta, quæ eſt inter conſtituta, & conſtituentia.

Tertio notandum eſt, quòd accipiendo iſta proprie, ſcilicet ſubſtantiam, naturam, eſſentiam, quidditatem ſeu formalitatem, habent ordinem inter ſe; nã omnis eſſentia eſt quidditas, ſeu formalitas; ſed nõ e contra, ut patet in diuinis. Et omnis natura eſt eſſentia, & nõ e conuerſo; quia multæ ſunt ſpecies, quæ ſunt eſſentiæ cùm definiantur, & tamen non ſunt naturæ, cùm non ſint principium productiuum alicuius formæ abſolutæ, ut ſunt reſpectus. Et omnis ſubſtantia eſt natura, ſed non e cõuerſo; quia qualitas eſt natura, & tamen non eſt ſubſtantia (proprie accipiendo ſubſtantiam) circa quod eſt notãdum, quòd quidditas ſumpta cum modo dicitur proprie eſſentia, & denudata a modo dicenda eſt quidditas.

Quarto eſt notandum, quòd formalitas accipitur tribus modis. Primo modo large, & tunc ſic definitur; formalitas eſt aliquid repertum in re ex natura rei, quod nõ oportet ſemper intellectum mouere, dummodo poſsit intellectum terminare; dicitur repertum in re, propter figmenta, dicitur ex natura rei propter relationes rationis, dicitur quòd non oportet ſemper intellectum mouere, dummodo poſsit terminare, propter relationes reales; quæ dicuntur formalitates, tamen intellectum mouere non poſſunt; cùm idem ſit mouere intellectum, & cauſare partialiter intellectionem, per ſpeciẽ ſui: modo dictũ eſt quòd relationes nõ ſunt productiue alicuius formæ abſolutæ: quare &c. & iſto modo capiẽdo formalitatẽ: omne illud, quod

eſt extra nihil dicitur formalitas; cuiuſmodi ſũt modi intrinſeci, differẽtiæ vltimæ, & ſic de alijs, & ſic formalitas eſt cõis ad relationẽ, & quidditatẽ. ſecundo modo capitur formalitas ꝓprie; & ſic formalitas dr̃ de oĩ eo, quod eſt ens quidditatiue, & de oĩ eo, ꝙ eſt aliquid entis præterquã de modis ĩtrinſecis; & iſto modo formalitas cõuertitur cũ realitate obiectiua, nec cõmunior eſt ea, ſed realitas obiectiua, & formalitas iſto modo ſunt communiores quidditate, & ſic accipiemus formalitatem, cùm loquemur de diſtinctione formali.

Tertio modo capitur formalitas ſtrictiſsime ꝓ illo, quod prædicatur quidditatiue de aliquo, vel de quo aliquid quidditatiue prædicatur; & iſto modo formalitas eſt minus cõis, quam realitas; ſed conuertitur cum quidditate, & licet differẽtiæ indiuiduales dicãtur formalitates (capiẽdo formalitatem duobus primis modis) non tamẽ ſunt formalitates (capiendo tertio modo) & iſta diuiſio eſt neceſſaria cuilibet formalitati.

H. Ens ponit T.R. in ſecundo membro diſtinctionis includi quidditatiue in abſoluto, & reſpectiuo, in decem generibus, in materia, & forma; in Deo, & creatura: & in illis, quæ ſunt in recta linea prædicamentali; Vnde nec paſsiones entis, nec modi intrinſeci, nec differentiæ ultimæ ens, ſed aliquid entis dicuntur. Quæ ſententia uidetur aduerſari dictis tuæ doctrinæ 1. Sent. diſt. 3 q. 3. habet enim; quòd ens ſufficienter diuiditur tamquam in illa, quæ includunt ipſum quiditatiue in ens increatum, & in decem prædicamenta & in partes eſſentiales prædicamentorum, ſaltem non uidetur

habere plura diuidentia quidditatiue, quin ſint in illis; nec meminit, T.R. in ſufficiéti illa diuiſione entis quidditatiua, de abſoluto, & reſpectiuo.

S. Vera ſunt, quæ hinc inde dicuntur, quòd ens quidditatiue deſcendit in abſolutum, & reſpectiuum, quòd ſi non, memini in primo ſent. mearum, id non fuiſſe opus cenſebis, ſufficienter enim aſſignaui diuiſionem entis in Deum, & illa, quæ ſunt limitata, quæ eſt diuiſio quiditatiua per Deum preciſe, & per ea, quæ ſunt limitata præciſe, hic autem conſidero ego ens latius diuidens in ſuas quiditates, in Deum, & decem genera, & illa, quæ ſunt illimitata; ſicut eſt abſolutũ, quod conuenit Deo, & tribus prædicamentis, & in reſpectiuum, quod conuenit creaturæ, & Deo.

H. Prima diuiſio entis finiti uidetur eſſe aſſignanda per decem genera.

S. Verum eſt, quando deſcendit ad limitata ſua, quando uero deſcendit ad illimitata, & limitata, per abſolutum eſt, & reſpectiuum, & in decem genera.

H. In prima quæſtione 7. Metaph. habet T.R. quòd nõ eſt conceptus inferior in quid conceptu entis dicto de ipſis generaliſsimis.

S. Non datur inter ens, & decem prædicamenta conceptus in quid, qui .ſ. ſit limitatus, ſed bene poteſt dari cõmunis, atque tranſendens ad limitatum, & illimitatum; ſicut abſolutum, & reſpectiuum.

H. Si ens prædicatur in quid de abſoluto, & reſpectiuo, quæ mediant inter ens, & decẽ prædicamenta igitur prædicaméta nõ erũt genera generaliſsima, quia abſo

lutum

lutum, & reſpectiuũ prædicantur in quid de differenti bus ſpecie, ſicut illa. Vnde inferre licebit, quòd qu od libet pradicamentum habeat genus ſuperueniens.

S. Quodlibet iſtorum abſolutum, uidelicet, & reſpecti uum eſt trãſcendens quia nullum iſtorum contrahitur ad prædicamentaper differentias eſſentiales; ſed tantum per modos intrinſecos ſequeretur autem, quòd in fers ſi per differentias eſſentiales contraheretur.

H. In 7. Metaph. T. R. habet, quòd ſi inherentia accidentis eſſet de eſſentia accidentis, quòd quantitas, qua litas, & relatio non eſſent generelisſima, & conſequẽ tiam probat, quia inherentia uidetur eſſe eiuſdem rationis in omnibus accidentibus; igitur ſi eſt de eſſentia ipſorum, ab ipſis poterit abſtrahi unus conceptus communis, dictus in quid de ipſis, qui eſſet inferior conceptu entis, & ſuperior eis.

S. Abſolutum, quod eſt commune ſubſtantiæ, quantitati, & qualitati non poteſt eſſe genus, quia eſt indifferens ad finitum, & infinitum nec obſtat, quòd ens finitum contrahitur ad decem genera, quæ licet quodlibet, quod eſt in genere ſit finitum non tamen quodlibet dictum de generibus eſt finitum, Abſolutum ergo, quod dicitur de ſubſtantia, quantitate, & qualitate, transſcendens eſt.

H. De reſpectiuo nihil dubiũ eſt an ſaluari posſit, quòd non ſit genus?

S. Reſpectus communis, quia dicitur de reſpectu creato, & increato eſt trãſcendens, ſicut enim quod eſt indifferens ad finitum, & infinitum formaliter nõ po-

teſt eſſe genus, ita quòd eſt indifferens ad finitum, & infinitum identice, non uidetur poſſe eſſe genus; quia de neceſsitate, ſi eſt genus eſt actualiter finitum, cùm ſit contrahibile per differentias eſſentiales; & quodlibet tale eſt finitũ, & quod eſt huiuſmodi non poteſt identificari realiter infinito; & ex hipoteſi mea; ideo intuli quòd ſi inherentia eſſet de eſſentia accidentis ſiue abſoluti, ſiue reſpectiui, tunc hoc, quod dico inherens eſſet genus ad accidentia, & diceretur in quid de omnibus illis, ut quoddam commune ad omnia iſta, & neceſſario importaret naturam limitatam, & finitam; quia inherens neceſſario eſt dependens. & per conſequens finitum igitur eſſet genus.

H. Idem ſequi uidetur e poſitione iſta, quia inherentia aptitudinalis eſt paſsio accidentis denominatiue ſumpti, ut in 4. docet T.R. diſ. 12. quia omnis paſsio inſequitur ſubiectum aliquod, cui cõpetit per ſe prius, quando talis paſsio eſt eiuſdem rationis in multis; ſicut eſt in propoſito, ut patet tale ſubiectum non eſt, niſi aliqua natura communis omnibus accidentibus.

S. Inherentia eſt in aliquo determinato genere tamquã ſpecies, cùm ſit reſpectus, extrinſecus adueniens, tunc dico; quòd ſi inherens eſt cõmune ad nouẽ genera, eſt tantum commune per denominationem, & non eſt inconueniens, quòd aliquod unius generis denominet aliquid alterius generis; quare non ponitur genus ad nouem genera.

H. Inherẽtia eſt paſsio accidẽtis, & paſsio nõ poteſt eſſe ſpecies; q̃a talis paſsio nõ eſt per ſe, & directe ĩ genere.

S. Non

S. Non probas, quòd paſsio, ut formaliter diſtinguitur a ſubiecto non poſsit eſſe ſpecies alicuius generis, licet paſsio, ut identice eadem non poſsit eſſe directe ſpecies in genere; & breuiter dico, quod inherentia, ſiue ponatur pertinere ad genus actionis, ſiue paſsionis eſt paſsio, & cùm infers, quòd conſequitur aliquã naturam cõmunem; fateor & dico illam eſſe naturam communem actionis, uel paſsionis: & cùm infers ergo iſta natura erit communis decem generibus, concedo denominatiue, non autem quidditatiue, & tale commune eſt actio, ſiue paſsio.

H. Scire peropto de attributis: quare magis potentia attribuitur Patri; ſapientia filio, & bonitas ſpiritui ſancto; cùm communia tribus perſonis iſta dicatur.

S. Ratio duplex eſt. Potentia Patri attribuenda dicitur, quia principium eſt totius generationis, & ipſe a nemine generatur: ſapientia filio, quia filius ex natura ſuæ productionis eſt notitia declaratiua, quia per intellectum cum eſſentia generatur, ſiue producitur ipſe filius, Quia uero ſpiritus ſanctus per modum uoluntatis emanat, ſiue ſpiratur, cui uoluntati ineſt, ſiue reſidet amor, & cuius obiectum ſummum bonum dicitur eſſe, ideo bonitas attribuitur ſpiritui ſancto. Eſt & alia ratio, quare potentem dicimus eſſe Patrem, ne uidelicet cenſeatur a uulgaribus debilis tamquam ſenex, filius dicitur ſapiens ne cenſeatur, ut iuuenes alij inſipiens, bonus ſpiritus ne in malum ſonare uideatur, ut communis opinio eſt in uocabulo iſto ſpiritus.

H. Vni-

H. Vnicum a T. R. uerbum excepto, quo ipſe intelligere ualeam, quo modo iſta differant inter ſe, ſubſiſtentia, ſubſtantia, natura, eſſentia, quidditas; & formalitas.

S. Subſiſtentia eſt incommunicabilis exiſtentia, incommunicabilitate oppoſita duplici communicabilitati, quarum una eſt, qua uniuerſale communicatur ſuis inferioribus, alia uero eſt, qua forma communicatur materiæ, & breuiter ſubſiſtentia eſt incommunicabilis exiſtentia in natura ſubſtantiali, & eſt ſuppoſitum in genere ſubſtantiæ; & tranſumpſiue in natura diuina; ex quo ſequitur, quòd omnis ſubſiſtentia eſt ſubſtantia & non e contra, quia ſubſtantialis forma ſubſtantia eſt, & non eſt ſubſiſtentia, aut ſubſiſtens: quia non eſt incommunicabiliter exiſtens, materiæ enim communicabilis eſt. omnis ſubſtantia eſt natura, quia natura, 2. phiſ. dicta eſt, tam de forma, quam de materia, non autem omnis natura eſt ſubſtantia; quia qualitas aliqua eſt natura; eſt enim natura ſecundum Theologos uis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia procreans; unde omnis forma actiua iſto modo natura dicitur. ſimiliter omnis natura eſt eſſentia, & non e contra, patet, quia, quod eſt principium, & cauſa alicuius entis eſt ens, & habet eſſentiam; tum etiam, quia omne, quod definitur importat aliquam eſſentiam, & quelibet ſpecies exiſtens in prædicamento; Relatio eſt ſpecies per ſe in prædicamento, igitur eſt aliqua eſſentia, non autem omnis eſſentia eſt natura; relatio enim, quæ eſt eſſentia non eſt natura; quia non eſt forma actiua, non enim

enim poteſt per ſe terminare actionem realem propter minimam entitatem illius; quare minus poterit per ſe principiare illam. Similiter omnis eſſentia eſt quidditas, & non e contra, tum quia quidditas eſt magis abſtracta, quàm eſſentia, tum etiam, quia ſi eſſent idem conuertibiliter multiplicato uno multiplicaretur, & reliquum; & nõ poſſent multiplicari quidditates in aliquo, niſi multiplicaretur eſſentia; cuius oppoſitum patet in diuinis; quia in Deo ſunt multæ quidditates, ut entis, ſubſtantiæ, ſpiritus, & omnium attributorum, & tamen eſt ibi tantum una eſſentia; ſimiliter omnis quidditas eſt formalitas, & non e contra (& hoc capiendo iſta proprie non large, ſiue extenſiue,) patet quia omne illud eſt formalitas, quod eſt diſtinctum & ſeorſum conceptibile ab alio, omnis quidditas eſt huiuſmodi, cùm ſit obiectum intellectus per ſe 3. de anima t. com. 9. ergo &c. patet etiam ſecunda pars, quia differentia eſſentialis eſt quædam formalitas & tamen non eſt quidditas, quantum ad modum prædicandi; quia non prædicatur in quid ſed in quale, non prędicatur per modum potentiæ, ſed per modum actus, quod eſt prædicari in quale.

H. Ponit T. R. quòd formalitas triplici modo dicatur, & in tertio modo ſtinctiſsime formalitatẽ accipit, pro omni illo, quod prædicatur de aliquo quidditatiue, uel de quo aliquid quidditatiue prædicatur, & iſto modo formalitas conuertitur cum quidditate, Id non arridet undique; ens enim prædicatur quidditatiue de aliquo; quia de Deo, & de creatura; & tamen

non eſt

non eſt quidditas nec conuertitur cum quidditate.

S. Propoſitio mea diſiunctiua eſt: dixi enim, quòd prædicatur quidditatiue de aliquo, uel de quo aliquid quidditatiue prædicatur, modo ens ſic ſe habet, quòd licet non prædicetur aliquid quidditatiue de eo, ipſum tñ bene poteſt prædicari quidditatiue de aliquo.

H. An ab Ariſt. trahatur tripartita illa formalitas?

S. Formalitas primo modo dicta, quæ ſe extendet uſq; ad modum intrinſecum habetur ab Ariſt. 2. phis. t.c. 32. dicente. Modi autem cauſarum numero quidem ſunt multi, ut prius, & poſterius, ſed iſti ſunt modi intrinſeci, ergo modus intrinſecus eſt in re cum alio; ſaltem eſt extra nihil, ergo eſt formalitas iſto primo modo, cum formalitas ſit quando aliquid eſt extra nihil, formalitas autem ſecundo modo, quæ ſe extendit uſque ad differentias ultimas trahitur ex 3. phys. vbi habet, quòd omne, quod intelligitur, intelligitur ut actus, qui idem eſt, quod forma, & quia omnia iſta poſita in iſto membro ſecundo, poſſunt intelligi, ergo omnia actus, & formæ ſunt, & ſic ſunt formalitates, quæ ſunt dictæ formæ. Formalitas autem tertio modo, quæ ſe extendit ad quidditates, & realitates habetur ab Ariſt. 9. metha. cùm ait omne agens agit in quantum forma, & ratio ſub qua aliquid concipitur quo quo modo agit in intellectum ergo quidditas, quæ forma eſt bene poteſt dici formalitas, quæ in intellectum agit, & ab intellectu concipitur. Quiavero in textu de quidditate uerbum ſolúmodo factum eſt, in lectione ſequenti uidebimus, quo modo

quid-

quidditatiuum diuerſimode capitur.

LECTIO XXI.

S. QVidditatiuum accipitur ſex modis, ut textum proſequar inceptum.

Primo modo eſſentiatiue, & ſic illud dicitur quidditatiuum, quod dicit totam eſſentiam alicuius; & ſic ſpecies ſpecialiſsima dicitur eſſe quidditatiuum, cùm ſecundum Porphirium dicat totam eſſentiam indiuiduorum, nolo tamen dicere, quòd indiuiduum non includat intrinſece differentiam indiuidualem, vltra naturam ſpecificam; ſed uolo ſic intelligere, quòd ſpecies dicit totam eſſentiam indiuiduorũ; ita quòd indiuidua nullum prædicatum quidditatiuum addunt ultra prædicata conuenientia naturæ ſpecificæ, quidditatiue eſſentialiter in ea incluſa.

Secundo modo aliquid dicitur quidditatiuum conſtitutiue, & ſic illud dicitur quidditatiuum, quod intrinſece conſtituit aliquã rem, ut materia, & forma phiſicaliter, genus, et differentia metaphyſicaliter loquendo.

Tertio modo, dicitur aliquid quidditatiuũ ſpecificatiue; & ſic illud dicitur quidditatiuum, quod ultimo ponit rẽ in eſſe ſpecifico, ſicut eſt differentia ſpecifica.

Quarto modo dicitur quidditatiuum repreſentatiue, & ſic illud quod eſt repreſentatiuũ alicuius eſſentiæ, ſiue ſit actus intelligendi, ſiue ſpecies intelligibilis dicitur quidditatiuum iſto modo.

Quinto

Quinto modo dicitur quidditatiuum indicatiue, & ſic illud dicitur quidditatiuum, quod eſſentiam indicat, ut definitio.

Sexto modo dicitur quidditatiuum prædicatiue, & appropriate, & ſic illud preciſe, quod prædicatur in quid dicitur quidditatiuum.

Septimus modus, licet improprius, eſt quo aliquid dicitur quidditatiuũ conſecutiue, & iſto modo propriæ paſſiones cõſequẽtes eſſentiã poſsẽt dici quidditatiuæ.

His notatis pono duas concluſiones.

Prima eſt iſta. Illa ſunt idem ex natura rei, de quibus duo prædicata oppoſita ſecluſo opere intellectus collatiuo uerificari non poſſunt, ut homo eſt homo; ſortes eſt ſortes.

Secunda concluſio. Illa diſtinguntur ex natura rei, ſiue modaliter de quibus, ſiue inter quorum extrema, duo contradictoria ſecluſo opere intellectus uerificari poſſunt, ſicut ſe habent definitio, & definitũ, quia ſecluſo opere intellectus definitio eſt ſaltem conſtitutiua: definitum uero non. Totum etiam & partes, loquendo de toto metaphiſico, & non de toto phiſico; quia ſecundam uiam Doctoris totum phiſicum, & ſuæ partes diſtinguntur realiter, & pluſquã ex natura rei, totum autem metaphiſicum, quod non componitur ex re & re, ſed ex realitate & realitate diſtinguitur ex natura rei preciſe a ſuis partibus, ſic, quod non realiter; Totum enim ſecluſo opere intellectus dicitur cõſtitutum, partes non. Conſtitutum autem, & non conſtitutum contradicunt. Similiter ſuperius preter o-

pus

pus intellectus eſt multiplicabile in plura, inferius vero non; multiplicabile, & non multiplicabile contra dicunt. Sic etiã in diuinis, diſtingũtur eſſentia diuina, & relatio, puta paternitas; quod ego probo in 2. diſt. 1. ſent. quia eſſentia diuina eſt cõicabilis tribus perſonis, paternitas non, Pater cõmuuicat eſſentiã filio per generationem, & tamen non communicat ſibi paternitatem; ergo patet, quòd ſit aliqua diſtinctio ante omnem actum intellectus collatiuum, inter eſſentiam diuinam, & paternitatem. Similiter arguitur pater, & filius communicant eſſentiam ſpiritui ſancto, & tamen non communicant ſibi ſuas notiones, ſcilicet paternitatem, & filiationem; Nolo tamen dicere, quòd eſſentia diuina non diſtinguatur pluſquam ex natura rei a relationibus in diuinis, quia etiam diſtinguitur formaliter, ut dicetur infra. Hac etiam diſtinctione diſtinguitur modus intrinſecus ab eo, cuius eſt modus, ſicut finitas ab humanitate, infinitas a diuinitate.

H. Sex modos accipiendi quidditatiuum depoſuit T.R. in quarto autem modo oritur mihi difficultas, & fuit aſſignatus quartus modus, talis, uidelicet repreſentatiue quando repræſentat aliquam eſſentiam, ſicut actus intelligendi, & ſpecies intelligibilis, an idem dicatur actus, atque ſpecies?

S. Idem prorſus obiectum, ſiue rem eandem fateor iſta dicere, ſed ſub modo diuerſo, Actus enim intelligendi repræſentat obiectũ, ut cognitum eſt; ſpecies autẽ intelligibilis, quatenus ĩtelligibilis, uel cognoſcibilis eſt.

H. An iſta membra ſiç diuiſa de eſſe quidditatiuo extraxeri

xerit T. R. aliqua ex parte ab Ariſtotele?

S. Quidditatiuum quatenus totam eſſentiam dicit indiuiduorum eſſentiatiue, ſiue entitatiue ſpecies ſpecialiſsima ponitur a Porphirio, & quòd totam quidditatem dicat habetur ab Ariſt. 7. Metaph. t. com. 35. dicente. Materia eſt pars ſpeciei; ſpeciem autem dico quod quid erat eſſe ideſt quidditatem, atque eſſentiā ſecundum modum quidditatiuum, quod eſt conſtitutiue, ut materia, & forma, uel genus, & differentia, ut dictum eſtraxi ex 7. metaph. t. com. 21. Vbi habetur, quòd quidditas eſt principium per ſe cognoſcendi illud, cuius eſt, ſed per eum. 2. met. res non poteſt cognoſci niſi cognitis cauſis per ſe, ſed materia, & forma ſunt cauſæ per ſe compoſiti phyſice, & genus, & differentiæ metaphyſice, ergo pertinent ad quidditatē.

Tertium modum quidditatiuum ſpecificatiuū dixi, & ſic illud dicitur quidditatiuum, quod ultimo ponit rem in eſſe ſpecifico, ut ſpecifica differentia, tractum eſt hoc totum ex 7. metaph. t. com. 9. vbi commendat definitionem, & quidditatem Architæ dicentis definitionem, & quidditatem eſſe ex materia, & forma, ex genere, & differentia.

Quartum quidditatiuum ab Ariſtotele non reperio dictum.

Quintum quidditatiuum indicatiue ab Ariſt. in 7. metaph. t. com. 55. reperitur. In habentibus quidditatem; quidditas eſt idem cum eo, cuius eſt; vbi exponit, quòd quidditas eſt idem, ideſt definitio eſt idē cum eo, cuius eſt.

Sextum

Sextum patet de ſe, cùm appropriate dicatur quidditatiue ex eo, quod in quid prædicatur.

H. Duas concluſiones poſuit. T.R. quarum prima fuit. Illa ſunt idem ex natura rei de quibus duo prædicata oppoſita ſine opere collatiuo intellectus prædicari non poſſunt, ut homo & homo, Sortes eſt Sortes, ſecunda.

Illa diſtinguntur ex natura rei, ſiue modaliter, inter quorum extrema duo contradictoria ſecluſo opere intellectus uerificari poſſunt; ſicut ſe habent definitio & definitum; quia ſecluſo opere intellectus definitio eſt conſtitutiua, definitum uero non, Dubium ex his tale oritur, Definitio, et definitum, formaliter duo extrema, ſunt entia rationis; ergo debent diſtingui ab inuicem ratione, & non ex natura rei, ut infers.

S. Fateor, quòd ſi pro formali accipiantur definitum, & definitio; quòd ſecundæ ſunt intentiones, & quòd ratione diſtinguerētur, & non ex natura rei, ſed ego accipio illa extrema pro fundamento, & ut habent cognitum eſſe, & pro prima intentione.

H. Cùm prædicata quidditatiua non ſint in actu completo; niſi habeant eſſe completum per intellectum; quo modo ergo definitio, & definitũ, ſecluſa omni operatione, intellectus, poſſunt ex natura rei ita ſe habere, quòd prædicata de eis cōtradictoria uerificari poſsint.

S. Definitio, & definitum ſic ſe habent, quòd de eis contradictoria uerificari poſſunt ſine actu collatiuo, non autem ſine actu abſtractiuo ĩtellectus: Ideo ſi definitũ, et definitio capiatur, ut eſt quædam prima intentio in

ordine ad ſecundam intentionem, logica erit conſideratio; & infert rationis diſtinctionem, ut autem definitum dicit non rem ſed realitatem contrahibilem generis, & realitatem contrahentem differentiæ dicat definitio; metaphiſica erit conſideratio; & ſic ex natura rei diſtinctionem infert.

H. Cur cenſuit. T. R. definitionem a definito ex natura rei diſtingui?

S. Quia eſſent in ſylogiſmo duo termini tantum, & quia in demonſtratione cõmitteretur fallacia petitionis principij, & idem per idem probaretur; ſemperque idem eſſet inferens, & illatum ſi non diſtinguerentur ex natura rei, realiter enim non diſtinguntur (ut aiunt omnes) neque diſtinctio iſta per opus eſt intellectus collatiuum; ergo hac diſtinctione diſtingui erit neceſſe.

H. Cur modalem uocas eam?

S. Quia eſt inter rem, & modum rei, ſiue quidditatem, & formam; quaſi modum illius.

H. Superius, & inferius dixit. T. R. eadem diſtinctione diſtingui; quia ſuperius eſt multiplicabile, inferius uero non, at inferius multiplicabile apparet. Quo modo ergo diſtinctio hæc aſsignatur?

Nam ſi quicquid per ſe, & ex ſui natura competit ſuperiori competit etiam inferiori; ſicut eſſe ſubſtantia competit animali, ergo homini, igitur & Sorti; ſed per ſe, & de ſui natura competit ſuperiori multiplicabile eſſe, igitur & inferiori.

S. In ſuppoſitione perſonali tua minor eſt uera, in ſimplici

plici uero non, nam ſi omni animali competit ſenſus, ergo, & Sorti; ſi omni animali eſſe ſubſtantia, & Sorti; at in ſimplici non, cum multa ſuperiori competant, quæ repugnant inferiori, ut eſſe ſpecies conuenit homini; eſſe genus competit animali, ergo & Sorti, & eſſe genus, & eſſe ſpecies competere debet?

H. Videtur, quòd ſuperius non ſit multiplicabile, adhuc ex tua doctrina; dixit enim T. R. in prologo. 1. ſent. q. ultima quòd ſi ſint duo oppoſita, & unum illorum per ſe competit alicui, reliquum neque per ſe, neque per accidens illi competere poteſt: & in 3. diſt. 2. dixit quòd natura communis eſt per ſe multiplicabilis, per accidens uero, ut eſt in inferioribus eſt multiplicabilis, Iſta duo in primis circa hanc communicabilitatem oppoſita eſſe videntur, & non ſibi conſona. & ſecundo uidetur, quòd ſuperins non ſit multiplicabile, quia ſi uere, & per ſe eſſet multiplicabile numquam per accidens eſſet multiplicabile.

S. Superius per ſe eſt multiplicabile, & nullo modo poteſt ei competere neque per ſe, neque per accidens eſſe non multiplicabile. Nota tamen tres terminos.

Primum quòd multiplicabile per ſe eſt natura communis, abſtracta ab inferioribus; ut homo abſtractus ab indiuiduis, & ſingularibus ſuis.

Secundum, multiplicabile per accidens eſt natura indiuidualis, ſiue in indiuiduo, cuius naturæ accidit, ut ſit multiplicabilis; ſicut accidit ſibi, ut ſit in Sorte; de ſe enim apta nata eſt eſſe in Ioanne, Franciſco, & in alijs.

Tertium immultiplicabile per ſe eſt differentia indiuidualis, ut ſorteitas. His prælibatis regula plana erit, Cui competit communicabile per ſe, ſicut naturæ communicabilitas per ſe, competit eidem naturæ in multiplicabili per ſe, ſiue immultiplicabilitas per ſe, ut eſt differentia indiuidualis, neque per ſe, neque per accidens competit, bene autem naturæ per ſe communicabili poteſt competere illud, quod non eſt per ſe communicabile, ſiue incommunibilitas, quæ ille accidens competit, haud competere poteſt ſic per accidens ſuperiori naturæ; nam regula eſt, quód ſi unum per ſe cõpetit, vni oppoſitum illius eidem cõpetere nequit ullo modo, non autem eſt regula quòd cui competit unum per accidens, alteri naturæ per accidens competere non poſsit, & ſic multiplicabili per accidens ideſt indiuidue naturæ, ut Sorti poteſt competere communicabilitas per accidens, ideſt in prædicatiore accidentali, ut homo eſt Sortes: at incommunicabile per ſe, ut differentia indiuidualis neque per ſe, neque per accidens naturæ communi, quæ eſt per ſe communicabilis, competere poteſt.

Ita dicimus genus, ut quid, erit ſpecies, ut modus; & ideo iſta eſt uera genus eſt ſpecies; cùm genus uere ſit reſpectu inferiorum, & ſpecies eſſe dicatur reſpectu ſuperiorum, & tunc habet modum ſpeciei, & non generis: at genus ut quid, neque eſſe ſpecies ut quid nequit per ſe, neque per accidens.

H. Alia eſt difficultas de toto, & partibus, quæ inter ſe dicit. T. R. eſſe diſtincta ex natura rei; Quod difficile appa-

le apparet, cùm totum nihil aliud ſit, quàm ſuæ partes, ſecundum eos, qui de literis benemeriti ſunt.

S. Quid in hac re ſentiant uiri periti, quiduè differentiæ inter eos appareat, queſtionem faciam ſuo loco; modo ſit ſatis intelligere totũ in triplici eſſe differẽtia. Primum logicum ex genere, & differentia compoſitum, ut eſt ſpecies; & iſtud non niſi ratione a ſuis partibus eſt diſtinctum. Secundum, phiſicum eſt, homo ex materia, & forma compoſitus; quod ex natura rei, & realiter a ſuis diſtinguitur partibus etiã ſimul ſumptis.

H. Vnde eſt quòd ex natura rei uocamus, & realem diſtinctionem appellamus circa aliqua eadem?

S. Ex eo quia fundari poſſunt duo contradictoria in extremis duobus, vt inter cõmunicabile, & non communicabile dicitur ex natura rei diſtinctio, ut vero conſiderantur, ut res & res illa extrema, utque illa habẽt eſſe eſſentiæ uel exiſtentiæ, & ſubſiſtentiæ realis diſtinctio appellatur, ut eſt inter materiam, & formam phiſicam; & totum compoſitum ex illis.

H. Dicas tertium compoſitum?

S. Compoſitum tertium metaphiſicum dicitur, ut ex actu, & potentia; ut animal, & rationale componũt hominem metaphiſice, & compoſitum a ſuis ſic ſumptis partibus, non reale, ſed ex natura rei diſtingui dicimus (licet Burleus uoluerit hominem realiter a Sorte eſſe diuiſum) ex realitate enim generis eſt, & ex realitate differentiæ; ideo hoc totum cùm ſit, non realiter, ſed ex natura rei diſtinctum dicimus; animalitas enim pro realitate potentiali, & rationalitas pro rea-

tur ſecundum Doctorem in 2. diſ. 1.) In creaturis ſunt modi intrinſeci, actus, & potentia, contingentia intenſio, & remiſsio, exiſtentia, & ſic de alijs. Iſti modi opponuntur inter ſe ſicut infinitum finito, contingens neceſſario, et ſic de alijs. Omnes iſti modi intrinſeci non intrant quidditatem, nec differunt ab ea formaliter poſitiue, ſed bene negatiue, hoc eſt quòd non ſunt de ratione formali ipſius quidditatis, quorũ ſunt modi intrinſeci, & tales modi reducuntur ad illud genus in creaturis, cuius eſt ſua quidditas. Landulphus tamen in ſuo primo, in prologo tenet oppoſitum cum quo multi tenent, quòd modus intrinſecus eſt idem formaliter cum illo cuius eſt modus intrinſecus, uidelicet conſtituti per ipſum; & exemplificat de infinitate, quæ eſt modus intrinſecus Dei, & eſt de quidditate, ſeu de ratione quidditatiua ipſius Dei. Hoc etiam uidetur tenere doctor in quolibet quia ex eo, quòd natura diuina eſt infinita, eſt natura, cùm natura diuidatur, quia alia eſt finita, & iſta eſt creaturarum; alia autem infinita, & iſta eſt natura diuina.

H. Modus eſt idem formaliter negatiue ei, cuius eſt modus; & ab eo diſtinguitur formaliter negatiue; ergo idem, & diuerſum de eodem dicitur, e poſitione hac cùm ſint oppoſita immediata circa ens idem, atque diuerſum.

S. Diſtingui formaliter negatiue, & eſſe idẽ formaliter negatiue ſunt oppoſita: ſi circa idẽ ſumantur reſpectu eiuſdem; & ſecũdũ idem; ſed ſi reſpectu diuerſorum nõ

num, & ęgrum ſunt immediate oppoſita circa animal, non autem ſanum,uel egrum formaliter; quia animal de ſe neque ſanum eſt,neque egrum; Ideo illa eſt falſa conſequentia a ſuppoſito falſo,quòd illa uidelicet ſint immediate oppoſita,& illa eſt falſa, finitas formaliter eſt, ſi ly finitas reſpiciat ſubiectum cum modo, formaliter enim ſiue quidditatiue non ineſt illi.

H. Finitas non eſt idem formaliter poſitiue Sorti, ergo eſt formaliter non idem,& ſequitur, ergo diſtinguitur formaliter poſitiue ab eo. patet, prima conſequentia. ex ſecundo Perihier: Secunda autem patet, quia non idem,& diſtinctum uidentur eſſe equipolentia.

S. Prima conſequentia eſt falſa. & cùm probas ex ſecundo perhi. dico quòd regula illa eſt uera in prædicatis ſimplicibus,non in compoſitis; a negatiua enim de prædicato finito ad affirmatiuam de prædicato infinito ualet conſequentia, ideo non ſequitur Sortes non eſt albus muſicus, ergo Sortes eſt albus non muſicus. Ita in propoſito, licet ſequeretur Sortes non eſt albus, & eſt, ergo eſt non albus; Ita finitas non eſt idem Sorti, & finitas eſt, ergo eſt non idem: Non tamen ſequitur finitas non eſt idem formaliter poſitiue ipſi Sorti, ergo eſt formaliter non idem poſitiue? ex dictis patet: Tum etiam non ſequitur,quia non infinitatur totum, quod eſt a parte prædicati in affirmatione, ſed deberet ſic inferre, ergo eſt non formaliter idem poſitiue per regulam logicam, quæ uult, quòd totum prædicatum infinitetur in conuerſionibus iſtis, de vna negatiua de prædicato finito

ad

ad unam affirmatiuam de prædicato infinito ualet, uidelicet, ſi totum infinitetur prædicatum: falſa eſt igitur prima conſequentia uidelicet finitas non eſt formaliter idem negatiue, ergo eſt formaliter non idem ſed iſta dimiſsa, ſecunda eſt falſa finitas eſt formaliter non idem poſitiue, quia arguitur a ſuperiori ad ſuum inferius. non idem enim ſuperius eſt, & in plus ſe habet, quàm diuerſum, uel diſtinctum. Chymera enim non eadē eſt cum Sorte, & tamen non diſtinguitur ab eo, cùm diſtinctio preſupponat extrema poſitiua; non idem autem, alterum ſat eſt ponere; unde Sortes, & chymera ſunt non eadem, ſi enim Sortes, & chymeră diſtinguerētur, dicere oporteret, Sortes diſtinguitur a chymera, ergo Sortes eſt, & chymera eſt, & Sortes non eſt chymera; per prius etiam alicui competit non eſſe idem, quàm diſtinctum; quia prius contradictoria ſunt, quàm contraria, idem, autem, & non idem contradictoria ſunt, idem uero, & diſtinctum ſunt contraria, uel priuatiue oppoſita.

H. Si modus intrinſecus non variat rationem formalem illius, cuius eſt modus; igitur ſubſtantia non diſtinguitur ab alijs nouem prædicamentis, quod eſt falſum, deſcendit enim ens finitum in illa per decem modos ſcilicet per ens in ſe, & ens in alio, & iſtud ens in alio diuiditur in nouem modos per quale, quantum &c. quare ſequitur, quòd non ſint diſtincta formaliter, ſi modus non uariat rationem formalem.

Di-

S. Dicitur, quòd decem prædicamenta diſtinguntur per modos modaliter; & formaliter per quidditates ſuas, per quas ens deſcendit in illa.

H. Non ne per modos iſtos aſsignant omnes ens in iſta deſcendere?

S. Aſsignant quidem, ſed quo ad noſtrum modum intelligendi.

H. Si non uariat, ergo deus non uidetur ſaltem formaliter diſtingui a creatura. diuiditur enim ens per finitum, & infinitum, & aſsignatur Deus illud ens infinitum, finitum autem creatura, ſi igitur modus non variat rationem formalem, ergo formaliter deus non diſtinguitur a creatura.

S. Deus formaliter, & eſſentialiter a creatura diſtinguitur, & non per modum finitum, & infinitum iam dictum in ſe, ſed quo ad noſtrum modum intelligendi, per ſuas autem quidditates, quidditatiue, eſſentialiter, & formaliter diſtinguitur.

H. Quando prædicatur concretum de abſtracto, propoſitio non eſt uera niſi ſit in primo modo dicendi per ſe, iſta autem eſt uera formaliter, eſſentia diuina eſt infinita, ergo eſt per ſe in primo modo dicendi, ſed illud, quod prædicatur in primo modo dicendi, dicit rationem formaliter, ergo poteſt variare illam, ergo infinitas modus intrinſecus uariat rationem formalem.

S. Prædicatio per ſe in primo modo, habet quattuor gradus. primũ cùm ſuperius in recta linea prædicatur

de

de ſuo per ſe inferiori, & in iſto modo oportet, quòd ſit talis iam dićta propoſitio ad hoc, quòd ſit uera, de abſtracto concretum, quòd illud uidelicet concretum ſit tamquam ſuperius immediate ad illud, quod non eſt in propoſito. Eſt enim in ſecundo gradu, qui eſt quan do prædicatũ intrinſecum, dicens quale de eo, cuius eſt modus, ut differentia, vel modus intrinſecus, ut homo eſt rationalis, uel deus eſt infinitus.

Tertius gradus eſt quando definitio, de definito prædicatur, quæ eſt ratio tota intrinſeca, ut homo eſt animal rationale.

Quartus gradus eſt quando idem de ſe ipſo prędicatur, ut Sortes eſt Sortes.

Secundus modus dicendi per ſe eſt, quando propria paſsio prædicatur de ſubiecto, ut homo eſt riſibilis.

Tertius modus eſt eſſendi, ut Deus eſt.

Quartus eſt quando effectus formalis prædicatur de aliquo mediante ſua cauſa formali, ut paries eſt albus albedine; homo eſt iuſtus iuſtitia, eſſet igitur dicendum eſſentia diuina eſt ens, & eſſet in primo gradu, & non eſſentia diuina eſt infinita; quia infinitum non eſt ad eſſentiam tamquam ſuperius in recta linea, eſt tamen ens.

H. Dixit T. R. æternitatem dicere ſiue eſſe modum intrinſecum ipſi Deo. Aug. 15. de trin. dicit, ſi dixero æternus, immortalis, iuſtus, bonus, beatus, ſpiritus, horum omnium nouiſsimum, quod poſui ſubſtantiam ſignificare uidetur; cetera uero ſubſtantiæ qualitatem; qualitas autem intelligitur proprietas igitur nõ

modus

modus intrinſecus erit æternitas, ſed proprietas, & omnis proprietas dicit formalitatem diſtinctam ab eo, cuius eſt.

S. Aeternitas non dicit proprietatem, neque qualitatem,& ſic neque formalitatem ad mentem Auguſtini niſi conſecutiue, ſiue preexigitiue, preexigit enim formalitatem æternitas, & quidditatem, cùm non habeat de ſe illam.

H. Anſelmus in monologion c. 15. dicit non eſt corpus, nec aliquid eorum, quod corporei ſenſus diſcernunt; ſed neceſſe eſt eſſe ipſum uiuentem, ſapientem, omnipotentem, uerum iuſtum,æternum; & quicquid abſolute melius eſt ipſum, quàm non ipſum, Vbi uidetur ponere inter perfectiones attributales, quæ ſunt ſimpliciter ſimplices æternitatem, quæ dicit, & uariat formalem rationem.

S. Dicimus, quòd Anſelmus intelligit æternitatem dicere perfectionem attributalem oſtenſiue,ſiue (ut dictum eſt) præexigitiue, ſiue conſequutiue, non autem quidditatiue, cùm non ſit ens, ſed quid entis.

H. Perfectio igitur in Deo non unico modo conſideratur?

S. In duplici genere ſunt perfectiones ad propoſitum, aliæ, quæ dicuntur quidditatiuæ, aliæ uero qualitatiuæ, ſiue modaliter, & denominatiuæ. Deo enim omnes reſpectus, ſiue perfectiones, quæ dicunt reſpectus ad extra ſunt perfectiones denominatiuæ, ut omnipotentia creationis, & conſeruationis reſpectu: & dicuntur perfectiones ſimpliciter denominati

nati

natiuæ, & non ſimpliciter quidditatiuæ. Simpliciter autem quidditatiua eſt voluntas, intellectus, & eſſentia; illæ autem præexigunt iſtas oſtenduntque; ideo dicuntur præexigitiue, uel oſtenſiue.

H. Quando T. R. dicit modum intrinſecum non uariare, rationem formalem illius, cui aduenit; aduenit autem ſuperiori, & inferiori, de quo intelligendum eſſe dicis?

S. De conſtituto inferiori, cui aduenit conſtitutiue; Nam ſequeretur, quòd non differet modus intrinſecus a differentia eſſentiali; Certum eſt enim, quòd differentia adueniens generi non uariat rationem formalem illius; ſicut rationalitas non uariat rationem formalem animalis; Vnde cùm differentia eſſentialis variet rationem formalem, cui aduenit conſtitutiue, & modus non uariet, ſequitur, quòd in hoc differrunt.

H. Differt igitur modus intrinſecus à differentia?

S. Differt quidem.

H. Quo modo?

S. Primo quoniam differentia dicit formam eſſentialem rei perfectæ, modus autem innuit, ſiue demonſtrat, atque oſtendit eſſe illius rei conſtitutæ, uidelicet per ipſum. ſecundo differt, quia differentia dicitur eſſe in genere, connotando in re conſtituta per ipſam contrahibile genus, nequaquam autem proprie id agit modus intrinſecus.

Tertio differt quoniam realitatem de ſe, ſiue formalitatem dicit differentia, modus autem non de ſe, ſed cum re cuius eſt modus, Quoniam autem

per

per ordinem iſta docere oportet redeamus ad textum unde egreſsi ſumus, percurrās igitur textum formalitatem mearum a loco demiſſo ſuperius ſi locum retinuiſti.

Sed quærendum eſt, quæ eſt ergo differentia inter modum intrinſecum, & differentiam, cùm utrumque ſit de ratione quidditatiua ipſius conſtituti? Dico quòd maxima eſt differentia.

Primo quoniam differentia dicit realitatem actualem qualitatiuam, quæ præſupponit realitatem potentialem, quam contrahat, & ſic ubicumque eſt differentia (proprie accipiendo differentiā) ibi eſt compoſitio realitatis actualis & compoſitio realitatis potentialis, quæ compoſitio ſufficit ad hoc, quòd aliquid ſit per ſe reponibile in prædicamento, non ſic autem eſt de modo intrinſeco ſecundum Sco. diſt. 8. primi, Imaginatur enim Scotus & ſubtiliter, quòd ens dicat conceptum quidditatiuum dictum de Deo, & creatura in quid, qui contrahitur per aliquos conceptus, dicentes quale; ſed nec iſte conceptus dicens quid dicitur conceptus generis, nec illi conceptus dicentes quale ſunt conceptus differentiarum; quia iſte conceptus quidditatiuus eſt communis ad finitum, & infinitum: qualis conceptio non poteſt eſſe in conceptu generis, cùm talis conceptus ſit neceſſario limitatus. Iſti autem conceptus contrahentes dicunt modum intrinſecum ipſius contracti, & non aliquam realitatem perficientem illud. Differentiæ autem non dicūt modum intrinſecum realitatis alicuius generis;

quia

quia in quocumque gradu intelligitur animalitas, non propter hoc inuenitur rationalitas, uel rationalitas eſſe modus intrinſecus animalitatis, ſed adhuc intelligitur animalitas in tali gradu perfectibilis a rationalitate, & irrationalitate.

Sed queres quo modo poteſt conceptus communis Deo, & creaturæ realis accipi niſi ab aliqua realitate eiuſdem generis. & tunc uidetur, quòd ſit potentialis ad illam realitatem, a qua accipitur conceptus diſtinguens, & tunc uidetur eſſe idem iudicium de ente, & modis intrinſecis ipſum contrahentibus, ſicut de cõceptu generis & differentiarum, ergo ſi conceptus generis, & differentiæ neceſſario faciant compoſitionem aliquam in illo, in quo ſunt, ſimiliter uidebitur dicendum de ente, & de ſuis modis intrinſecis ipſum contrahentibus. Confirmatur, quia ſicut duæ ſpecies conueniunt in realitate generis, & differunt per differentias, ita etiam Deus, & creatura conueniunt quidditatiue in ente, & differunt per modos intrinſecos. Reſpondeo breuiter ſecũdum Doctorem prædictum, Quando intelligitur aliqua realitas cum ſuo modo intrinſeco, ille conceptus non eſt ita ſimpliciter ſimplex, quin poſsit concipi illa realitas abſque modo iſto; ſed tunc eſt conceptus imperfectus illius rei. Exemplum ſi eſſet albedo in octauo gradu intenſionis quantumcumque eſſet ſimplex omnino in re, poſſet tamen concipi ſub ratione albedinis tantæ, & tunc perfecte conciperetur cõceptu adequato ipſi rei; uel poſſet concipi præciſe ſub ratione albedinis, & tunc conciperetur

ciperetur conceptu imperfecto, & deficiente a perfectione rei. Conceptus autem imperfectus poſſet eſſe communis albedini illi, & alij, ut conceptus proprius eſſet. requiritur ergo diſtinctio inter illud, a quo accipitur conceptus Communis, & illud a quo accipitur conceptus proprius in Deo, & creatura. Non quidem ſicut diſtinctio realitatis, & realitatis, Sed ſicut diſtinctio realitatis, & modi proprij intrinſeci eiuſdem; quæ diſtinctio ſufficit ad habendum conceptum perfectum, & imperfectum de eodem; quorũ imperfectus ſit communis, & perfectus ſit proprius; Sed conceptus generis, & differentiæ requiruntur neceſſario diſtinctionem realitatum, non tantum eiuſdem realitatis perfectæ, & imperfectæ conceptæ. Iſtud poteſt declarari ſic, ſi ponamus aliquẽ intellectu perfecte moueri a colore ad intelligendũ realitatem coloris, & realitatem differentię, quantumcumque habeat perfectum conceptum adęquatũ primę realitatis, a qua accipitur. cõceptus generis, non tamen habet in hoc conceptum realitatis, a qua accipitur differentia, nec e conuerſo, ſed habet ibi duo obiecta formalia, quæ nata ſunt terminare diſtinctos conceptus proprios, ſi autem eſſet tantum diſtinctio in re, ſicut realitatis, & ſui modi intrinſeci, non poſſet intellectus conceptum proprie habere illius modi intrinſeci, & non rei; ſed in illo cõceptu perfecto haberet unum obiectum adęquatum illi, ſcilicet rem ſub modo. Et ſi dicas ſaltem conceptus formalis eſt interminatus, & potentialis, ad ſpecialem conceptum ut realitas ad realitatem, uel ſaltem con-

ceptus entis communis non erit infinitus, quia nullum infinitum erit potentiale ad aliquid. Concedo quòd cóceptus ille communis Deo, & creaturę nec de ſe eſt finitus nec infinitus; quia ſi eſſet infinitus de ſe non eſſet de ſe ens commune Deo, & creaturæ; finito, & infinito: ſi etiam eſſet de ſe finitus; ita quòd de ſe includeret finitatem, tunc non competeret infinito, & ratio iſtorum duorum dictorum eſt; quia quòd côuenit alicui ſuperiori de ſe, ut eſt indifferens ad omnia ſua inferiora conuenit omnibus ſuis inferioribus, intelligendo quòd illud prædicatum conueniat ſuperiori ſic indifferenti habenti ſuppoſitionem perſonalem, ſed debet iſte conceptus dici indifferens ad finitum, & infinitum; & ratio poteſt concedi, quòd eſt finitus negatiue ideſt nō ponens infinitatem, & ut ſic eſt determinabilis per iſtos modos intrinſecos, qui erunt finitas, & infinitas.

Sed ſi arguas ergo realitas, a qua accipitur eſt finita, non ſequitur: non enim accipitur ab aliqua realitate, ut conceptus adæquatus realitati, ſed diminutus, uel imperfectus intātum etiam; quòd ſi iſta realitas, a qua accipitur uideretur perfecte; & intuitiue intuens non haberet in ea diſtincte diſtincta obiecta formalia ſcilicet realitatem, & modum, ſed idem obiectum formale: tamen intelligens intellectione abſtractiua propter imperfectionem illius intellectionis poteſt habere unum pro obiecto formali; licet non habeat alterum. Hęc ſcotus ubi ſupra. Et ſic patet quòd licet modus intrinſecus ſecundum iſtum modum dicendi

cendi pertineat ad rationem quidditatiuam, ſicut differentia; tamen ualde differunt ut dictum eſt.

Secundo modo differunt modus intrinſecus, & differentia; quia modus intrinſecus uariat ſolum rationem quidditatiuam accipiendo rationem quidditatiuam pro conceptu quidditatiuo illius, cui additur, ſiue contracti per ipſum; Differentia uero uariat rationem quidditatiuam, & formalem, & ſic intelligitur dictum Scoti, quòd modus intrinſecus eſt, qui additus alteri non uariat rationem formalem, non enim dicit, quòd non uariat rationem quidditatiuam, ſed formalem, quia quidditatiuam bene poteſt uariare, ut patet de finitate & infinitate, quæ uariat rationem, ſeu conceptum quidditatiuum ipſius entis. Quæ autem differentia ſit inter rationem quidditatiuam ſolum, & quidditatiuam, & formalem ſimul, alias forte dicetur; Solum iſtud dico pro nunc, quòd ratio quidditatiua, & formalis conuenit ſolum ſpeciei, ſiue ſpecialiſsimæ, ſiue ſubalternæ; & omnis, & ſola talis ratio debet habere genus, & differentiam ipſam conſtituentia, ut patet per Porphirium in prædicabilibus. Ratio uero quidditatiua, poteſt conuenire omnibus alijs habentibus conceptum communem quidditatiuum, & proprium qualitatiuum, & ſic ratio quidditatiua, & formalis eſt, quæ datur per priora, quæ ſunt de eſſentia definiti; & ſic patet ſecunda differentia inter modum intrinſecum, & differentiam.

Ex prædictis infero, quòd quidditas, & eius modus intrinſecus, & modi intrinſeci ad inuicem; & oĩa, quæ ſunt in recta linea prædicamentali diſtingũtur ex natura rei abinuicem, & ſimiliter ens a Deo, & creatura; & breuiter quodlibet conſtitutiuum a ſuo conſtituto; omnia enim iſta diſtingũtur ſecluſo opere intellectus, & non diſtinctione reali, proprie capiendo diſtinctionem realem, ergo aliqua diſtinctione media inter diſtinctionem rationis, & realem iſtò modo ſumptam, Hanc diſtinctionem mediam uoco ex natura rei, quæ, ut patet ex ui uocabuli, negari non poteſt, licet diſtinctionem inter modum, & quidditatem Franciſcus modalem appellauerit tamquam a denominatione imperfectori, & ignobiliori.

Sed contra iſtam diſtinctionem ab aduerſarijs arguitur ſic, vel diſtinctio ex natura rei eſt preter opus intellectus, uel per opus intellectus; ſi ſolum per opus intellectus, ergo eſt diſtinctio rationis ſolum per uos, qui ſic diffinitis diſtinctionem rationis; Si eſt preter intellectum ergo eſt diſtinctio realis, quorum utrumque negatis. Dico, quòd diſtinctio realis poteſt accipi dupliciter; uno modo large pro omni diſtinctione, quę eſt ſecluſo opere intellectus, & ſic inter diſtinctio, nem rationis, & diſtinctionem realem, non eſt diſtinctio media; & ſic dico, quòd diſtinctio ex natura rei eſt realis iſto modo capiendo diſtinctionem realem; alio modo capitur diſtinctio realis proprie, quæ eſt inter rem, & rem, & ſic dico, quòd inter diſtinctionem realem, & diſtinctionem rationis eſt diſtinctio ex natura

tura rei media, & formalis. Ex hoc patet, quòd diſtinctio ex natura rei eſt reſpectus qui oritur ex proprijs rationibus formalibus terminorum ſecluſo quocumque actu potentię collatiuæ. Et hæc de ſecundo articulo huius ſecundi articuli principalis. Textum recitaui. Tu uero in lectione ſequenti mouere poteris occurrentes difficultates in ipſum.

LECTIO XXIII.

S. AN dubium aliquod mi Hieronyme in lectione externa tibi derelictum ſit?

H. Exiſtentia Dei in ipſo Deo, modus an intrinſecus ſit, uel de eſſentia, potius dicatur eſſe ipſius Dei?

S. Scias de eſſentia eſſe ipſius Dei, non autem modum intrinſecum.

H. Multiplicato aliquo, multiplicantur omnia, quæ ſunt de quidditate ipſius; Cũ igitur tres dicantur perſonę eſſe diuinæ, uiderentur tres eſſe exiſtentiæ, ſi exiſtentia foret de eſſentia Dei, unica tamen eſt trium perſonarum exiſtentia, & non tres.

S. Scias tres eſſe perſonas in diuinis, & tres eſſe ſubſiſtentes ſiue ſubſiſtentias, non autem tres exiſtentias, cùm autem dicis, quòd multiplicato aliquo, multiplicantur omnia, quæ ſunt de quidditate ipſius, intelligendum eſt, quòd illud, quod multiplicatur ſit prius, & non poſterius, modo, eſſentia eſt quid prius ori-

gine ſaltem, illa autem non multiplicatur; ideo quia eſſentia unica eſt, dicimus unicam eſſe exiſtẽtiam omnium, quæ ſunt in Deo, vnica enim exiſtentia exiſtunt omnia in ipſo.

H. Multiplicantur perſonæ, quo modo id fieri poteſt, ſi illæ multiplicantur, quòd ſaltem non multiplicetur exiſtentia?

S. Homo erit unus, & unicam habebit eſſentiam, & vnicam exiſtentiam, & plures habebit filios; & licet filiationes multiplicentur, & reſpectu illarum paternitates multiplicentur, uel non multiplicentur, eſſe tamen illius, neque exiſtentia multiplicabitur, licet in illis multiplicetur, & eſſe, & exiſtentia. Multiplicatio aũt illa fit ex abundanti perfectione illius eſſentiæ; quæ cùm ſit fæcũda, habet poſſe tales fructus emittere, ſiue cauſare; Dei autem eſſentia habet, ut poſsit ſe infinitum bonum communicare per inexiſtentiam tribus illis perſonis diuinis (vnica exiſtentia, & unica eſſentia, remanente in illis).

H. Quare igitur in creaturis ſi multiplicatur perſona, multiplicatur (reſpectu illius perſonæ multiplicatæ) & eſſe, & exiſtentia?

S. Quia cuilibet perſonæ creatæ correſpondet ſuum eſſe, ſuaque eſſentia, ideo, & ſua exiſtentia, non autem in diuinis.

H. Quare igitur datur tale eſſe creaturæ, ut quælibet perſona habeat ſuum eſſe, ſuamque exiſtentiam, & non datur diuinæ perſonæ?

S. Propter imperfectionẽ naturæ humanę, & perfectionem

nẽ naturæ diuinæ; Q̃m igitur natura humana in cómu ni habet eſſe ſolũmodo per abſtractionẽ,& non habet eſſe uerũ per eſſentiam, ſed eſſe ſuum abſtrahitur ab i- diuiduis ſuis,& conſeruatur in illis, ideo eſſe hóis depẽdet a ſuis inferioribus, a quibus ĩtellectus abſtrahit eſſe illud cõe,quòd de illis poſtea prędicatur; eſſe aũt diuinũ per ſuã infinitã perfectionem,& uerũ eſſe eſſentiale,& per in exiſtentiã habet, & nõ per indifferentiã,ut homo,ſiue natura hõis in cõi; ideo non depẽdet a perſonis,& illæ perſonæ non dant illi eſſe per abſtrahentẽ intellectum,ideoq; non multiplicant eſſentiam, neque exiſtentiã in diuinis,neque in ſe,quia dependẽt ab una eſſentia,neque in Deo,quia illa cùm ſit infinita multiplicari nequit,neq; exiſtẽtiã multiplicare queát illæ perſonæ, quia illa exiſtentia, qua exiſtit eſſentia, ambit totũ eſſe illarũ,& quia ſatisfacit magis in infinitũ,quã ſi propriã quælibet haberet exiſtentiã,& ſimiliter de eſſe illo eſſentiæ videlicet gaudẽt,tũ quia eſſe ꝑpriũ eſt,tũ etiã quia nõ potuiſſet illis maius,aut nobilius illo cõferri,neq; digniori exiſtẽtia exiſtere poſsét.

H. Nonne uidetur,quòd aliqua dignitas cóſideretur ex dictis in eſſe perſonæ creatæ, quæ non uidetur in perſonis diuinis?habent eñ perſonæ creatæ naturam communem,quæ prędicatur de ipſis, quia iſta eſt vera,Sortes eſt homo, Franciſcus eſt homo,&c. & habent eſſe & exiſtentiam propriam, quam non habent, uel non uidentur habere perſonæ diuinæ.

S. Perſona creata habet eſſe propriũ creatũ,& depẽdet ab illo eſſe,videlicet diuino trium perſonarũ,eſſe autẽ

illarum perſonarum eſt independens, infinitum, & ſummum bonum, & eſt propriũ cuilibet perſonæ diuinæ, & magis intimum, quã perſonæ ſibi intimæ ſint; Eſſe autem prædicabile, cùm habeat perſona creata in natura ſua communi, dicitur illud habere per opus intellectus abſtrahentis; ideo fit talis prædicatio etiam per intellectum, eſſe autem eſſentiæ diuinæ uere, & non per intellectum abſtrahentem habet eſſe; & etiam prædicatur de perſonis, quia iſta eſt uera, Pater eſt Deus, Filius eſt Deus, & Spiritus ſanctus eſt Deus, & quia bonum unitum eſt magis bonum, quàm diſtinctum; ſiue indiſtinctum magis quàm diſtinctum; ideo dicimus non tres Deos, ſed unicum eſſe Deum.

H. Igitur natura illa communis, quæ de hominibus omnibus prædicatur eſt ens rationis, cùm habeat eſſe per intellectum, & perſonæ, homineſque, qui recipiunt talem prædicationem, ſunt primæ intentiones, quia dicis illam communem naturam, quam ſpeciem uocamus conſeruari in illis?

S. Non dico naturam illam communem, quæ prædicatur de inferioribus eſſe ſecundam intentionem abſolute, ideo dixi illam habere eſſe per opus intellectus abſtractiuum, & non collatiuum; dico tamen, quòd, ut habet eſſe per opus abſtractiuum intellectus, quòd eſſe illud dicitur metaphiſicum, quia metaphiſici eſt abſtrahere a particularibus rebus; Dum autem habet eſſe ab intellectu collatiuo, ſiue per opus conferentis intellectus, dicitur non natura humana proprie, aut communis, ſed ſpecies, & eſt ſecunda in-

da intentio, dum dicitur unum eſſe prædicabile; neutro tamen modo habet eſſe illa natura præter opus intellectus; ſua uero indiuidua ſi conſiderentur, quatenus dicuntur homines, eſſe talium eſt reale; ſi conſiderentur quatenus ſunt fundamenta talis nature, eſſe talium dicitur prima intentio, quia eſſe cognitum eſt; quòd ſi conſiderentur quatenus de illis prædicatur ſuperior illa natura, & iſta indiuidua ſub illa eſſe dicatur, iſta omnia ſecundæ erunt intentiones, quia eſſe tale non confertur illis, niſi ab intellectu collatiuo.

H. S. R. probat in di. 12. 4. q. 2. per infinitaté exiſtentiam in diuinis perſonis; ſi igitur infinitas eſt medium tale; igitur eſt prius quàm exiſtentia, ſed infinitas eſt modus intrinſecus, igitur & exiſtentia.

S. Nolui ego probare per infinitatem exiſtentiam, ſed uolui probare, quòd relationes per ſe ſunt; nec ſunt in alio ſi infinitæ ſunt; ſed quia infinitæ non ſunt, non per ſe ſunt, ſed in alio.

H. In prima diſtinctione primi, S. R. habet quòd nos non poſſumus cognoſcere aliquam perſonarum diuinarum, non cognita eſſentia, neque frui aliqua illarum etiam in uia, niſi fruamur eſſentia; bene contingit cognoſcere eſſentiam, & frui ea, ſiue perſonarum fruitione; ſimiliter bene poſſumus unam perſonam cognoſcere ſine alia, & ea frui; Si igitur exiſtentia eſt de quidditate, & eſſentia Dei; quodcumque prædicatum de Deo ſciremus, ſemper oportebit exiſtentiam cognoſcere; Similiter non poſſemus

unam

unam cognoſcere perſonam non cognita exiſtentia, quæ ratio conſona non uidetur.

S. Scias, quòd de ſe non eſt intelligibilis una perſona non intellecta eſſentia, neque fruibilis pariter, quia eſſentia eſt eſſentiale perſonarum, & quid natura prius illis; neque ex conſequenti cognoſcimus exiſtentiam, quia de intrinſeca eſt ratione illius: & uerum eſt hoc de intellectu diſtincte concipienti, & in ſe, non autem reſpectu noſtri intellectus confuſe concipientis.

H. Eſt modus uiatorum, & a S. R. aſsignatus, ut non poſsimus perſona aliqua frui, quin fruamur eſſentia?

S. Eſt uerum; quòd eo modo quo fruimur, nos non poſſumus poſteriori frui, niſi per prius fruamur: quod prius eſt (dummodo cognoſcatur a nobis) quia uero eſſentia, ut exiſtentia non cognoſcitur a nobis, ideo fruimur eſſentia non ut exiſtentia hæc ſit, ſed ut eſſentia eſt.

H. Scientia abſtrahit ab exiſtentia, & S. R. habet in 2. diſt. 1. q. 2. quòd de Deo nos habere ſcientiam poſſumus, ſi autem exiſtentia ſit de quidditate ipſius Dei, erit prædicatum primi modi; a quo ſcientia non abſtrahit; Quo modo igitur ſtare poteſt, quòd ſcientia abſtrahat ab exiſtentia, & non abſtrahat; & quòd de Deo poſsimus habere ſcientiam, & non habere, eſt habere per dictum. S. R. non habere, quia ſcientia ab exiſtentia abſtrahit, quam exiſtentiam a Deo abſtrahere nequimus, cum ſit quod eſſentiale, & cùm non cognoſcamus Deum quatenus exiſtit, ſed quatenus

nus eſt, ideoque ſequeretur, quòd nos non haberemus ſcientiam de Deo ueram, ſed falſam, & quòd nos non poſſemus eam habere.

S. Concedo, quod pro ſtatu iſto nos non habemus ſcientiam de Deo, quoad exiſtentiam; habemus tamen ſcientiam de Deo quo ad alia prædicata, ut quòd eſt intellectus, ſpiritus, ſapiens, iuſtus, infinitum bonum, prima cauſa, & ſimilia de Deo cognoſcere bene ualeamus.

H. Ergo poſſumus cognoſcere Deum non cognita ſua exiſtentia?

S. Poſſumus.

H. Ergo non habemus ueram ſcientiam de Deo, quia ſcientia abſtrahit ab exiſtentia.

S. Bene habemus ſcientiam de Deo, quatenus ab exiſtentia abſtrahit, non autem inquantum habet exiſtentiam.

H. Ergo non cognoſcimus Deum ſecundum prædicata quidditatiua.

S. Concedo quantum ad hoc prædicatum, ut eſſentia hæc, & exiſtentia hæc; quia illa non ſunt cognoſcibilia prædicata a Viatore.

H. Illa, quæ ſunt communia Deo, & creaturis, ſunt eiuſdem rationis ex. 1. diſt. 3. & 8. exiſtentia autem communis eſt Deo, & creaturæ, ergo ſi eiuſdem rationis ſit, cùm in creatura modus dicatur eſſe intrinſecus; & in Deo erit intrinſecus pariter modus.

S. Eiuſdem rationis ideſt conceptus, non autem ſpeciei, cùm in Deo ſit tranſcendens.

H. Quæ-

Quæ unũ nõ ſit de eſſentia alterius, in nullo uno ſic uniuntur formaliter; ſed ens, & exiſtentia in ſuis ſic conceptibus ſimplicisſimis, & abſtractisſimis, non ſe formaliter includunt, ergo in nullo erunt formaliter idem, ſiue unum, maior manifeſta eſt; quia ſi concetceptus non includit formaliter conceptus, ubicunque iſti conceptus manent ſecundum proprias rationes, unus non includit formaliter alium. Quia manente propria ratione formali alicuius, manet eadem identitas, uel diuerſitas ad alium conceptum, minor hoc pacto probatur ab authoritate Boetij ſuper prædicamenta, qui ait quòd in tantum differt eſſentia, ab exiſtentia, quòd prædicamenta ſunt de eſſe, & non de exiſtentia, alioquin roſa in hyeme non eſſet in prædicamento.

S. Maior uera eſt; ad minorem; ſcias duplicem eſſe exiſtentiam alteram creatam, alteram uero increatam, de creata eſt verum, quòd quidditas non includit exiſtentiam, quidditas uero diuina bene includit in ſuo ſimplicisſimo conceptu exiſtentiam formaliter ſecum eſſe; Ad probationem uero Boetij dicitur, quòd intelligitur de eſſe, & de exiſtere creato, non autem increato, & tranſcendenti.

H. Vbi S. R. in ſua doctrina poſuit exiſtentiam eſſe de quidditate ipſius Dei?

S. In 1. diſ. 2. q. 1. Vbi dico exiſtentiam diuinam immediatisſime conuenire Eſſentiæ Diuinæ, neque aliqua ex parte prædicatum per ſe ſecundi modi, ſed primi dicimus eam eſſe, At in 6. q. quodlibet dixi exiſtentiam

tiam habere eundem modum, quem eſſentia habet, ſed eſſentia habet infinitum; ergo infinitas erit modus intrinſecus ipſius eſſentiæ, & exiſtentiæ, & non exiſtentia erit modus, ſicut infinitas intrinſecus ipſi eſſentiæ idem habet: Dionyſius de diuinis nominibus, cap. 5. partis. 3. Deus non quodammodo eſt exiſtens, ſed ſimpliciter, & icircumſcriptiue totum eſſe accipit in ſe ipſo; & praeaccipit, propter quòd dicitur rex ſæculorum; & ipſe eſt eſſe exiſtentibus, & ipſum eſſe exiſtentium, & exiſtens ante ſæcula; & eſt æuum æuorum, qui eſt ante ſæcula.

H. In 1. q. quodlib. habes; Qualis eſt ordo per ſe inter aliqua, quæ ſunt diſtincta realiter, talis eſt ordo per ſe inter aliqua, ſi ſint diſtincta ratione, ergo ſicut exiſtentia habet ordinem ad quidditatem per ſe in creaturis; ita in Deo habere debet; ergo erit modus intrínſecus ipſa exiſtētia in Deo, quia eſt in creaturis.

S. Dictum eſt iam, quia exiſtentiæ iſta duplex, non eſt eiuſdem rationis ſpecifice, quia in realitate ſunt primo diuerſa Deus, & creatura, licet igitur exiſtentia in Deo, & creatura ſit eiuſdem conceptus, non ſequitur, quòd debeat eſſe omnibus modis idem.

H. Alia, regula, S.R. in 1. q. iā dicta eſt quòd cuicunq; non repugnat eſſe idem alicui ſubſtantiæ eſſentialiter, illud non conuenit ueriſsime illi ſubſtantiæ, niſi conueniat illi eſſentialiter, & quia intellectualitas, & rationale conuenit creaturis eſſentialiter, ſic etiam in Deo intellectualitas conueniet eſſentialiter; Ex his conſequens eſſe uidetur, quòd ſi exiſtentia in creaturis ſit

ris ſit modus intrinſecus, & nõ coueniat illis eſſentialiter, quod, & ipſi Deo eodẽ modo debeat conuenire.
S. Tantum in diuinis uere ineſt exiſtentia, & ĩ Deo ſolum quidditatẽ dicit; Ad regulã aũt, ſicut intellectualitas in creaturis eſt de eſſentia, ita in Deo. Dico quòd uerum eſt, ſi vtrobiq; uera inſit intellectualitas, & quia vere ineſt, ideſt uere dicit ĩ creaturis quidditatẽ, & in Deo intellectualitas, at de exiſtentia non ita eſt inferẽdũ; qm̃ ĩ creaturis uere nõ ineſt, ſi vere diceret eſſe etiã in Deo diceret; Modo regula eſt de prædicatis, quæ vere dicuntur eſſe de ſubſtantia creaturarum, & nõ de illis, quæ ſunt contingentia, ſiue modi rerum illarum.
H. Si Modus intrinſecus cũ Deo rẽ ſimpliciſsimã dicit; & nullã cõpoſitionẽ faciat; ſequi videtur, ꝙ tãtæ ſimplicitatis ſit creatura in cõceptu entis, quãtæ eſt deus.
S. Non ſequitur, quoniam creatura in quocumque conceptu cõcipiatur, ſemper erit finita, & limitata, & propter hoc ſemper compoſita aliqua compoſitione, ſaltem ex poſitiuo, & priuatiuo, non ſic autem de Deo.
H. Si exiſtẽtia nõ eſt modus ĩtrinſecus, ſaltẽ ĩfinitas modus ĩtrinſecus erit, & licebit ĩferre, ergo ĩ Deo ẽ cõpoſitio ex ente, & infinitate, modo ipſius Dei, ſiue entis.
S. Si ens eſt uniuocum Deo, & creaturæ, ergo Deus erit compoſitus ex ente, & infinito; Dicas igitur quòd non ſequitur compoſitio in Deo, quia ens non eſt realitas potentialis, neque infinitas eſt realitas actualis, cùm non ſit differentia, ex quibus unum fiat, ſiue conſtituatur compoſitum, ideo ex falſo ſuppoſito fundamento falſam concluſionem deducunt.

H. An

H. An modi intrinſeci iſti ab Ariſtotele poſiti ſint?

S. Ita in 2. Phi.t.c. 28. vbi ponit modos, ſiue diuiſiones per modos cauſarũ per ſe,qui diuerſi modi cauſandi per ſe,non ſunt niſi modi intrinſeci; vnde dicit,uno quidem modo cauſa dr̃, ex quo fit aliquid cum inſit ſicut eſt ſtatua, & iſte eſt modus cauſandi materiæ;alio aũt modo ſpecies,& exemplum,& iſte eſt modus cauſandi formalis;aliosque modos cauſandi ibi ponit, & in 8. met. c. x. ſpecies ſunt ſicut numeri, ideſt ſpecies habent modum numerorum, sm̃ quos modos ſpecies, & numeri conueniunt, & ſecundum quos differunt.

H. Sed,& diſtinctio ex natura rei an ponatur ab Ariſt.?

S. In 1. phi.4. c.5. vbi habet totũ indiſtincte ſignificat; Diffinitio aũt ipſius diuiditur ĩ ſingularia,modo inter ſignificare diſtincte,vt facit definitio, & ſignificare cõfuſe, ut definitũ eſt,datur diſtĩctio aliqua, nõ realis cũ ſit unica res,non rationis,cũ non per collatiuum intellectum;non formalis, cum definitio ſit in primo modo cum definito dicendi per ſe; igitur ex natura rei. item ĩ 2. poſt Medium eſt ratio alterius extremi ideſt definitio eſt mediũ minoris extremitatis, ut in iſta demõſtratione,oẽ animal rationale eſt riſibile, ergo oĩs homo eſt riſibilis; mediũ eſt animal rationale, quod ẽ definitio hominis, modo ne fiat petitio principij, eſt neceſſe, ut diſtinctio aliqua ſit inter hominem,& diffinitionem ipſius non realis, non rationis, non formalis, ergo ex natura rei, ratione iam dicta.

H. An ea, quę ĩ margine formalitatũ quæ nomine Mauritij poſita ſunt, ſint undequaque appretianda?

S. Nequaquã; ſunt eñ multa nomine Mauritij ſcripta,

quæ uel non ſua ſunt; ſibi impoſita, uel non uiſa, uel deficiente prelo, uel a ſuis diſcipulis ſunt ibi addita, quæ falſa omnino apparent, præcipue illud, quòd res ſit propria paſsio entis in lectione iam recitata. & hæc de 2. articulo &c.

LECTIO XXIIII.

TExtum hunc eſſe puto articuli tertij, in quo identitatem, & diſtinctionem formalem ipſe doceo.

Quantum ad tertium articulum in quo uidendum eſt de identitate, & diſtinctione formali, ſunt aliqua notanda.

Primo notãdum, quòd formalitas uenit de formali, & formale de forma: forma aũt dicitur multipliciter.

Vno modo dicitur forma prout eſt altera pars compoſiti, & hæc appellatur forma partis.

Alio modo poteſt accipi, pro forma totius, ideſt pro tota ipſa natura abſtractiue ſumpta, ſicut humanitas dicitur forma totius, non per informationem materiæ, ſed qua ſuppoſitum eſt quidditatiue homo; forma primo modo dicta eſt per ſe terminus formalis generationis, ſed forma ſecundo modo dicta eſt terminus primus, & adęquatus ipſiusmet generationis.

Alio modo dicitur forma de omni ſubſtantia in materiali eo modo, quo Deus, & intelligentiæ dicuntur formæ.

Alio modo accipitur pro forma accidentali.

Alio modo accipitur pro quacumque ratione ſub qua

qua ex natura rei aliquid poteſt cõcipi; & ab iſta forma vltimo modo ſumitur formalitas, de qua hic intẽdimus; Vnde licet ab utraque forma proportionaliter nominetur formalitas, non tamen ſic intendimus hic de ea; ideo formalitas hic intenta, nihil aliud eſt, quàm ratio obiectualis, ſub qua unaquæque res concipi poteſt ex natura rei; & dicitur formalitas a forma iſto modo propter ſimilitudinem, quam habet cũ forma primo, & ſecundo modo dicta; quia ſicut forma illis duobus modis capta eſt ratio cognoſcẽdi rẽ, cuius eſt; ita etiam forma, uel formalitas hoc ultimo modo dicta. Secundo eſt notandum quòd hæc dictio formaliter eſt modalis dictio aduerbialis, & determinatiua, & ſumitur quinque modis, vt ait Franciſcus in primo diſt. 8.

Primis tribus modis ſumitur, ut dicit determinationem copulæ propoſitionũ primi modi per ſe; ut cũ dr̃.

Primo modo, Homo formaliter eſt animal.

Secundo modo, Homo formaliter eſt rationalis

Tertio modo, Homo formaliter eſt aĩal rationale.

Quarto modo ſumitur formaliter, ut notat formã, uel determinationem alicuius, per denominationẽ intrinſecam ipſum denominantem; vt homo formaliter eſt riſibilis, homo formaliter eſt albus; & ſic de alijs.

Quinto notat actum, & operationem, quo, uel qua quis agat, uel patitur, uel operatur; ut cùm dicitur Petrus intellectione formaliter intelligit, uiſione formaliter uidet, & ſic de alijs.

Tertio notandum quòd quadruplex eſt prædicatio

Prima eſt quidditatiua,& formalis,ut eſt primus modus dicendi per ſe;& hic habet quatuor gradus.

Primus gradus eſt quando per ſe ſuperius in quid prædicabile prædicatur de ſuo per ſe inferiori,ut quando ens prædicatur de Deo, & creatura , uel genus de ſua ꝓpria ſpecie ,uel ſpecies de ſuo ꝓprio indiuiduo.

Secundus gradus ; quando prædicatum intrinſecum dicens quale prædicatur de illo , cui conuenit intrinſece,ut differētia de definito, uel modus ītrinſecus de cōſtituto per ipſum , ſecundum illam opinionem , quam ſuperius recitaui præcedenti articulo.Exemplum primi membri huius ſecundi gradus , ut homo eſt rationalis , exemplum ſecundi,ut Deus eſt infinitus, uel eſſentia diuina eſt infinita.Notandum tamen eſt quòd rationale ſumitur dupliciter ; uno modo , ut conſtituit tanquam pars formalis, nec iſto modo dicit aptitudinem ; ſed eſt differentia ; uel tenens modum differentiæ ; Alio modo ut dicit aptitudinem ratiocinandi; & ſic eſt propria paſsio,nec iſto modo facit prædicationem quidditatiuam ; quia nulla aptitudo pertinet ad primum modum dicendi per ſe; prædictam diſtinctionem ponit Franciſcus ſuper Por. ca. de differentia.

Tertius gradus eſt,quando tota ratio intrinſeca prædicatur de ſuo cōſtituto ; ut quando definitio prædicatur de definito , ut homo eſt animal rationale.

Quartus gradus eſt quando idem prædicatur de ſe ipſo;ut homo eſt homo;& capitur hic prędicatio quidditatiua, ut diſtinguitur contra prædicationem;in qua prædicatur aliquid extraneum , quia ut dicit Boetius,

hæc

hæc propoſitio, homo eſt homo, non eſt proprie quidditatiua prædicatio; quia nihil idem omnimode eſt de quidditate ſui ipſius; ſed large eſt quidditatiua prout diſtinguitur contra denominatiuam; Et iſti quatuor gradus faciunt primũ modũ dicendi per ſe, Aſſignãtur etiã alij tres ab Ariſt. 1. Poſter. t.c. 9. & ſic.

Secundus modus dicendi per ſe eſt, quando propria paſsio prædicatur de ſuo ſubiecto, & iſte modus habet duos gradus; Primus eſt quando adæquata paſſio prædicatur de ſuo adæquato ſubiecto, primo ut homo eſt riſibilis, ſecundus gradus eſt, quando paſſio adæquata ſuperior de per ſe inferiori ad ſubiectum prædicatur, ut Sortes eſt riſibilis.

Tertius Modus non eſt prædicãdi, ſed eſſendi, & iſto modo omnia per ſe ſunt, quæ per ſe, & non in alio exiſtunt; ſicut Deus, & omnes primæ ſubſtantiæ, quia nullo modo ſunt in alio.

Quartus modus dicendi per ſe eſt, quando effectus formalis prædicatur de aliquo mediante ſua cauſa formali; uel quando actus profluens ideſt progrediens a cauſa formali, dicitur de effectu formali, mediante cauſa formali; uel quando effectus prædicatur de ſuo immediato principio productiuo; Exemplum primi, ut homo albedine eſt albus; exemplum ſecundi; ut album albedine diſgregat, calidum calore calefacit, Exemplũ Tertij. Intellectus ĩtelligit, uolũtas uult; & ſic ď alijs.

H. Forma partis primo in loco a S. R. eſt inter formas aſsignata; quęrimus nos ſi forma, ut anima partis dr̃, an illa pars dicatur materia, ſiue corpus eſſe? Quod ſi corporis forma eſſe dicatur; quomodo dicitur forma

P 2 homi-

hominis, cùm corpus non ſit homo, ſicut neque anima homo dicitur?

S. Anima dicitur forma partis, non quia ſit forma corporis, ſed quia de toto compoſito in recto non prædicatur, & facit intranſitiuam conſtructionem, ut ſit ſenſus, forma partis, ideſt forma, quæ eſt pars.

H. Non eſt ergo anima forma corporis?

S. Eſt quidem.

H. Ergo corpus antequam anima ingrederetur ad infor mandum illud non habebat formam?

S. Habebat quidem, ſed aliam, & erat ſenſitiua,& ante uegetatiuam,& ante formam corporeitatis, & ante iſtud organizatum corpus forma erat carnis, antequam forma præibat ſanguinis, lactis, & demum ſeminis,ſed adueniēte anima intellectuiua ceſſarunt aliæ formæ proprios actus exercere, & anima loco earum exercuit ſuo imperio; ſicut ceſſauit forma ſemini adueniente forma lactis, uel ſanguinis, & forma ſangui nis adueniente forma carnis, ita adueniente anima in tellectiua proprias operationes operari illi dimiſerūt uegetatiua, & ſenſitiua, ut diceretur anima,& forma una, & non tres animæ, ſiue forme eſſe in homine.

H. Quare iſta forma eſt per ſe terminus formalis generationis?

S. Iam declaratum eſſe puto: Quoniam ad hunc termi num obtinendum, fiunt generationes, & corruptiones preuiæ omnes iam dictæ, ſicut in igne,cùm debet intromittere formam in lignum oſtenditur.

H. Forma totius ſecundo loco poſita eſt a S.R. An illa

forma

ma totius careat penitus ſua materia?

S. Materia proprie informanda omnino caret, ſed materia; ſicut forma totius datur, & totius dicitur forma, qua totum reſultat in ſuo eſſe quidditatiuo; Quoniam ſi quis interroget, homo quo formaliter eſt homo? humanitate reſpondendum erit, materia autem ipſius totius dicitur principium indiuiduationis; & dicitur per ſimilitudinem ad materiam partis, quia ſicut materia partis dicitur totum reſpicere, quia contrahit illud ita materia totius totum contrahit; non autem ſicut materia partis illud conſtituit, & differt a forma totius ſua materia; quia forma quidditatiue includit prædicatum, & quidditatiue dicitur de aliquo, materia autem neutrum proprie habet; ideo primo diuerſa ſunt. Homo enim de Sorte quidditatiue dicitur, & de homine animal rationale dicitur quidditatiue, humanitasq; differentia ſpecifica, ad Ens uere referibilis eſt; & ad prædicamentum ſubſtantiæ; materia autem totius non ita proprie.

H. In primo gradu prædicationis per ſe poſuit. S. R. Ens de Deo dici, & creatura; igitur ens erit genus? igitur Deus compoſitus erit; igitur Deus pariter erit definiendus?

S. Ens licet quidditatiue, & Vniuoce de eis dicatur, non tamen quatenus genus eſt; ideo non conſtitutiue in Deum cadit; cùm omnia ſint per eum facta, niſi manicheos ſequi uelimus, ſed dicimus in Deo rationem entis reperiri, in quadã nobilitate, & precioſitate ab alijs entibus, ſine eo quòd ens dicatur cõtrahibile, uel

modus infinitus dicatur contrahens illud ſiue realitas contractiua,ut in lectione præcedenti docuimus.

H. Cùm ſpecies prædicatur de ſuo proprio indiuiduo, prædicatio erit'ne per ſe, & in primo modo?

S. Ita.

H. Videtur tamen oppoſitum.

Primo quia prædicatio per ſe infert prædicationem de oĩ,quam hæc non infert. ſecũdo propoſitiones per ſe ſunt æternæ,iſta aũt Sortes eſt homo,nõ eſt æterna. Tertio Ariſtotiles aſsignat primum modum dicendi per ſe, eſſe,cùm tota definitio de definito prædicatur, uel partes definitionis in primo Poſt. Homo autem non eſt definitio, neque pars aliqua definiti, cùm non ſit genus, neque differentia. Quarto de ſingularibus non eſſet ſcientia; vnde Porphyrius docuit ab arte relinquenda eſſe; ideo in prædicamentis non ponitur indiuiduum ſignatum, ſed uagum.

S. Primum non ualet, eſt per ſe; ergo de omni;ſed ualet eſt de omni,ergo per ſe,quando ſubiectum eſt capax confuſionis,& diſtributionis, ideo iſta Sortes eſt homo eſt per ſe,licet non ſit de omni, quia ſubiectum Sortes, uidelicet, non eſt capax, ut fiat ſubiectũ propoſitionis uniuerſalis,in propoſito termino; hoc dico quia ſi diceretur Sortes (quatenus indiuiduum ſub homine) eſt homo,ergo omne indiuiduum eiuſdẽ rationis eſt homo, valeret;ſed clarius fit ſumendo ſubiectũ terminum communem, Homo eſt animal iſta eſt per ſe, ergo eſt de omni, quia omnis homo eſt animal,& quia de omni, ideo per ſe.

Ad ſecun-

Ad ſecundum dicitur quòd Sortes eſt homò; ueritas huius propoſitionis æterna eſt; & ad ueritatem illius non requiritur exiſtentia, quia ſcientia abſtrahit ab accidentibus iſtis, ſat enim eſt, quòd illa habeat eſſe cognitum, & ſi non in mente mea, ſaltem in mente diuina.

Ad tertium dico, quòd Ariſtoteles aſsignauit primũ modum dicendi per ſe; dum complexus eſt definitionem, uel partes definitionis de definito, dico tamen Ariſtotelem aſsignaſſe ens quidditatiue dici de creatura,& in primo modo dicendi per ſe; vnde dicẽdum eſt quòd licet primum modum aſsignauerit; non tamen oẽm gradum eiuſdem modi, ideo dicimus in primo modo iſtam prædicationẽ eſſe,Sortes eſt homo, licet non in eodem gradu cum iſta; Homo eſt animal rationale,quia Sortes eſt homo, primum retinet gradum, & tertium, cum definitio de definito prædicatur; ſecundum etiam cum differentia prædicatur, primum uero cùm homo,uel animal prædicatur.

Ad quartum dicimus ab arte relinquenda eſſe, & non eſſe ſcientia de ſingularibus, quoad exiſtentiam, non autem quoad eſſe cognitum. Vnde in primo poſter. t. com. 20. De his quæ frequenter fiunt; quando non exiſtunt poteſt haberi ſcientia, & non niſi ut habent eſſe per intellectum abſtrahentem ab exiſtentia, non dico per intellectum collatiuum, ne dicatur ens rationis, ſed abſtractiuum; ut dicatur ſe conſideratio metaphyſica, & ſcientia uere atque realis.

H. Quartus gradus dicendi per ſe, eſt quando idem de ſe ipſo prædicatur, & ſumitur, prout diſtinguitur contra prædicatum extraneum, & dicitur quidditatiua, ut homo eſt homo. inſtare primo quis hoc medio poſſet, iſta non eſt prædicatio, ergo iſta non eſt in primo modo, patet, quia ſi eſſet prædicatio, ſequeretur, quòd in ſyllogiſmo eſſent tantum duo termini, & non tres, contra Ariſtotelem primo priorum.

Secundo. Ariſtoteles 2. topic. c. 29. pro incohuenienti habet, quòd idem de ſe prædicetur, & uerba ſunt iſta; Si quis dicit gaudere idem eſt, quod lætari, dicit idem ſibi ipſi accidere.

Tertio. 7. Metaph. etiam t. com. 59. Quærere propter quid muſicus homo, muſicus homo eſt; nihil eſt quærere, innuens idē de ſe nō recipere prædicationē.

Quarto. Iſta propoſitio aut eſt accidentalis, aut ſubſtantialis, non accidentalis, quia nihil ſibi accidit; non ſubſtantialis, quia non uidetur in aliquo modo eſſe dicendi per ſe, ab Ariſtotele aſsignato.

Quinto. Propoſitio eſt pro alio poſitio, hic autem non eſt huiuſmodi igitur.

Sexto. Ariſtoteles. 5. metaph. t. com. 23. hominis multæ ſunt cauſæ, quare autem homo homini inſit, nulla eſt cauſa: quare relinquitur, quòd homo eſt homo non ſit propoſitio, neque prædicatio aliqua.

S. Iſta propoſitione, inquit Boetius homo eſt homo, in qua idem de ſe ipſo prædicatur, nulla eſt uerior; & idem Ariſto. habet in primo top. c. 7. & uere hæc ſunt, Vnum quodque enim talium, ſiue idem de eodem

dē dicatur,ſiue genus de hoc eodē,qđ eſt, ſignificatur tamē diſtictiones nōnullæ hac ī re ueniūt prænotādæ.

Propoſitionum alia eſt quidditatiua, & eſſentialis propriæ,alio modo quidditatiua improprie, & ſic cū nihil ſit de eſſentia, ſui ipſius illa non erit quidditatiua proprie,erit tamen largo modo,& improprie,quia idem bene eſt eſſentia,& ſi non de eſſentia eiuſdem.

2. Propoſitionū alia eſt habens diſtincta extrema ratione,alio modo habens extrema diſtincta realiter;aut aliqua alia diſtinctione ſecluſo opere collatiuo intellectus;& ſic iſta non habet extrema realiter diſtincta, ſed per intellectum.

3. Propoſitionū alia deſeruit demonſtrationi,& ſyllogiſmo,alia uero non & huiuſmodi eſt: cùm idem de ſe prædicatur,& licet ſit ex conſequenti inutilis, uera tamen eſt, & in primo modo.

4. Propoſitionum alia eſt naturalis, alia innaturalis ſecundū Cōmentatorē.7.metaph. t.co. 59. Naturalis ut homo eſt animal, innaturalis, ut homo eſt homo.

Ad Primum dicitur quòd illa propoſitio non deſeruit ſyllogiſmo,quia eſſent duo termini, cùm dicitur, quòd non eſt propoſitio,negatur,quia eſt; & in primo modo dicendi per ſe (licet non in primo gradu)

Ad ſecundū pro incōuenienti habetur,quòd idē de ſe ipſo prædicetur prædicatione reali;nō autē ītētionali.

Ad Tertiū Muſicus homo eſt muſicus hō,eſt prædicatio nō naturalis:ſed innaturalis;Quęrere aūt cur idem, idem ſit ſibi, fatemur eſſe quęrere nihil;ſillogiſtice uidelicet & uia naturali,uera eſt tamē,& inprimo modo

Ad

Ad Quartum nõ eſt accidentalis, nec eſſentialis pro prie; eſt tamen eſſentialis, ut diſtinguitur contra denominatiuam, & ſic uera eſt, & in primo modo.

Ad Quintum nego, quòd non ſit pro alio poſitio intentionaliter ſaltem, quia propoſitio illa uidelicet homo eſt homo, ꝑ uocali ponitur; uocalis pro mentali tandem, & mentalis pro reali, & in propoſitione ſubiectum innuit prædicatum, & è contra, cùm ſit correlatiue in intellectu (licet non pro alio eſſe reali.)

Ad Sextum Ariſtotiles loquitur de quæſito naturali, ſiue propoſitione naturali, non autem innaturali, ideo negat hanc eſſe propoſitionem, homo eſt homo.

H. In ſecundo de anima. c. 67. dicitur quòd in propoſitionibus, quæ ſunt in primo modo, prędicata ſunt cauſa ſubiectorum; in illis autem, quæ ſunt in ſecundo modo prædicata ſunt cauſata à ſubiectis, Iſta autem homo eſt homo neutrum habet; ergo non uidetur nec in primo, nec in ſecundo modo eſſe.

S. Ille Primus modus gradus habet, (ut diximus) & cùm dicis ſubiecta eſſe cauſata a prędicatis, dico quòd uerum eſt de primo, ſecundo, & tertio gradu primi modi, nõ aũt quarti gradus, ut eſt iſta, homo eſt homo.

H. Animal eſt rationale, an iſta per ſe eſſe dicatur, & in primo modo?

S. Minime; ratio autem ea eſt, quoniam differentia nulla, quæ diuiſiuà dicitur, de genere in primo modo prædicatur, cùm propoſitio per ſe inferat unam de omni; ſequeretur enim quòd ſi iſta uera eſſet, animal eſt rationale, quòd uera eſſet illa omne animal eſt rationale.

nale. Item quia contrahens eſt extra intellectum contracti, & cùm animal non includat in ſuo intellectu quidditatiuo rationale, iſta non erit per ſe animal eſt rationale, itē quia animal eſt rationale non includit iſtā oē aīal eſt rationale; ergo prima nō eſt q̃dditatiua.

H. An iſta per ſe ſit: rationale eſt animal?

S. Minime, quia genus, ut animal eſt potentiale, et rationale eſt actus, & actus, & potētia ſunt primo diuerſa; tum etiā, quia negatio poneretur in definitione hominis, dicēdo, homo eſt aīal rationale, ſi per ſe & ī primo modo eſſet, eſſet enī, ac ſi diceretur, hō eſt nō aīal.

H. Iſta tamen de omni eſſe uideretur cur nō erit per ſe? ualet enim, omne rationale eſt animal, & ſuperius, propoſitionē de omni affirmaſti inferre ꝓpoſitionē ꝑ ſe.

S. Iſta ſi dicatur de omni, omne rationale eſt animal, eo modo, quo dicitur de omni, dicitur ꝑ ſe, ſed reductiue, & nō immediate, & ꝑ ſe illa dicitur, ſed quia iſta eſt de omni. omnis homo eſt animal, ideo etiā eſt de omni, omne rationale eſt animal; & quia ſecunda reducitur ad primā, et per primā habet ueritatē, ita dicitur non per ſe, nec immediate, & eſſentialiter, omne rationale eſt animal; ſed reductiue, & mediate; alias tamen differētias ponā inter ꝓpoſitiones de omni, & uniuerſales.

H. An iſta ſit per ſe; animal eſt riſibile?

S. Nō, quia eſſet de oī, & īferre liceret, oē aīal ē riſibile.

H. Quæ differentia eſt inter primum, & ſecundū modū?

S. Prima, Quia prædicatum primi modi eſt prius ſubiecto, prędicatū uero ſecūdi modi eſt poſterius ſubiecto. Secundo, quia prædicatum primi modi cauſa eſt intrinſeca,

trinſeca, & prædicatum ſecundi modi cauſatum eſt intrinſece.

Tertia, quia prędicatum primi modi reperibile eſt ſine ſubiecto, ſaltem genus ſine ſpecie, prædicatum uero ſecundi modi non.

Quarta, quia prædicatum primi modi ſecundum oẽs partes non conuertitur cum ſubiecto, sm̃ autem ſic.

Quinta, quia prædicatum primi modi nõ eſt ſcibile, prædicatum uero ſecundi modi ſcibile eſt, conueniunt autem, quia intrinſecum eſt utrumque ipſi ſubiecto.

Sexta, quia prædicatum primi modi in definitione ponitur, ſecundum autem non.

H. Tertius modus dicendi per ſe quid proprie ſonat?

S. Perſeitatem, quæ reperitur proprijſsime in Deo, dũ omnia dependeant ab eo, ipſe uero ſit independens, & ſecundo in loco omnes primæ ſubſtãtiæ dicuntur eſſe in tertio iſto modo, quia nõ ſunt in alio, & tertio quo libet. Pars ſeparata a ſuo toto dicitur per ſe eſſe ipſi toti, tamen unita, ſiue iuncta non habet hanc perſeitatem, quia non eſt amplius ſolitaria, & ſic nec per ſe, aut in ſua exiſtentia, ſed in toto.

H. Quartus modus eſt quando effectus formalis prædicatur de aliquo mediante ſua cauſa formali, ut homo albedine eſt albus, uel quando actus profluens a cauſa formali de ſuo effectu prædicatur mediante ſua formali cauſa, ut album albedine diſgregat, vel effectus prædicatur de ſuo principio productiuo, ut intellectus intelligit, An iſtæ omnes propoſitiones, quæ ſunt in 4. gradu dicendi per ſe ſint neceſſariæ.

S. Non

S. Non ſemper, quoniam iſta, voluntas uult, contingenter eſt, & calidum calefacit, contingenter eſt, & non neceſſario, conſiderata actione, ſiue operatione ſua, quæ ſi eſſet neceſſaria, nulla ex parte præpediri poſſet, oppoſitum autem patuit in tribus pueris.

H. Erit ergo prædicatio per ſe aliquādo nō neceſſaria?

S. Ita; in primo enim, & ſecundo modo per ſe neceſſarium infert, non autem quartus modus.

H. An ab Ariſtotele ſint ea, quæ de forma S. R. docuit aliqua in parte ſuæ doctrinæ poſita.

S. Nimirum, ea quæ docui, omnia reperies ab Ariſtotele prius dicta; quoniam forma, quę eſt pars compoſiti in primo Phi. t. com. vlt. & in 7. & 8. meta. forma quæ eſt quidditas totius poſita eſt in tertio phis. t. com. 7. forma pro intelligentijs habetur ab Ariſtotele 12. meta. t. c. 51. & Cōmentator in primo phys. com. vlt. dicit formæ aliæ in materia ſunt, aliæ extra materiam, vbi de intelligentijs loquitur, quòd autem Deus forma dicatur, ab Ariſt. habetur in 12. metha. t. c. 30. ubi dicit oportet quòd principium ſit tale, cuius ſubſtantia ſit actus.

4. Forma accidentalis in 5. phys. t. com. 12. ubi dicit hominem ad aliam formam ire, cùm de agritudine ad ſanitatem tranſit.

5. Forma uero, ut eſt ratio conceptibilis habetur in 9. met. t. c. 20. ubi ait quòd unumquodque agens agit in quantum forma, & quia id, quod intelligitur agit intentionaliter, hinc eſt, quòd ratio, ſub qua cōcipitur res, forma vocatur.

S. TExtũ formalitatũ recenſere curabo,vt ad ea, quæ declaratione indigẽt,manũ demus, eſt igitur textus,qui ſequitur ; ſed hic inſurgunt duæ difficultates.

Prima eſt,in quo modo dicendi per ſe ſunt propoſitiones, in quibus prædicantur per ſe inferiora de ſuis ſuperioribus ; uel paſsio inferioris de ſuperiori ad ſubiectum talis paſsionis ?

Dico breuiter contra multos, quòd tales prædicationes nullo modo ſunt ꝑ ſe,licet eñ tales indefinitæ uel particulares ſint neceſſariæ;non tamen ſunt per ſe,probatur dupliciter ex intentione Philoſophi.

Primo,quia dicit Philoſophus, quòd propoſitiones per ſe non conuertuntur, quòd non debet intelligi; quòd non conuertuntur abſolute, cùm conuerſio ſit adęquata paſsio propoſitionis,ſaltem cathegoricę,ſed debet intelligi,quòd non conuertuntur in alias propoſitiones per ſe; ſed iſta eſt per ſe,homo eſt animal; ergo iſta non erit per ſe; animal eſt homo, & idem eſt iudicium de omnibus alijs talibus.

Secundo probatur quia dicit Philoſophus,quòd per ſe infert de omni, ita quòd a propoſitione per ſe ad propoſitionem de omni eſt bona conſequentia, animal eſt homo,ergo omne animal eſt homo,conſequẽs eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur,videlicet quòd iſta ſit per ſe, animal eſt homo; & idem dico de iſta animal eſt riſibile, & de omnibus talibus.

Secunda difficultas,in quo modo dicendi per ſe ſunt iſtæ propoſitiones,homo albus eſt homo albus;homo albus

albus eſt homo ; homo eſt homo albus,& ſimiles.

Reſpondeo breuiter, quòd nullo modo ſunt per ſe. Pro cuius declaratione ampliori noto tres regulas optimas,quæ habentur a me in primo di.2. in materia de propoſitione per ſe nota, & in 3. di. 7. & 22.

Prima regula eſt,quòd de ratione in ſe falſa nihil uere,& affirmatiue prædicatur,nec ipſa de aliquo prædicatur: imo nec ipſa de ſe ipſa; iſta eñ non eſt vera,hõ eſt homo irrationalis, homo irrationalis eſt animal, homo irrationalis ẽ homo irrationalis, nulla illarum eſt uera, & ſimi le eſt iudicium de omnibus alijs.

Secunda regula eſt; quòd de illo,quod eſt in ſe ens ꝑ accidẽs,nihil per ſe prædicatur,nec de aliquo ipſum ꝑ ſe prædicatur,imo nec idẽ de ſe ipſo;nulla eñ iſtarum eſt per ſe; homo quantus eſt homo; Sortes eſt homo quantus, homo quantus eſt homo quantus.

Tertia regula eſt,quòd de conceptu per accidens,ſiue cõtingenti nihil neceſſario prędicatur, neꝗ ipſe de aliquo;nec idem de ſe ipſo.Exemplum huius regulę eſt cùm homo niger dicat conceptũ contigenter vnũ; nulla iſtarum eſt neceſſaria, homo niger eſt homo,homo eſt homo niger; homo niger eſt homo niger.

Prima regula ſic poſſet perſuaderi, & breuiter; quia ſi iſta eſſet uera, homo irrationalis eſt homo irrationalis; de qua magis uidetur, tunc ex uero ſequeretur falſum; Probatur ſic, quia bene ſequitur homo irrationalis eſt homo irrationalis, ergo homo irrationalis eſt homo; a parte in modo ad ſuum totum,& ultra ergo homo eſt homo irrationalis

per

per cõuerſionẽ;& ultra ergo homo eſt irrationalis, & irrationale eſt homo; ſed omnia iſta ſunt falſa; ergo & iſta propoſitio, ex qua omnia iſta illata ſequuntur, ſcilicet homo irrationalis eſt homo irrationalis, eſt falſa; quòd eſt propoſitum.

Secunda,& tertia ſimul probantur per probationem tertiæ, quia ſi iſta eſſet neceſſaria uel per ſe,homo niger eſt homo niger, ex neceſſario ſequeretur contingens, quod eſt falſum,ut probatum eſt in conſequentijs,probatur tamen conſequentia, quia bene ſequitur, homo niger,eſt homo niger,ergo homo niger eſt homo, a parte in modo ad ſuum totum; & ultra conuertendo,ergo homo eſt homo niger, et ultra, ergo homo eſt niger a parte in modo etiam ad ſuum totum, omnes iſtæ propoſitiones illatæ ſunt contingentes: ergo & iſta, homo niger eſt homo niger,eſt contingens; & per conſequens non neceſſaria nec per ſe; & intelligo per ſe primo modo,uel ſecundo modo dicendi per ſe, & ſic manent regulæ infallibiliter ueræ.

Et ſi arguatur,quòd in iſtis homo niger eſt homo niger, homo albus eſt homo albus, eſt prædicatio eiuſdem de ſe ipſo, ergo tales propoſitiones ſunt per ſe, & neceſſarię; Dico breuiter,quòd quãdo dicitur,quòd prædicatio eiuſdem de ſe ipſo eſt per ſe, & neceſſaria, intelligendum eſt de prædicatione,in qua non prædicatur ens per accidens,uel non ſubijcitur, & ſic patet reſponſio ad difficultatem.

Secunda prædicatio eſt formalis prædicatio, & denominatiua, & habet quattuor gradus.

Primus

Primus eſt quando differentia prædicatur de genere contrahibili per eam, ut animal eſt rationale, & quando modus intrinſecus prædicatur de ſuo cõtracto, uel contrahibili; ut cum dicitur ens eſt infinitum, & ſic de alijs. Et ſi dicas quòd hic videtur cõtradictio, quia ſuperius dictum eſt ſuſtinendo opinionem Landulphi, quòd quando modus prædicatur de eo cuius eſt modus, eſt prædicatio quidditatiua, hic dicitur quòd eſt prædicatio denominatiua, igitur reſpondeo; & dico quód non eſt contradictio, quia ſuperius dicitur quòd talis prædicatio eſt quidditatiua; ſi modus prædicatur de conſtituto per ipſum, cùm ſit de eſſentia ipſius ſecundum Landulphum; hic dico quòd eſt prædicatio denominatiua, quia prædicatur non de conſtituto, ſed de contrahibili per ipſum, ſicut refert dicere, homo eſt rationalis, & animal eſt rationale; cùm prima ſit quidditatiua, & ſecunda ſit denominatiua; ita etiam refert dicere; Deus eſt infinitus, uel eſſentia diuina eſt infinita, & ens eſt infinitum, quare dico conſequẽter, quòd duæ primæ ſunt quidditatiuæ, ſecunda autem non, ſed denominatiua tantum.

Secundus gradus denominatiuæ predicationis eſt, quando propria paſsio prædicatur de ſubiecto ſuo, & iſte gradus eſt ſecundus modus dicendi per ſe; & eſt ſciendum quòd propria paſsio; cùm ſit eadem res cum ſuo ſubiecto eſt reductiue in illo genere, ſeu prædicamento, in quo eſt ſuum ſubiectum per ſe.

Tertius gradus prædicationis denominatiuæ, & formalis eſt, quando effectus formalis denominatiue præ

dicatur de aliquo mediate ſua cauſa formali, ut homo nigredine eſt niger; uel quando actus profluens a cauſa formali dicitur de effectu mediante ſua cauſa formali; uel quando effectus dicitur de ſuo immediato principio productiuo; & iſte gradus eſt quartus modus dicendi per ſe.

Quartus gradus prædicationis denominatiuæ, & formalis, eſt quando accidẽs prædicatur de ſuo ſubiecto, & poteſt fieri nouem modis; poſito, quòd Petrus ſit ſubiectum in omnibus his dicendo, Petrus eſt bicubitus, albus, pater, agens, patiens, calciatus, & ſic de alijs, & iſte gradus eſt de per accidens.

Textus eſt vere ac fideliter recitatus; ſequere igitur in difficultatibus offerendis, ut intactũ nihil deniq; relinquatur.

H. Quæ eſt ratio in ſe falſa?

S. Cuius partes ſibi inuicem formaliter repugnãt, ſiue cuius conceptus formalẽ habet repugnantiam; quare ubicumque talis propoſitio ponatur; ſemper talis erit; quia quòd eſt tale de ſe, reſpectu cuiuſcumq; tale erit, quoniam reſpectus, uel rationis, uel realis adueniens fundamento non variat fundamentum.

H. Quid totum in modo; uel pars in modo dicitur?

S. Totum in modo eſt terminus ſumptus ſine determinatione diminuente, pars autem cum tali determinatione, ut homo eſt albus, pars dicitur in modo, homo autem totus dicitur, quia homo ſub ſe habet omnes homines, de quibus diuerſimode, & ſub modis diuerſis prædicari poteſt; ideo quando homo ſumitur cum unico modo; pars illius totius dicitur, quia totus

tus ut homo in parte conſideratur reſpectu illorum modorum, in quibus conſiderari poteſt, vel reſpectu omnium hominum; inter quos poſsit de ſe homo deſcendere; hic autem arctatur ad partem hominum, uidelicet ad illos, qui modificantur modo non diſtrahẽte, ut mortuus, ſed diminuente, ut albus.

H. Propoſitiones per ſe non conuertuntur, habet textus; Quomodo igitur iſta non conuertitur, homo eſt rationalis, & rationale eſt homo?

S. Non conuertuntur ut ſint per ſe conuerſæ, ſicut ante erant per ſe, ideo iſta conuertitur, homo eſt rationalis, & homo eſt riſibilis, rationale eſt homo, & riſibile pariter; ſed rationale eſt homo, non eſt per ſe in primo, neque pariter in ſecundo modo.

H. Ratio in ſe falſa nõ prædicatur per ſe de aliquo &c. uidetur tamen quòd iſta ſit uera prædicatio, Homo irrationalis eſt ſubiectum, & iſta; homo irrationalis eſt dictio biſsillaba.

S. De ratione in ſe falſa nihil prædicari poteſt in ſuppoſitione perſonali, non autem in ſimplici; ut currit exemplũ primum, aut materiali, ut eſt sm̃ exemplum.

H. Propria paſsio inferioris non prędicatur per ſe de ſuperiori, oppoſitum uidetur, quoniam in ſecunda di. primi q. 2. S. R. dixit, quòd paſsio inferioris demonſtratur de ſuo ſuperiori per ſe; ut omne animal rationale eſt riſibile aliqua ſubſtantia eſt animal rationale, ergo aliqua ſubſtantia eſt riſibilis. S. R. hanc dixit eſſe per ſe.

S. Scias duplicem eſſe demonſtrationem, aliã, quæ dici

tur uniuerſalis aliam uero, quæ nõ uniuerſaliter ſit, ſed particularis dicitur; hanc concedo fieri in demonſtratione particulari; non autem uniuerſaliter erit paſſio demonſtrabilis de ſuperiori ſuo.

H. Ex contingenti non ſequi neceſſarium uidetur S. R. inferre ex tertia Regula; cum de neceſſario non ſequitur contingens, uidetur tamen utrumque ſequi ex utroque; primo ex neceſſario contingens ſic, iſta eſt neceſſaria, homo eſt animal; & iſta, quæ ex iſta ſequitur eſt contingens; ergo animal prædicatur de hoïe; quia cõtingit animal habere eſſe cognitum; & fieri prædicatum, & ita homini contingit; ſecundo ex contingenti ſic ſequitur neceſſarium, animal prædicatur de homine, ergo homo eſt animal, prima eſt contingens, & ſecunda eſt neceſſaria.

S. Neque neceſſarium ex contingenti, neque contingens ex neceſſario ſequi dicimus in conſequentia bona & formali; bene ratione materiæ ſequi, ut probas, Homo quantus eſt homo quantus, Sortes eſt homo quantus, uel homo quantus eſt homo, iſtæ per accidens ſunt aſsignatæ a S.R. & in 3. diſ. 2. q. 6. oppoſitum uidetur aſsignaſſe, dũ ait; ſuperficies alba eſt ſuperficies alba; iſta propoſitio eſt per ſe ĩ primo modo.

S. Duas conditiones inter alias ſcies eſſe propoſitionũ per ſe, alteram ut ſubiectum includat prædicatum, quã conditionem poſui in loco præallegato, aliam uero ut extrema ſit ens per ſe, & quòd non faciant talia extrema unum per ſe; ideo in hac conditione non continetur hæc propoſitio; ideo dico quod homo quan-

tus eſt homo quantus, eſt per accidens, & non per ſe prædicatio, licet habeat unam ex duabus ræquiſitis conditionibus. In ſecundo ſolum altera conditio eſt aſsignata, & tacta, hic autem ambæ conditiones, quia ibi locus non pluribus indigebat, hic autem cùm ſit locus proprius, libuit aſsignare ea, quæ requirebantur ad cognoſcendam rem.

H. In prædicatione denominatiua S. R. interpoſuit prędicationem quidditatiuam primi, & ſecundi modi, cur iſta ad inuicem commiſcenda dijudicat S. R. cùm denominatiuum, & quidditatiuum modum ſignificãdi diuerſum retineant?

S. Non eſt incõgruum rem unam habere modum ſuum dicendi in prædicamentis diuerſis, nonne dictum eſt, quòd Sortes eſt ſubſtantia, & ſic modum per ſe dicendi in ſe habet; & quia cùm hoc, quòd Sortes eſt ſubſtãtia dicitur habere quantitatem, & aliquam qualitatem, & quia eſt effectus refertur, ideo dicitur quantus qualis, ad aliquid, & ſic de alijs prædicamentis, in quibus ponitur pro diuerſa ſui conſideratione.

H. Cùm iſta ſint quidditatiua ambo prædicata videlicet homo eſt animal, & homo eſt rationalis, quo modo vna dicitur quidditatiua, & alia denominatiua?

S. Quia prima per modum materiæ potentialis, informabilis, & contrahibilis, ſecunda uero per modum formæ, quia forma eſt contrahens, conſtituens, ideoque denominans.

H. Quid requiritur ad hoc quòd ſit uere prędicatio denominatiua?

S. Quod prædicatum sẽper prædicetur de compoſito, ſiue conſtituto, aut ſuſceptiuo.

H. Iſta igitur erit uera denominatiua, eſſentia generat?

S. Non, quia ſubiectum non eſt cõpoſitum, neq; conſti tutum, aut ſuſceptiuũ generationis, ſiue formæ illius.

H. Omnis forma denominat ſubiectum in quo eſt, gene rare autem, & generari ſunt in eſſentia, ergo illam denominant, ergo erit uera.

S. Non ſufficit ad hoc, quòd ſit prædicatio denominati ua, quòd forma ſit in ſubiecto; ſed oportet, quòd illud ſubiectum ſit conſtitutum per eam, uel compoſitum, aut ſuſceptiuũ illius, cuiuſmodi nõ eſt eſſentia diuina.

H. Prædicatio igitur denominatiua erit ne una, uel plu res ſecundũ plures gradus, quos aſſignauit S.R. ĩ textu?

S. Duplex erit prædicatio denominatiua in propoſito, propria, & impropria, propria quando prædicatum eſt a ſubiecto diſtinctum, & ſubiectum recipit formã, ut corpus eſt animatum. alia dicitur impropria, quæ tunc eſt, quando ſubiectum non eſt a prædicato ſe para tum, neque forma recipitur in ſubiecto, ut homo eſt ra tionalis, homo eſt animatus, homo eſt riſibilis.

H. Prædicatum in prædicatione denominatiua qua di uerſitate conſideratur?

S. Scias prædicatum denominatiuum eſſe aliquando per accidens, ut homo eſt albus, & aliquando per ſe (ut uiſum eſt) homo eſt rationalis.

H. Prædicatum per ſe denominatiuũ, in quibus modis dicendi per ſe poterit aſſignari?

S. In omnibus tribus modis, idque exemplo fit notum;

In primo

In primo modo homo eſt rationalis, & homo eſt animatus, in ſecundo modo homo eſt riſibilis, in quarto modo, uoluntas uult, & intellectus intelligit, & denominatiuæ ſunt.

H. In prædicatione denominatiua, denominatio fit ſemper ab intrinſeco; an aliquando ab extrinſeco, ſiue ratio denominationis eſt ne intrinſeca ſemper, an aliquã do eſt extrinſeca?

S. Denominatio intrinſeca aliquãdo dicitur, & eſt, quã do forma dicitur inhærere ſubiecto, illique ineſt per quandã formalem inhærentiã, ut paries eſt albus, alia eſt a ratione extrinſeca, & ea eſt in qua prædicatum ſubiecto nõ hæret, neq; illud informat, ut lapis eſt uiſus.

H. Dixit S.R. cũ propria paſſio de ſubiecto dicitur, illa denominatiua eſt prædicatio, & in ſecundo modo per ſeitatis, eo quòd propria paſsio idem ſit cum ſuo ſubiecto realiter; quando id probari poſſet, quòd realiter ſit ſuo ſubiecto paſſio ſua?

S. Omnis reſpectus aptitudinis eſt idem realiter ſuo ſubiecto, paſſio autem propria dicit reſpectum aptitudinalem ergo. Item omnis inclinatio naturalis eſt eadem realiter ſuo ſubiecto, propria uero paſsio eſt huiuſmodi igitur. Item appetitus naturalis eſt idem realiter cum illo, cuius eſt, ergo &c.

H. In ſecundo diſt. 3. q. 3. dixit S. R. omne ſubiectum prius eſt natura ſua proria paſſione, ſi ergo prius natura, ergo prius duratione, ergo poterit propria paſsiò eſſe ſine ſuo ſubiecto; ergo non realiter eadẽ erit illi.

S. Prius natura eſt ſubiectum ſua propria paſſione, ergo

prius duratione proprie id negatur, quoniam prioritas naturæ, non infert prioritatem temporis, bene prioritas temporis naturæ prioritatem infert, ut uiſum eſt de incarnatione uerbi, quo modo omnia ſimul in uentre matris effecta ſunt, non autem natura, ſed tempore, Vnde nõ licet inferre, ergo poterit eſſe paſſio ſine ſuo ſubiecto, ergo realiter ſeparatur ab eo, quia natura poſterior ſit ſuo ſubiecto.

H. Nõne ſubiectũ d' ſui natura ſtare poſſet ſine ſua paſsione, cũ prius natura eſſe dicat̃, & ſi paſsio ſtare nequeat?

S. Si dicas, quòd ſubiectum eſſe poteſt quoad ſuas quidditates, ſiue quoad prædicata quidditatiua ſine paſſione, dicitur ꝙ ſic, ſi autem abſolute inferas poſſe; dico quod non, ratio autem ea dicitur eſſe, quia poſſet ſtare ſine ſua natura, cùm illi identificetur, paſsio, & unum non dicatur ſine altero ſtare poſſe.

H. Dixit. S. R. quòd prædicata ſecundi modi cauſantur a ſuis ſubiectis, omnis autem cauſa diſtinguitur a ſuo effectu realiter.

S. Dico quòd cauſantur ideſt aliquo modo producuntur, uel oriuntur, quamuis autẽ paſsio a principijs ſui ſubiecti dicatur oriri, non tamen proprie dicitur cauſari, quoniam ſi cauſaretur, aliquando ſine propria ſua paſsione ſubiectum fuiſſet, producere autem eſt a natura ſuâ emittere, illudq; emanare ab eâ, ſicut dicimus radios a Sole oriri, & lucẽ emittere, quã in ſe nõ cauſat, cũ concreata fuerit illi a primordio ſuæ naturæ, licet cauſare dicatur eã lucem, quam nobis cõicat, ſicut cæteris aſtris, quibus in eſt, & aliqua alia parua lux de ſui natura.

Quo

H. Quo igitur fundamento fulciuntur dicentes paſsionem realiter a ſubiecto diſtingui?

S. Lectitarũt illud in Ariſt.in 4.metaph.di.quòd ens,& unum dicunt eãdem naturam;ideò dixerunt paſsiones illimitatas eſſe realiter ſuis ſubiectis idem, limitatas uero,ut eſt riſibilitas in homine, aut caliditas in igne dixerunt diſtingui realiter; quare dixerũt,ꝙ iſta eſt uera idẽtice,homo eſt unus,eſt bonus eſt uerus,nõ aũt hõ eſt riſibilis,niſi accidẽtalis,& cõtingens,& nõ realiter.

H. Ratio in ſe falſa an poſita ſit ab Ariſtotele?

S. Ita in 5.metaph.t.c.34. Vbi dicitur illa eſt ratio in ſe falſa,cuius partes ad ſe inuicẽ pugnant; quare nulli cõuenire poteſt; & ſic de nullo poteſt prædicari uere.

H. Secunda regula quòd de ente per accidens nihil dicatur per ſe,an ponatur ab eo?

S. Ita 7.Metaph.t.co.25. In dictis per accidens,ſiue ſecundum accidens, non eſt idem,quod eſt cum eo cuius eſt,propter dupliciter ſignificare, ubi concludit,quòd de ente per accidens non dicatur aliquid per ſe, uel econtra propter diuerſos modos.

H. An tertiam poſuerit regulam?

S. Ita in primo priorũ & in 1.poſter.vbi docet ꝙ ſi poneretur in ſyllogiſmo ens per accidens,ſiue cõtingens,nõ inferret ens neceſſariũ. neq; ecõtra. Similiter Primus gradus denominatiuæ prædicationis ponitur ab eo in 4.topic. vbi habet ꝙ differentia nõ participat genus, nec econtra, ergo cùm differentia de genere prædicatur,erit denominatiua;Secundus gradus in 2.poſter.t.co.9.dicens ꝙ illa quæ ſunt in 2. modo dicendi per ſe

inſunt

& prædicatum ex ſua ratione formali non eſt aptum natum prædicari niſi formaliter, propoſitio nõ eſt uera, niſi ſit in primo modo dicendi per ſe; ratio eſt, quia ſubiectum, & prędicatum modos ſignificandi oppoſitos dicunt ſibi incompoſsibiles; Vnde de tali ſubiecto ſic ultimate abſtracto nihil põt uere prædicari, niſi ꝑ ſe primo modo, uel identice; Hãc propoſitionem declaratur ſic, in ſubſtantijs, ſiue in prædicamento ſubſtantiæ eſt una abſtractio tantum, ſcilicet quidditatis a ſuppoſito propriæ naturæ, quia ſubſtantiæ non ſunt natæ concernere aliquid alterius naturæ; Ideo prima ibi abſtractio maxima eſt, abſtrahendo naturam humanam a ſuppoſitis, quæ uere ſunt illius naturæ, ſicut abſtrahitur, cùm concipitur humanitas, non remanet ulterius alia abſtractio; & ideo illud, ut ſic conceptum eſt preciſe ipſum met, quia cuilibet alij extraneum eſt, ſicut dicit Auicenna 1. metaphis. quòd equinitas eſt tantum equinitas, & nihil aliud. In accidentibus autem, quanto plura poſſunt concernere, tanto plures poſſunt fieri abſtractiones; Vnde quia accidentia abſoluta concernunt duo, ſcilicet ſuppoſita alterius naturæ, & indiuidua naturæ propriæ, licet a ſuppoſitis alterius naturæ abſtrahatur, tamen concernunt indiuidua propriæ naturæ, Sicut album concernit lignum, & hoc album, ſiue hanc albedinẽ; & illam; & ideo poſſunt fieri ibi duæ abſtractiones, una ſcilicet accidentis a ſubiecto, puta albedinis a ligno, & alia ſcilicet quidditatis a ſuppoſito, uel ſingulari, puta albedinis ab hac albedine, & illa, quæ ſunt indi-

mate abſtractus in propoſitione ſubiectus includit unum ſincategorema; puta inquantum uel formaliter primo modo, uel quidditatiue, uel identice, & ſic de alijs. Circa alium terminum propoſitionis ſcilicet quòd prædicatum de quocunque prædicetur non poteſt prædicari niſi formaliter; Notandum eſt quòd ſubſtantiua nomina poſſunt dupliciter prædicari in diuinis, quandoque formaliter, ut deitas eſt deitas; quandoque per identitatem, ut deitas eſt ſapientia, ſed adiectiua ſi prædicantur de neceſsitate, formaliter & denominatiue prædicantur, & hoc quia ſunt adiectiua, nam ex hoc quòd adiectiua ſunt, ſignificant formam per modum informantis; & ideo de nullo uere dicuntur, niſi de eo, quod ſe habet per modum informati de quo uidelicet formaliter dicuntur, talia ſunt, non tantum adiectiua nomina, ſed omnia participia & uerba; ſemper enim in ſuo modo ſignificandi includunt adiacentiam, & modum formalem reſpectu alicuius talis ſuppoſiti, & ideo prædicantur quaſi ſecũdum modum ſecũdum dicẽdi per ſe, quòd ergo prędicentur identice, eſt ipſa prædicari modo oppoſito ſuo proprio modo dicẽdi, uel prædicandi. His ĩtellectis patet maior iſta aſſumpta, quãdo ſubiectum eſt abſtractũ ultimate, ita quòd eſt abſtractum ab oĩ, quod eſt extra rationem eius, & prædicatum non poteſt prædicari ex ratione formali, niſi formaliter, & modo inherentis, ſiue quaſi inherentis; iſtud prędicatũ nõ poteſt uere dici de illo. ſ. ſubiecto, niſi per ſe primo modo, quia iſtud prædicatum præciſe natum eſt formaliter prædicari, ideo

ideo non poteſt ſaluari ueritas propter identitatem tantum; quia ſubiectum eſt ultima, & ſumma abſtractione abſtractum, ideo non poteſt ſtare pro aliquo qualitercumque alio a ſe, ſed preciſe pro ſe formaliter; Et ideo oporteret, quòd ſua ratio preciſe formaliter eſſet idem illi prædicato, quod non poſſet eſſe niſi illa ratio preciſe includeret prædicatum, patet ergo propoſitio, & ſi fiant ſilogiſmi expoſitorij, uel aliqui alij debent ſolui per artem datam ĩ primo priorũ, uidelicet quod maior, uel minor reducantur ad propoſitionem de omni ſi ſint affirmatiui, uel de nullo ſi ſint negatiui. Vide igitur quæ declarãda ſunt tibi, & ĩdica.

H. Identica prædicatio quotuplex eſt?

S. Duplex nam alia eſt in creaturis, alia in diuinis.

H. Que eſt prædicatio identica in creaturis?

S. Quando aliqua duo ſunt idem inter ſe propter aliquam identitatẽ, quam habet in tertio ſicut genus, & differentia idem inter ſe ſunt propter identitatem, quam in homine habent; eſt enim differentia in eo formalis, genus uero materiale.

H. Quot modis fit iſta prædicatio in creaturis?

S. Modis pluribus fieri poteſt.

Primo fit aliquando in prædicatis primi modi, ut animal eſt rationale, quæ habent identitatem identicã.

Secundo fit etenim in prædicatis ſecundi modi, ſicut eſt bonitas, & ueritas; quæ ſunt idem propter identitatẽ, quam habent ĩ ſubiecto, cui ſunt idem, & dicuntur identica identice, bonum uidelicet, & uerum.

Tertio fit in prędicatis per accidens, ut album & dulce ſunt

ce ſunt idem propter identitatem eorum ad ſubiectum uidelicet ad lac.

H. Sunt ne gradus iſtius identitatis?

S. Ita, Duo enim ſunt, quoniã aut illa extrema habent ſolum identitatem ad tertium, & dicitur illa identitas ſolum identica, aut conſiderantur illa extrema, ut habent inter ſe identitatem, quæ tamen eſt per identitatem, quam habent in tertio; & tunc dicitur identica identice.

H. An una preſupponat aliam?

S. Ita, iſta enim primam prçſupponit.

H. An de iſta uiri, qui de litteris ſunt benemeriti aliquid dixerint?

S. Ita, dicunt enim, omnis forma ſillogiſtica tenet per illam regulam, Quæcumque ſunt eadem uni, & eidem, inter ſe ſunt eadem; & talis eſt identitas concluſionis, cum ſilogiſmo, quæ eſt identitas identicè, quç præſupponit identitatem maioris, & minoris ad medium in præmiſsis; et ſi illæ premiſſæ ſunt immediatæ tunc eſt propoſitio identica, ſi aut ſunt demonſtrabiles, tunc earum identitas eſt identica identice; Et ſequitur, quòd cùm prædicatio identice identica ſit, quæ habet duas identitates, quòd multæ prædicationes ſunt ueræ in concreto, quæ falſæ ſunt in abſtracto, ut iſta eſſe apparet, album eſt dulce, quæ in concreto eſt uera, & in abſtracto eſt falſa, Albedo eſt dulcedo, quia in concreto duas identitates habent extrema propoſitionis, & ĩter ſe, & cũ tertio, In abſtracto autẽ amınittunt identitatem ĩ tertio, ideo redditur falſa ꝓpoſitio.

H. Quæ

& prædicatum eſt denominatiuum, ſiue per modum adiacentis, proprie non eſt uera in primo modo dicendi per ſe, propter repugnantiam prædicati, & ſubiecti, ut humanitas eſt alba, aſinitas currit, humanitas eſt riſibilis. affirmatiue autem exponitur ſic; De ſubiecto ultimate abſtracto non prædicatur aliud prædicatum, niſi idem de ſe ipſo, ut humanitas eſt humanitas, ratio autem ea eſt; quoniam de ſubiecto ultimate abſoluto non poſſunt prædicari de eo ſiue uerificari ea, quæ ſunt extra quidditatem ipſius.

H. In ſubſtantijs una ſola fit abſtractio (inquit textus) & eſt quidditatis a ſuppoſito propriæ naturæ, ut ab homine humanitas, & iſta eſt uera humanitas eſt humanitas, inſtare quis poſſet ſic, ſubſtantia intellectiua eſt ſubſtantia uolitiua, ergo intellectiuum eſt uolitiuum, ergo ſi non ualet intellectus eſt uoluntas, valet ſaltem eſt intellectus; & ſic uidetur fieri abſtractio duplex a ſubſtantia.

S. In ſubſtantis non fit niſi vnica abſtractio, (& fit a ſuppoſito propriæ naturæ) intelligitur quando prædicatum non eſt aliud, ſiue diſtinctum a ſubiecto; ut eſt iſta, homo eſt homo, humanitas eſt humanitas, ubi ab homine trahitur humanitas, quæ de homine non prædicatur, cùm iam ab ea dicatur abſtracta: in iſta autem, ſubſtantia intellectiua eſt ſubſtantia volitiua, prædicatum eſt aliud a ſuo ſubiecto; ideo non conuenit aliam fieri abſtractionem.

H. Innuit textus quòd homo non concernit niſi ſuppoſita propriæ naturæ, inſtabitur ſic, homo poſſet (Deo

 operante)

operante) aſſumere naturam lapidis ; ſiue Deus poſſet facere, quòd natura humana aſſumeretur a lapide, ut docuit S.R. in. 3. diſt. 2. & tunc prædicaretur de lapide, & iſta eſſet vera ; lapis eſt hō ; falſum eſt igitur, ꝙ concernat tantum ſuppoſita naturæ propriæ homo.

S. Dico quòd hō concernit tm̄ ſuppoſita naturę ꝓprię, uel aliud ſupplens uicem illius, ut eſſet in exemplo.

H. Eſt alia abſtractio, quæ fit in accidentibus abſolutis, quæ duo concernit ſubiectum, & indiuidua propriæ naturæ, quòd quæſo eſt ſubiectum, & indiuiduum?

S. Subiectum eſt lignum in albo, indiuidua ſuæ naturæ ſunt albedines, & fit primo abſtractio à ligno ſic, ut dicatur albedo ab albo ligno, & ab albedinibus dicendo albedinitas; quia albedo concernit oēs albedines, & ideo ab omnibus abſtrahitur albedinitas; Vnde ſic iſta eſt uera, lignū eſt album, iſta eſt uera, albedo eſt qualitas, non autem iſta, lignum eſt albedo, & iſta eſt vera albedo eſt color, non aūt iſta albedo eſt albedineitas, neq; iſta albedineitas eſt albedo, vel color, vnde albedineitas non concernit nec ſuppoſitū, nec indiuiduum alterius, ſiue propriæ naturæ, cùm abſtracta ſit ab omnibus illis, & ideò de ſe ſola prædicatur.

In relationibus eſt alia abſtractio; & quia relatio tria concernit tres abſtractiones fieri poſſunt; concernit enim proprium indiuiduum, fundamentum; & ſubiectum, ut in actione eſt ignis cauſa; potentia cauſandi, & cauſalitas; cauſa enim dicitur de igne, ut de ſubiecto, de quo calorem cauſat; ideo iſta eſt uera, ignis eſt; cauſa licet abſtrahendo a ſubiecto;

con-

concretio adhuc remanet ad fundamentum, quod eſt calor; ideo iſta eſt uera, calor eſt potentia cauſandi: ubi iſta eſt falſa; ignis eſt calor, uel potentia cauſandi; Tertio adhuc concretũ remanet ad indiuidua proprię naturæ; & dicitur cauſalitas, quæ de ſe ſola prædicatur, cauſalitas eſt cauſalitas, non autem eſt uera calor eſt caliditas, potentia cauſandi eſt cauſalitas, ignis aut cauſa eſt cauſalitas ab omnibus etiam cauſalitatibus abſtrahendo; quia hæc cauſalitas eſt tantum hæc cauſalitas.

H. Dixit S. R. quòd abſtractio fit a poſteriori, non autem a priori, ut etiam in 4. diſt. primi docuit; ſed ſubiectum reſpectu accidentis, ſiue abſoluti, ſiue reſpectiui, eſt ſemper prius accidente ſuo; quia ſubiectum eſt ſubſtantia, & ſubſtantia eſt prior omni accidente, ergò nõ fit abſtractio aliqua a ſubiecto, quod eſt ſubſtantia, quia a priori nulla fit abſtractio.

S. Duplex eſt prius, vnum in prædicando, quòd eſt ſuperius ordinatum, & de quidditate alicuius, & omne tale non dicitur eſſe ſubſtantia, quia ſubſtantia non eſt de quidditate accidentis, quod quidem accidens cognoſcitur eſſe ſuum poſterius; alio modo dicitur prius, quod proponitur, ſiue ſupponitur ab aliquo, & ſic dicitur, quòd omnis ſubſtantia præſupponitur ab accidente, & eſt prius omni accidente, & non ponitur in accidentis definitione quidditatiua, ſed bene quietatiua, & tunc dicitur quòd a nulla iſtarum ſubſtantiarum fit abſtractio ſimpliciter; ſed a ſubſtantia, quatenus eſt non prius prædicatione, nec

prius præſuppoſitione; ſed prout eſt quoddã complexum, ſiue prout in ea conſideratur aliqua forma, uel aliquod ſuperadditum; & ſic non dicitur proprie ſubſtantia illis duobus modis, ſed potius a ſubſtando, & ſic dicitur eſſe quoddã poſterius ſua forma, & fundamento; ideo a poſteriori dicitur fieri abſtractio talis.

H. Accidens reſpectiuum concernit tria; inſtatur, quòd plura concernat, quam uidelicet ſubiectum, fundamentum, & indiuiduum, quia relatio concernit etiam terminum ſuum.

S. Relatio non concernit terminum, ſed includit in primo modo dicendi per ſe.

H. Ariſt. 7. metaph. dicit quòd fixio pedis eſt pedalitas quædam, quæ eſt prædicatio abſtracti de concreto, & non eſt eiuſdem de ſe ipſo; quo modo igitur non conuenit ſecum S. R.

S. Declaraui in 2. diſt. 4. quo modo ſit intelligenda propoſitio iſta, fixio pedis eſt pedalitas; ubi dicitur, quòd pedalitas non prædicatur de fixione, ſed accipitur diuiſiue pedalitas, ut ſit ſenſus; fixio, & non fixio diuidunt pedalitatem, quia fixio pedalitatem innuit, non fixio autem minime.

H. In ſyllogiſmo expoſitorio de abſtracto ultimato cõtrarium uidetur poſſe concludi ſic, hic pater generat, eſſentia diuina eſt hic pater; ergo eſſentia diuina generat, quo modo igitur adiectiuum uerbum non prædicatur de abſtracto?

S. Sicut ex duabus præmiſsis, quarum una eſt neceſſaria, alia contingens, ſequitur contingens; ita ex una

præmiſſa formali, & altera identica, ſequitur concluſio identica, uel quæ exponēda ſit per identicam; qua ſe dicendum eſt, ergo eſſentia diuina eſt quod generat, quæ propoſitio eſt tantum identica. Vel dicas quòd ſyllogiſmus expoſitorius debet regulari per dici de omni, uel dici de nullo, ſecundum quod ille eſt affirmatiuus, uel negatiuus, reducēdo præmiſſas ſyllogyſmi expoſitorij ad uniuerſales propoſitiones, vel affirmatiuas, uel negatiuas, & ſic uidebis alteram eſſe falſam, ſi falſus fiat ſyllogismus expoſitorius, ſic inquiens. Quicquid eſt hic Pater generat, eſſentia eſt hic Pater, ergo eſſentia generat; concluſio falſa eſt, ergo altera præmiſſarum, non minor, ergo maior. Minor enim eſt uera identicæ, & maior intelligitur formaliter, ideo eſt falſa, quia ſi iſta ſit uera, Pater generat formaliter, iſta tamen eſt identica, quod quicquid ſit in Patre generet; ideo iſta erit tantummodo identica, eſſentia generat, quia videlicet continetur in Patre, & conueniunt in tertio illo uidelicet genito, ſiue generare, ergo ſi inter ſe conueniunt, & ſunt idem; id erit non niſi identice.

LECTIO XXVII.

S. HAec ſunt propoſitiones ad regulam cognoſcendam de ultimate abſtractis.

Iſtæ ſunt realiter uere, falſæ tamen formaliter in diuinis, eſſentia diuina eſt paternitas, eſſentia diuina eſt filiatio, quia non ſunt in primo modo dicendi per

ſe,realiter tamen & identice ueræ ſunt.

Secundo, ſcias quo modo omnes iſtæ ſunt falſæquidditatiue. Eſſentia diuina eſt felix, eſſentia diuina eſt beata, cõmunicata; eſt obiectum, & breuiter eſſentia diuina eſt pr̃,accipiendo patrẽ adiectiue.Ita eſſentia diuina eſt ſapiens, & intelligens,falſæ ſunt quidditatiue, & identice; quòd ſint falſæ quidditatiue patet, quia non ſunt in aliquo primorum modorum;quòd ſint falſæ identice patet,quia extrema non ſunt ambo ſubſtantiua; ſed adiectiua,& participia, realiter tamen ueræ ſunt; Docui enim in prima diſt. 1. hanc eſſe ueram, eſſentia diuina eſt obiectum fruitionis.

Tertio omnes iſtæ propoſitiones rationales de rigore ſunt falſæ,licet in re ſint ueræ,& concedantur a Philoſophis.Eſsẽtia diuina eſt abſtracta,eſsẽtia diuina prędicatur,eſsẽtia diuina eſt nominatiui caſus, eſſentia diuina eſt fœminini generis,& non ſunt in primo modo.

Quarto, Iſtæ propoſitiones, eſſentia generat,eſſentia generatur; identice falſæ ſunt, falſæ in primo modo, ſiue formaliter,falſæ de rigore realiter & in ſe, ꝙ autẽ realiter ſint falſæ,ex his patet; quoniam generare eſt operatio alicuius generãtis realiter diſtincti a genito. Similiter generari eſt alicuius realiter diſtincti a generãte, ſed eſſentia,ut hæc eſt ſimpliciter idẽ realiter oĩbus tribus perſonis,ergo generare, uel generari nõ eſt operatio eſſentiæ.Quod ſi daretur,dari eſſet neceſſe,ꝙ eſſentia diſtingueretur a perſonis,quod eſt abſurdum.

Quinto,Iſtæ ſunt falſæ,humanitas eſt entitas,aſinitas eſt entitas,falſæ inquã formaliter;Quòd autẽ identice ſint ueræ dixerunt nonnulli propter identitatem per-

miſsiuam entitatis: Contra quos arguere quis poſſet. cùm entitas ſit abſtracta a finitate,& infinitate permiſſiua,& formali, & ipſi ſaluent eam propter identitatẽ permiſsiuam;cùm hæc non ſit infinitas, ſequitur quòd non ſint aliquo modo ueræ.quòd autem abſtractæ ſint a finitate, & infinitate,patet, omne prius poteſt a ſuo poſteriori abſtrahi; ſed entitas eſt prius, & modi ſunt poſteriores, ergo entitas a modis abſtrahitur, qui ſunt finitas,& infinitas,& ſic ſunt ſine finitate, uel infinitate tales propoſitiones nec poteſt fieri in his, niſi vna abſtractio, ſicut in ſubſtantijs; ideo entitas non poteſt vlterius abſtrahi; cùm a modis abſtracta ſit, Nec in doctrina mea aliquando docui infinitatem permiſsiuam facere propoſitionem identicam, bene autem docui in 8.primi q.3.ꝙ infinitas formalis facit propoſitionem identicam, ut hæc eſſentia eſt iuſtitia.

H. Des in creaturis propoſitiones in abſtracto,& modũ eas cognoſcendi.

S. Regulam hanc notabis,Omnis propoſitio affirmatiua uniuerſalis ſemper eſt uera, quando extrema habẽt infinitatem formalem, aut permiſsiuam, aut quando concernunt tertium,cui ſunt idem,uel cui uniuntur.

H. Declaret S. R. regulam.

S. Dico primo quando extrema habent infinitatem,aut ambo,aut unum; ideo iſtæ ſunt ueræ,eſſentia eſt iuſtitia, eſſentia eſt paternitas, etiam per oppoſitum iſtæ ſunt falſæ,paternitas eſt innaſcibilis,generatio eſt filiatio,qm̃ nec ambo,nec alterũ extremũ dr̃ ĩfinitũ formaliter,ſecũdo dixi, aut quãdo extrema cõcernũt tertiũ,

 cui

cui ſunt idem propterea omnes iſtæ ſunt ueræ, homo eſt albus, homo eſt quantus, animal eſt ens, quoniam homo & animal concernunt Sortem, cui identificantur, ideo iſta eſt uera, homo eſt animal; ſimiliter homo eſt albus, homo eſt pater Sortem concernunt; & ſic in quocumque prædicamento facias ſimiles propoſitiones ueræ ſunt: ſunt autem falſæ humanitas eſt animalitas, humanitas eſt albedo, humanitas eſt paternitas, albedineitas eſt quanta, quia extrema non concernunt tertium, aut poſterius, a quo ſunt abſtracta.

Tertio dicitur propoſitio affirmatiua, quia negatiua non unit in tertio, ſed differre facit.

Quarto dicitur vniuerſalis, et licet iſtæ particulares ſint ueræ, Sortes eſt homo, Sortes eſt animal, non propter concernentiam ad tertium inferius, cùm non habeant inferius Sorte, propter incluſionem tamen ueræ ſunt, quia Sortes includit hominem, & animal.

Quinto, & addere licebit, quòd ſubiectum propoſitionis ſupponat pro aliquo; ideo iſtæ non ſunt ueræ, chymæra eſt homo, & hircoceruus eſt lapis.

Sexto cui extrema ſunt idem, aut uniuntur propter iſtam; Deus eſt homo, & ſimiles; quia extrema non ſunt idem alicui, ſed bene ſunt unita tertio .ſ. uerbo.

H. Hanc regulã an aliqua exparte poſuerit Ariſtoteles?

S. Nimirum, cùm dixit in primo phyſ. t.com. 12. quæcumque ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe.

H. Albedo, & nigredo ſunt eadem uni tertio, ſcilicet colori ergo inter ſe ſunt idem?

S. Quòd debeant eſſe idem uni tertio, debet intelligi con-

cõſtitutiuè,uel quaſi ex illis naſcens; ideo illa etiã falſa eſt; Sortes eſt Plato,quamuis conueniant in homine, genere autem,vel ſpecie illa eadem ſunt,quia cõueniunt in colore, & in homine; non autem inter ſe.

H. Diſcurrat aliquantulum. S. R. ab abſtractis propoſitionibus in creaturis: ut clareant hæc.

S. In ſubſtantijs primo loquar, falſa eſt hæc humanitas eſt animal; quia extrema non ſunt infinita,neque tertium concernunt.

Secundo, Iſta eſt vera, humanitas eſt ens, non propter concernentiam tertij, ſed propter infinitatem permiſsiuam entis; ideo dixi in 3. di. primi q. 3. hãc eſſe ueram; rationalitas eſt ens.

Tertio, Iſta eſt falſa, humanitas eſt animalitas;quia extrema non ſunt infinita, nec tertium concernunt.

Quarto, Iſta eſt falſa, veritas eſt entitas, & iſta ueritas eſt unitas, quia extrema non ſunt infinita, nec tertium concernunt.

Quinto, Iſtæ ſunt falſæ, humanitas eſt rationalitas, aſinitas eſt irrationalitas, quia pars per modum partis non prædicatur de toto, ideo rationalitas nõ prædicatur de humanitate.

Sexto, Iſte ſunt falſæ, humanitas eſt riſibilitas, aſinitas eſt rudibilitas, quia extrema non cõcernunt tertium, nec infinita ſunt.

Septimo, Iſta eſt falſa,humanitas eſt albedo,eſt quãta,agit,patitur,habituata &c. ratione iam dicta.

Octauo, Iſta eſt falſa,hæc albedo eſt quidditas albebedinis, calor aut ignis eſt caliditas,quia non concernunt tertium. Nono,

Nono, Vera iſta eſt, albedo eſt color, calor eſt potentia cauſandi calorem, quia extrema concernunt tertium.

Decimo, Veræ ſunt iſtæ realiter; licet de rigore logicæ falſæ ſint, humanitas includit humanitatẽ, & rationalitatem, humanitas identificat ſibi animalitatem.

Vndecimo ſimiliter iſtæ ſunt veræ in ſe, & de rigore ſunt falſæ, humanitas eſt abſtracta, humanitas eſt uniuerſale, humanitas eſt ſpecies, de rigore logices falſæ ſunt; cùm ſecunde intentiones hic de primis dicantur.

Duodecimo, Humanitas eſt animalitas, & rationalitas, falſa eſt, cùm non ſint extrema infinita; nec cõcernant tertium, & cùm ſubiectum non ſit idem cum prædicato; quoniam ultra animalitatem, & rationalitatem ſubiectum includit tertiam entitatem.

H. An iſtas abſtractiones poſuerit Ariſtotiles?

S. Ita in 3. de anima t. co. 35. Abſtractione autem dicta intelligit, ſicut ſimum non ſeparate ideſt licet intelligas ſimitatem ſeparatam a naſo, non tamen ſimitas eſt ſepata, & in 2. phys. t. com. 16. ubi docet de abſtractionibus metaphyſicis.

H. An prædicationem identicam in diuinis poſuerit?

S. Ita per eum probare poſſemus in primo phys. t. co. 17. quæcumque ſunt eadem uni tertio ſunt eadem inter ſe; quia uero eſſentia, & Iuſtitia ſunt eadem infinitati formali, erunt inter ſe eadem.

H. An quòd prædicatio in abſtracto ſit ĩ primo modo ab Ariſt. habetur?

S. Ita in libro 4. Top. ubi habet, quòd tranquillitas eſt

quies, iſta eſt in abſtracto, & in primo modo, ut docui in tertia diſt. primi.

H. An de vltimate abſtracto, quòd non prædicetur aliquid niſi de ſe ipſo habeatur ab eo?

S. Ab Auicenna habetur; non inuenio autem in Ariſtot. ait igitur, Auicenna in 5. Metaph. capit. primo equinitas eſt tantum equinitas, ergo nihil ab ea abſtrahi poteſt; & eſt in ſubſtantijs, igitur in ſubſtantijs vna fit abſtractio, & non niſi de ſe prædicatur; quòd autem in accidentibus abſolutis duæ dentur abſtractiones, patet; quia conceditur iſtá ab Ariſt. tranquillitas eſt quies, & non eſt prædicatio eiuſdem de ſe ipſo; igitur tranquillitas non eſt tantum ipſa; ergo aliquid aliud includit ſaltem indiuidua propriæ naturæ; & iſta ſunt accidentia abſoluta, & in prædicamento qualitatis, ut patet; de tribus autem abſtractionibus in reſpectiuis formaliter non inuenitur ab Ariſtotile dictum.

H. Dixit S. R. in prædicatione ſecūda, quòd ſecūda prædicatio eſt formalis. Inſtare quis poſſet, quia formalis prædicatio dicitur ea, quæ in primo modo fit, quia in prædicatione formali prædicatum includitur in ſubiecto, ut homo eſt animal, uel rationalis.

S. Vna eſt prædicatio formalis, quæ quidditatiua dicitur; alia autem formalis, quæ denominatiua appellatur; de prima autem intelligis tu, quam, & nos concedimus tecum, de ſecunda autem loquutus ſum, cùm de ſecunda prædicatione ſermonem ædiderim.

H. Quare

H. Quare S.R.in prædicatione hac denominatiua, cùm poſuerit quatuor gradus, In primo loco cùm differentia prædicatur de genere, ultimo in loco accidens per accidens poſuit, cùm primum ponendum eſſet; quia accidens per accidẽs eſt magis denominatiuum, & magis a ſubiecto diſtinguitur prædicatum.

Scias me id feciſſe, ut continuarem illa, quæ erant dicenda de modi dicendi per ſe; ideo de differentia habente modum utrunq; dicendi uolui prius loqui.

H. Deus eſt homo, & uerbũ eſt homo, an ſit formalis? & ſi formalis an ſit denominatiua, an quidditatiua potius?

S. Vt Theologice reſpondeam, dico quòd neutra eſt, non eſt inquam quidditatiua, quia ſubiectum non includit prædicatum; non denominatiua, quia neutrũ extremum realiter alteri accidit.

H. Quo modo ergo uocabitur?

S. Propoſitio ſubſtantialis.

H. Non datur propoſitio, quæ non ſit, aut quidditatiua, aut denominatiua.

S. Naturales non dant, Theologi uero concedunt, & cum eis dicimus dandam, hancque ideo aſſignamus.

H. Quare dixit S.R. in prædicatione identica identice identica?

S. Quia prędicationes iſtæ duas habent identitates, una eſt extremorum inter ſe; & alia eſt extremorum propter tertium, ut iſta eſſentia eſt uoluntas, inter ſe extrema ſunt idem, & ſunt idem propter infinitatem formalem, ideo identica identice dicitur.

H. In creaturis autem quare dicitur identica identice.

S. Non

S. Non propter infinitatem, ſed propter concernentiam in tertio, ut animal eſt rationale eſt identica, & abſtracta ab his propoſitio falſa erit.

H. Si iſta eſt uera propter infinitatem permiſſiuam, humanitas eſt entitas, multo magis iſta uera erit, lapideitas eſt deitas, quia in iſta ponitur infinitas formalis ſiue id, quod eſt formaliter infinitum.

S. Non eſt iſta uera; quia prædicatum incompoſsibile eſt ſubiecto, non autem in prima, extrema enim tam in concreto, quàm in abſtracto ſunt incompoſsibilia formaliter, & naturaliter, nam iſta eſt falſa lapis eſt Deus; ita & iſta; lapideitas eſt deitas; entitas autem non repugnat humanitati, ſicut neque ens homini, ſed concurrunt, gradus uero dari poſſet, quòd iſta eſſent eiuſdem rationis, id eſt eiuſdem conceptus, non autem eiuſdem rationis formalis, aut eiuſdem realitatis, lapis eſt deitas.

H. In Regula S.R. dixit quòd tenet tribus conditionibus habitis: prima quòd in prædicatis poſitiuis fiat; ideo illa non eſt uera in primo modo, & formalis, eſſentia diſtinguitur, uel non eſt eadem.

Secunda tenet in prædicatis aliam formalitatem ex natura rei importantibus, ideo illa non eſt in primo modo, eſſentia eſt infinita, cùm infinitas ſit modus intrinſecus eſſentię, & nō importet aliam formalitatem a ſubiecto diſtinctam.

Tertia tenet in ſuppoſitis primo uerificabilibus, in iſtis ſcilicet humanitas eſt humanitas, quia in eorum ſuppoſitis (large ſumendo ſuppoſita) poſſunt uerificari

cari, nam iſta eſt vera, humanitas eſt humanitas; quia in ſuppoſitis primo uerificatur, ideſt in iſtis, hæc humanitas eſt humanitas; vnde ſequitur quòd regula uera eſt ſolum quãdo idẽ de ſe prædicabitur in abſtractis; Dubium infertur ex his, quoniam prædicatum cùm debeat habere ex natura rei diſtinctum eſſe a ſubiecto; quo modo idem de ſe poterit vere, & in primo modo prædicari?

S. Quantum ad ueritatem, nulla eſt uerior, quantum uero ad prædicationem, prædicatum habetur ꝓ diſtincto a ſubiecto, eſt enim res una, in forma, & modo, ſeipſam declarans, propoſitionis ſubiectum, & prædicatum habentis.

H. An poſsit abſtrahi a termino, ſicut a fundamento in accidentibus reſpectiuis?

S. Nequaquam includitur enim in primo modo dicendi per ſe; quod enim includitur in conceptu quidditatiuo illius, non poteſt ab eo abſtrahi, ideo relatio non poteſt a ſuo termino, ſiue ab habitudine ad terminum abſtrahi.

H. Quo modo oſtẽderetur terminus eſſe de eſsentia relationis?

S. Ab Ariſtotele definiente relationem in prędicamentis, cùm de relatiuis agit; definit illam per habitudinem ad terminum, & eſſe ad aliud.

H. Relatio habet habitudinem ad terminum eſſentialem; & ideo non abſtrahitur per iam dicta; ſed habet & ad fundamentum habitudinem, & etiam in definitione ponitur; ergo non debet abſtrahere etiam a

funda-

fundamento, eſt enim habitudo unius tamquam fundamenti ad aliud tamquam ad terminum.

S. Fundamentum capitur dupliciter, aut ut extremum relationis, & ſic ab eo non abſtrahitur relatio; quia ſic conſiderare relationem ſine duobus extremis, eſſet mendoſa conſideratio, & abſtractio pariter mendax; Alio modo fundamentum capitur pro illo, quod fundat reſpectum, quod non eſt de quidditate relationis, & iſto modo intellectus conſiderare poſſet abſtractam eſſe relationem, ſicut conſiderare poteſt cauſſalitatem ſine calore.

H. An a fundamento relatio aptitudinalis abſtrahat, ſicut abſtrahit a ſubiecto?

S. Non poteſt aptitudinis relatio a fundamento abſtrahi, ideo ab igne licet abſtrahatur relatio caliditatis; à potentia tñ ignis, ſiue a calore habitudo abſtrahi nequit cauſſalitatis ignis, ſiue à potẽtia cauſandi, aptitudinalis inquã; quia bene actualis habitudo abſtrahit.

H. Equinitas eſt tantum equinitas, & abſtrahit à ſuppoſitis etiam propriæ naturæ, ergo iſta erit falſa, hæc equinitas eſt equinitas, & hæc humanitas eſt humanitas; quod abſurdum contra ſenſum, ne dum rationem uidetur eſſe.

S. Equinitas eſt tantum equinitas & in primo ſigno naturæ de nullo prędicatur, etiam ſuorum propriorum inferiorum, in ſubſequentibus autem ſignis ſuperiſis datur, ut de ſuis ſuppoſitis ualeat prædicari.

H. Nihil aliud concernere S. R. dixit, ergo neque ſuppoſita propriæ naturæ.

S. Intel

S. Intelligas in primo ſigno iam dicto; in ſecundo autem ſigno naturæ concernit hanc,& hanc equinitatē.

H. De vltimate abſtractis non prædicantur illa, quæ ſe habent per modum inhærentis, & informantis,ut uerba participia, & aduerbia ideo falſa dicitur, eſſentia generat &c. igitur iſta erit falſa, eſſentia diuina mouet intellectum diuinum, & hanc tamen S. R. in 14. queſt. quol. prædicat ueram.

S. Iſta eſt falſa de rigore logices eſſentia mouet intellectum;realiter tamen uera eſt, iſta autem,eſſentia generat, nullo modo eſt uera, quoniam generare requirit diſtinctionem realem inter generantem,& genitū mouere autem non, cùm ſit vnum prædicatū accidentalo.

H. Quare iſta eſt falſa in ſyllogiſmo expoſitorio, eſſentia generat?

S. Quia eſt terminus ſingularis, & non poteſt ſibi addi ſignum uniuerſale, dicendo quicquid eſt eſſentia generat; ideo cùm dicitur, hic pater generat, hæc eſſentia eſt hic pater, ergo eſſentia generat, concluſio iſta eſt falſa, quia ex una formali, videlicet Pater generat, & ex alia identica, hæc eſſentia eſt hic pater,non ſequitur concluſio formalis, ſed identica, ſiue per identicā exponibilis, dicens eſſentia continet id,quòd generat, ſiue eſt habens, ſe vnitur eſſentiæ id, quod generat; ideo eſt alius modus dicendi; quòd ſi fiat diſtributio extra terminum ſoluitur argumentum,dicēdo.Si eſſentia generat, diſtribuatur ly omne,quod eſt eſſentia; & ſic deſignabitur filius, & ſpiritus ſanctus.

H. Quid ſi dicerem ſic, nulla eſſentia generat, pater

eſt eſſentia, ergo pater non generat.

S. Eſſentia nō eſt terminus communis, ut diſtribuatur, ideo maior eſt falſa.

H. Eſſentia hæc, uel diuina concedo, quòd non diſtribuatur, ſed eſſentia in communi diſtribuitur, ut in propoſito.

S. Concluſio eſt formalis, & non ſequitur ex identica, quæ eſt, quòd pater ſit eſſentia, tamen neganda eſt minor propter diuerſos modos ſignificandi, quia eſſentia formaliter non prædicatur de patre, ideo ſi non eſſet infinitas in prædicato ratione cuius identificat ſibi ſubiectum, propoſitio eſſet falſa, eſt igitur illa uera per identitatem, a qua non licet inferre concluſionem formalem, & ſyllogiſticam; de quarta autem prædicatione fiet ſermo in lectione ſequenti.

LECTIO XXVIII.

S. Textum ipſe quartæ prædicationis recitare curabo, ut facilius tibi difficultates ſuper eo aperiã. Quarta prædicatio eſt tantum eſſentialis, & iſta eſt tantum in diuinis, quam ponit Hilarius de Trini. & eſt iſta, in qua denotatur conſubſtantialitas, & origo, ut filius eſt de eſſentia patris, per ly de eſſentia, uel ſubſtantia notatur conſubſtantialitas, & per ly patris, origo; Si autem quæras an iſta ſit eſſentialis, filius eſt de eſſentia, uel filius eſt eſſentiæ.

Ad primum reſpondeo di. 5. q. 2. primi ſentent. quòd non proprie dicitur aliqua perſona eſſe de eſſentia ab-

lute, ſed addendo cum ſubſtantia perſonam aliquam originantem, benedicitur, quòd aliqua perſona originata eſt de ſubſtantia illius perſonæ; ita qđ hæc filius eſt de ſubſtantia diuina, non eſt ita concedenda, ſicut hæc, filius eſt de ſubſtantia patris; quia per ſecundum exprimitur conſubſtantialitas, & origo propter genitiuum conſtructum cum caſuali præpoſitionis, per primam autem non notatur aliquid originans. Ad aliam dicendum qđ licet Auguſtinus dicat filium eſſe filium eſſentię patris 15. de Trin. ca. 18. et doctor quidam dicat, illam eſſe propriam, tamen uidetur probabilius dicendum, qđ non; quia quandocunque relatiuum cõſtruitur cum aliquo in tali habitudine caſuali, in qua natum eſt aliquid terminare illam relationem, ut correlatiuum, tunc conſtruitur cum illo præciſe, ut cum correlatiuo, exemplum, pater conſtruitur cũ relatiuo in habitudine genitiui; ſimile in habitudine datiui, & minus in habitudine ablatiui, & ſecundum cõem ſermonem uidetur, quòd cum quocumq; cõſtruatur tale relatiuũ expreſſe ĩ tali habitudine caſuali; illud notatur eſſe correlatiuũ huius relatiui; Nõ .n. dicimus, iſte canis eſt filius hoĩs; quia eſt filius, & eſt hoĩs, ut domini canis; ita quòd ly hominis conſtruitur cũ ly canis ex ui poſſeſſionis, uel poſſeſſoris, ſed uidetur ſignificare, ꝙ cõſtruuntur cũ ly canis in ratione relatiui ut patris, ita igitur in iſta filius eſt eſſentiæ; uidetur ly eſſentiæ accipi, ut correlatiuũ illius relatiui, cũ quo cõſtruitur, et tunc ad Auguſt. qui uidetur huic cõtradicere dicẽdo; filius eſt eſſentiæ, dico qđ de

bet

bet intelligi, quòd ſit conſtructio intranſitiua, ut filius eſt eſſentiæ, ideſt filius eſt eſſentia; Non autem debet intelligi, quòd ſit conſtructio tranſitiua, quia alias eſſet falſa, ut dictum eſt. Et ſi dicatur, quòd ad iſtam filius eſt de ſubſtantia patris, uidetur ſequi iſta filius eſt eſſentiæ patris, nego ſequelam; quia conſequens notat relationē inter filium, & eſſentiam, ſicut ſuum correlatiuum, quod non notat antecedens; ſed tantum notat conſubſtantialitatem in eſſentia cum originatione notata in illo, quod conſtruitur cum eſſentia; ſic ergo patet quòd ad ueritatem prædicationis eſſentialis, ut hic capitur; requiritur, quòd ſit conſubſtantialitas, & origo. Vlterius notandum eſt, quòd poſſumus inuenire multos gradus in unitate, in primo gradu eſt unitas aggregationis, quę eſt minima, ut in aceruo lapidum; In ſecundo eſt unitas ordinis, quæ aliquid addit ſupra aggregationem. Tertia eſt unitas per acccidens, ubi ultra ordinē eſt īformatio (licet accidētalis) unius ab altero. In quarto eſt per ſe unitas ex prīcipijs eſſentialibus ex per ſe actu, & ex ꝑ ſe potētia. In quito eſt ꝑ ſe unitas ſimplicitatis, quæ eſt uera idētitas, ꝗcq̄d enī eſt ibi, eſt realiter idem cuilibet, & nō tātū eſt unū illi unitate unionis, ſicut ī alijs modis; Vltra aūt oēs iſtas idētitates ē idētitas formalis, vt docui ī q.4.di.2.1.ſn. Vide igiť ſuꝑ literā an aliqˀs tibi ſuboriať ſcrupulus.

H. Quid in ſe igitur continet prædicatio eſſentialis?

S. Duo hæc uidel. conſubſtātialitatē, & originē extremorū.

H. Quid conſubſtantialitas iſta?

S. Identias numeralis naturæ, & eſſentiæ.

H. Quare dixit S.R. hanc non poſſe eſſe, niſi in diuinis?

S. Quia in duobus ſuppoſitis diſtinctis realiter, quorum unum ſit generans, & aliud genitum, non eſt una, & eadem met eſſentia, niſi in diuinis, ideo iſta tantum dicitur prædicatio eſſentialis; filius eſt de ſubſtantia patris; cuius ſenſus eſt filius originatur a patre, ut conſubſtantialis.

H. De ſubſtantia patris, cùm dicimus ly de quid ſonat, uel ſignificat?

S. Conſubſtantialitatem, atque principium originantis ad originatum.

H. Cùm Ioannes dicat datam fuiſſe omnibus poteſtatem filios Dei fieri, his qui crederent in filium; qui nõ ex ſanguinibus, aut ex uolũtate carnis, ſed ex Deo nati ſunt, An idem ſonet ly ex ſicut ly de, cùm dicimus in ſymbolo, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo uero; Et ita cùm dicimus filium Dei factum eſſe ex muliere, & natum de muliere, an idem ſonet ly de ſubſtantia patris; ſicut ſi diceremus, ex ſubſtantia patris?

S. Differunt iſta duo, de, &, ex, ſecundum Auguſtinum: ut Magiſter in primo ſenten. habet di. 36. quoniam ly de, conſubſtantialitatem, atque principium iam dictum ſonat; Ex autem non ſonat conſubſtantialitatem, ſed bene cauſalitatem ſignificat, ſiue principium; ideo iſta conceditur; Creatura ex Deo eſt, non autem de Deo; Et ſecundum Auguſtinum omne, quod eſt de aliquo, eſt ex illo non autem econtra.

H. Nonne ly ex ſonat etiam cauſam materialem aliquã

do

do cùm dicimus ex terra formatum hominē primum?

S. Ita,& ideo quia cauſa materialis non reperitur in diuinis, non dicitur filius ex ſubſtantia patris, ſed de ſubſtantia patris.

H. Iſta an uera exiſtat, filius eſt filius eſſentiæ?

S. Duplex eſt conſtructio, tranſitiua, & intranſitiua. Intranſitiua eſt quando non fit trāſitus a termino ſumpto,& ſenſus eſt; filius eſt eſſentiæ, ideſt filius eſt filius, qui eſt eſſentia; non autem conceditur in conſtructione, in qua tranſitus fiat; quia eſſet ſenſus,quòd filius ad eſſentiam eſſet, ut ad ſuum correlatiuum, & quòd ab eſſentia eſſet genitus, & quòd eſſentia eſſet referibilis; quòd eſt falſum; quia quod refertur; realiter diſtinguitur ab eo,ad quod refertur;& ſic ſequeretur,quòd eſſentia eſſet realiter a tribus perſonis diſtincta;quòd haud quaquam tenere ſiue ſentire ſanum eſſe dicimus.

H. Si iſta eſſentialis prædicatio tantum in diuinis dicitur eſſe,iſta non erit eſſentialis, homo eſt animal rationale; ſiue homo eſt rationalis.

S. Duplicem prædicationem eſſentialem eſſe non ignorabis; alteram eſſentialem tantum,alteram uero eſſentialem,atque formalem:primam hanc eſſe dicimus aſſignatam in diuinis ſolummodo; alteram uero naturales poſuerunt, ut recitaſti, dicitur autem formalis, atque eſſentialis homo eſt rationalis, quoniam dicit hominis eſſentiam per modum informantis, cùm uero nos dicimus, filius eſt de ſubſtantia patris, dicitur adeo eſſentia, ut nō aliqua ex parte denotetur forma.

H. Cùm dicimus filius eſt de eſſentia patris, ly eſſentia non eſt aliquo modo forma?

S. Duplex eſt forma; Alia eſt forma informans, alia uero forma, qua quis ſubſiſtit, quare eſſentia eſt forma non informans, ſed qua ſubſiſtit filius. Forma autem informans eſt duplex; Alia eſt eſſentialis ut anima, & alia eſt accidentalis, ut albedo; eſſentialis autem forma informans, alia dicitur informare propriè, ut anima; alia non informare, ſed modum informantis tenere, ut rationalitas.

H. Eſt ne diſtinctio aliqua inter propoſitionem eſſentialem, & ſubſtantialem?

S. Eſt quidem, quoniam propoſitio eſſentialis notat conſubſtantialitatem, atque originem; In ſubſtantiali uero nullum iſtorum; ſed tãtummodo unio inter extrema notatur, vt uerbũ eſt caro; Deus eſt homo; de qua dixi ĩ 7.di. q. 1. et Damaſcenus. c. 43. di. ſubſtantialẽ inquimus unionẽ, & nõ ſophiſticã, ſed ueracem.

H. Quis eſt ille Doctor, qui concedit iſtam, filius eſt eſſentiæ patris, quem S. R. non expreſsit?

S. Diuus Bonauentura in primo, diſtinctione quinta.

H. Quo modo ergo S.R. hũc cũ Auguſtino nõ ſequitur.

S. Non damno eos, quoniam mens illorum probabilis eſt, & ſuſtentabilis, probabilior tamen mihi mens mea eſſe uidetur, ideſt magis propria.

H. Quo modo ergo dicendum foret in talium uirorum doctorum, atque ſanctorum defenſione?

S. Quod nõ bene arguitur, cũ dicitur oẽ relatiuũ cõſtructũ cũ alio ĩ tali diſpoſitione, & natura caſus, ſiũ quã

caſus

caſus poſitus poſt relatiuum poteſt terminare illam relationem, ut correlatiuum, ideſt omne relatiuum conſtructum cùm aliquo in tali caſu, quod poteſt eſſe correlatiuum ſuum; ſemper erit relatiuum ipſius; Dico quòd illa maior eſt uera, ſi illud correlatiuum correſpondens ſuo relatiuo erit ſuppoſitum, ſiue indiuiduum, modo licet filius ſit relatiuum, & ly eſſentiæ ſit genitiuus, tamen non poteſt eſſe correlatiuum de ly filius, quia ly eſſentiæ non eſt ſuppoſitum aut indiuiduum, quia abſtractum non eſt ſuppoſitum, & ideo Auguſtin. & diuus Bonauentura conceſſerunt eam in conſtructione intranſitiua, ut ſit ſenſus, filius eſt eſſentiæ, ideſt de eſſentia, ſed nō ut facit tranſitum ab eſſentia in aliud, quod ſit filius, quia eſſentia non deſtinguitur (vt dictum eſt) a perſonis realiter; & tamen ſignaret talem ineſſe diſtinctionem, ideo clarius dicitur filius eſt de eſſentia, quam filius ſit eſſentiæ.

H. Iſti ſācti, ac peritiſsimi viri, quare nō poſuerūt ꝓpoſitionē q̃ S.R. aſsignauit ſi magis ꝓpria eſſe dijudicet?

S. Illi reſponderunt obijcientibus, an illa eſſent concedēda, & affirmāt dicentes, ꝙ ſic; quòd ſi illi interrogati fuiſſent de modo dicendi meo, reſpondiſſent, ꝙ magis dicitur proprius; ita ſi queſtionem tādem tu ipſe mihi propoſueris, dicam, quòd illi omnes dixerunt.

H. Dicat S. R. verbum in regula de relatiuis, ut clarius quando ſit proprium relatiuum intelligam.

S. Quandocumq; relatiuū conſtruitur cū aliquo in tali habitudine caſuali, in qua natū eſt terminare illā relationē, vt correlatiuū, tunc cūſtruitur cū illo præciſe, vt

Nono, Vera iſta eſt, albedo eſt color, calor eſt potentia cauſandi calorem, quia extrema concernunt tertium.

Decimo, Veræ ſunt iſtæ realiter; licet de rigore logicæ falſæ ſint, humanitas includit humanitatē, & rationalitatem, humanitas identificat ſibi animalitatem.

Vndecimo ſimiliter iſtæ ſunt veræ in ſe, & de rigore ſunt falſæ, humanitas eſt abſtracta, humanitas eſt uniuerſale, humanitas eſt ſpecies, de rigore logices falſæ ſunt; cùm ſecunde intentiones hic de primis dicantur.

Duodecimo, Humanitas eſt animalitas, & rationalitas, falſa eſt, cùm non ſint extrema infinita; nec cōcernant tertium, & cùm ſubiectum non ſit idem cum prædicato; quoniam ultra animalitatem, & rationalitatem ſubiectum includit tertiam entitatem.

H. An iſtas abſtractiones poſuerit Ariſtotiles?

S. Ita in 3. de anima t. co. 35. Abſtractione autem dicta intelligit, ſicut ſimum non ſeparate ideſt licet intelligas ſimitatem ſeparatam a naſo, non tamen ſimitas eſt ſepata, & in 2. phys. t. com. 16. ubi docet de abſtractionibus metaphyſicis.

H. An prædicationem identicam in diuinis poſuerit?

S. Ita per eum probare poſſemus in primo phys. t. co. 17. quæcumque ſunt eadem uni tertio ſunt eadem inter ſe; quia uero eſſentia, & Iuſtitia ſunt eadem infinitati formali, erunt inter ſe eadem.

H. An quòd prædicatio in abſtracto ſit ī primo modo, ab Ariſt. habetur?

S. Ita in libro 4. Top. ubi habet, quòd tranquillitas eſt

quies; iſta eſt in abſtracto, & in primo modo, ut docui in tertia diſt. primi.

H. An de vltimate abſtracto, quòd non prædicetur aliquid niſi de ſe ipſo habeatur ab eo?

S. Ab Auicenna habetur; non inuenio autem in Ariſtot. ait igitur, Auicenna in 5. Metaph. capit. primo equinitas eſt tantum equinitas, ergo nihil ab ea abſtrahi poteſt; & eſt in ſubſtantijs, igitur in ſubſtantijs vna fit abſtractio, & non niſi de ſe prædicatur; quòd autem in accidentibus abſolutis duæ dentur abſtractiones, patet; quia conceditur iſta ab Ariſt. tranquillitas eſt quies, & non eſt prædicatio eiuſdem de ſe ipſo; igitur tranquillitas non eſt tantum ipſa; ergo aliquid aliud includit ſaltem indiuidua propriæ naturæ; & iſta ſunt accidentia abſoluta, & in prædicamento qualitatis, ut patet; de tribus autem abſtractionibus in reſpectiuis formaliter non inuenitur ab Ariſtotile dictum.

H. Dixit S. R. in prædicatione ſecũda, quòd ſecũda prædicatio eſt formalis. Inſtare quis poſſet, quia formalis prædicatio dicitur ea, quæ in primo modo fit, quia in prædicatione formali prædicatum includitur in ſubiecto, ut homo eſt animal, uel rationalis.

S. Vna eſt prædicatio formalis, quæ quidditatiua dicitur; alia autem formalis, quæ denominatiua appellatur; de prima autem intelligis tu, quam, & nos concedimus tecum, de ſecunda autem loquutus ſum, cùm de ſecunda prædicatione ſermonem ædiderim.

H. Quare

H. Quare S.R.in prædicatione hac denominatiua, cùm poſuerit quatuor gradus, In primo loco cùm differentiá prædicatur de genere, ultimo in loco accidens per accidens poſuit, cùm primum ponendum eſſet; quia accidens per accidẽs eſt magis denominatiuum,& magis a ſubiecto diſtinguitur prædicatum.

. Scias me id feciſſe,ut continuarem illa,quæ erant dicenda de modi dicendi per ſe; ideo de differentia habente modum utrunq; dicendi uolui prius loqui.

H. Deus eſt homo,& uerbũ eſt homo,an ſit formalis? & ſi formalis an ſit denominatiua,an quidditatiua potius?

S. Vt Theologice reſpondeam. dico quòd neutra eſt, non eſt inquam quidditatiua, quia ſubiectum non includit prædicatum; non denominatiua, quia neutrũ extremum realiter alteri accidit.

H. Quo modo ergo uocabitur?

S. Propoſitio ſubſtantialis.

H. Non datur propoſitio, quæ non ſit,aut quidditatiua, aut denominatiua.

S. Naturales non dant, Theologi uero concedunt, & cum eis dicimus dandam,hancque ideo aſſignamus.

H. Quare dixit S.R. in prædicatione identica identice identica?

S. Quia prędicationes iſtæ duas habent identitates,una eſt extremorum inter ſe; & alia eſt extremorum propter tertium,ut iſta eſſentia eſt uoluntas, inter ſe extrema ſunt idem,& ſunt idem propter infinitatem formalem, ideo identica identice dicitur.

H. In creaturis autem quare dicitur identica identice.

S. Non

S. Non propter infinitatem,ſed propter concernentiam in tertio,ut animal eſt rationale eſt identica,& abſtracta ab his propoſitio falſa erit.

H. Si iſta eſt uera propter infinitatem permiſſiuam, humanitas eſt entitas,multo magis iſta uera erit,lapideitas eſt deitas, quia in iſta ponitur infinitas formalis ſiue id, quod eſt formaliter infinitum.

S. Non eſt iſta uera; quia prædicatum incompoſsibile eſt ſubiecto, non autem in prima, extrema enim tam in concreto, quàm in abſtracto ſunt incompoſsibilia formaliter, & naturaliter, nam iſta eſt falſa lapis eſt Deus; ita & iſta; lapideitas eſt deitas; entitas autem non repugnat humanitati, ſicut neque ens homini, ſed concurrunt, gradus uero dari poſſet, quòd iſta eſſent eiuſdem rationis, id eſt eiuſdem conceptus, non autem eiuſdem rationis formalis, aut eiuſdem realitatis, lapis eſt deitas.

H. In Regula S.R. dixit quòd tenet tribus conditionibus habitis: prima quòd in prædicatis poſitiuis fiat; ideo illa non eſt uera in primo modo, & formalis, eſſentia diſtinguitur,uel non eſt eadem.

Secunda tenet in prædicatis aliam formalitatem ex natura rei importantibus, ideo iſta non eſt in primo modo, eſſentia eſt infinita,cùm infinitas ſit modus intrinſecus eſſentię, & nõ importet aliam formalitatem a ſubiecto diſtinctam.

Tertia tenet in ſuppoſitis primo uerificabilibus, in iſtis ſcilicet humanitas eſt humanitas, quia in eorum ſuppoſitis (large ſumendo ſuppoſita) poſſunt uerificari

fundamento, eſt enim habitudo unius tamquam fundamenti ad aliud tamquam ad terminum.

S. Fundamentum capitur dupliciter, aut ut extremum relationis, & ſic ab eo non abſtrahitur relatio; quia ſic conſiderare relationem ſine duobus extremis, eſſet mendoſa conſideratio, & abſtractio pariter mendax; Alio modo fundamentum capitur pro illo, quod fundat reſpectum, quod non eſt de quidditate relationis, & iſto modo intellectus conſiderare poſſet abſtractam eſſe relationem, ſicut conſiderare poteſt cauſalitatem ſine calore.

H. An a fundamento relatio aptitudinalis abſtrahat, ſicut abſtrahit a ſubiecto?

S. Non poteſt aptitudinis relatio a fundamento abſtrahi, ideo ab igne licet abſtrahatur relatio caliditatis; à potentia tñ ignis, ſiue a calore habitudo abſtrahi nequit cauſalitatis ignis, ſiue a potẽtia cauſandi, aptitudinalis inquã; quia bene actualis habitudo abſtrahit.

H. Equinitas eſt tantum equinitas, & abſtrahit à ſuppoſitis etiam propriæ naturæ, ergo iſta erit falſa, hæc equinitas eſt equinitas, & hæc humanitas eſt humanitas; quod abſurdum contra ſenſum; ne dum rationem uidetur eſſe.

S. Equinitas eſt tantum equinitas & in primo ſigno naturæ de nullo prędicatur, etiam ſuorum propriorum inferiorum, in ſubſequentibus autem ſignis ſuperiius datur, ut de ſuis ſuppoſitis ualeat prædicari.

H. Nihil aliud concernere S. R. dixit, ergo neque ſuppoſita propriæ naturæ.

S. Intelligas in primo ſigno iam dicto; in ſecundo autem ſigno naturæ concernit hanc,& hanc equinitatẽ.

H. De vltimate abſtractis non prædicantur illa, quæ ſe habent per modum inhærentis, & informantis,ut uerba participia, & aduerbia ideo falſa dicitur, eſſentia generat &c. igitur iſta erit falſa, eſſentia diuina mouet intellectum diuinum, & hanc tamen S. R. in 14. queſt. quol. prædicat ueram.

S. Iſta eſt falſa de rigore logices eſſentia mouet intellectum; realiter tamen uera eſt, iſta autem, eſſentia generat, nullo modo eſt uera, quoniam generare requirit diſtinctionem realem inter generantem,& genitũ mouere autem non, cùm ſit vnum prædicatũ accidentale.

H. Quare iſta eſt falſa in ſyllogiſmo expoſitorio, eſſentia generat?

S. Quia eſt terminus ſingularis, & non poteſt ſibi addi ſignum uniuerſale, dicendo quicquid eſt eſſentia generat; ideo cùm dicitur, hic pater generat, hæc eſſentia eſt hic pater, ergo eſſentia generat, concluſio iſta eſt falſa, quia ex una formali, videlicet Pater generat, & ex alia identica, hæc eſſentia eſt hic pater, non ſequitur concluſio formalis, ſed identica, ſiue per identicã exponibilis, dicens eſſentia continet id, quòd generat, ſiue eſt habens, ſe vnitur eſſentiæ id, quod generat; ideo eſt alius modus dicendi; quòd ſi fiat diſtributio extra terminum ſoluitur argumentum, dicẽdo. Si eſſentia generat, diſtribuatur ly omne, quod eſt eſſentia; & ſic deſignabitur filius, & ſpiritus ſanctus.

H. Quid ſi dicerem ſic, nulla eſſentia generat, pater

eſt

eſt eſſentia, ergo pater non generat.

S. Eſſentia nõ eſt terminus communis, ut diſtribuatur, ideo maior eſt falſa.

H. Eſſentia hæc, uel diuina concedo, quòd non diſtribuatur, ſed eſſentia in communi diſtribuitur, ut in propoſito.

S. Concluſio eſt formalis, & non ſequitur ex identica, quæ eſt, quòd pater ſit eſſentia, tamen neganda eſt minor propter diuerſos modos ſignificandi, quia eſſentia formaliter non prædicatur de patre, ideo ſi non eſſet infinitas in prædicato ratione cuius identificat ſibi ſubiectum, propoſitio eſſet falſa, eſt igitur illa uera per identitatem, a qua non licet inferre concluſionem formalem, & ſyllogiſticam; de quarta autem prædicatione fiet ſermo in lectione ſequenti.

LECTIO XXVIII.

S. Textum ipſe quartæ prædicationis recitare curabo, ut facilius tibi difficultates ſuper eo aperiã. Quarta prædicatio eſt tantum eſſentialis, & iſta eſt tantum in diuinis, quam ponit Hilarius de Trini. & eſt iſta, in qua denotatur conſubſtantialitas, & origo, ut filius eſt de eſſentia patris, per ly de eſſentia, uel ſubſtantia notatur conſubſtantialitas, & per ly patris, origo; Si autem quæras an iſta ſit eſſentialis, filius eſt de eſſentia, uel filius eſt eſſentiæ.

Ad primum reſpondeo di. 5.q.2.primi ſentent. quòd non proprie dicitur aliqua perſona eſſe de eſſentia ab-

lute, ſed addendo cum ſubſtantia perſonam aliquam originantem, benedicitur, quòd aliqua perſona originata eſt de ſubſtantia illius perſonæ; ita qđ hæc filius eſt de ſubſtantia diuina, non eſt ita concedenda, ſicut hæc, filius eſt de ſubſtantia patris; quia per ſecundum exprimitur conſubſtantialitas, & origo propter genitiuum conſtructum cum caſuali præpoſitionis, per primam autem non notatur aliquid originans. Ad aliam dicendum qđ licet Auguſtinus dicat filium eſſe filium eſſentię patris 15. de Trin. ca. 18. et doctor quidam dicat, illam eſſe propriam, tamen uidetur probabilius dicendum, qđ non; quia quandocunque relatiuum cõſtruitur cum aliquo in tali habitudine caſuali, in qua natum eſt aliquid terminare illam relationem, ut correlatiuum, tunc conſtruitur cum illo præciſe, ut cum correlatiuo, exemplum, pater conſtruitur cũ relatiuo in habitudine genitiui; ſimile in habitudine datiui, & minus in habitudine ablatiui, & ſecundum cõem ſermonem uidetur, quòd cum quocumq; cõſtruatur tale relatiuũ expreſſe ĩ tali habitudine caſuali; illud notatur eſſe correlatiuũ huius relatiui; Nõ .n. dicimus, iſte canis eſt filius hoĩs; quia eſt filius, & eſt hoĩs, ut domini canis; ita quòd ly hominis conſtruitur cũ ly canis ex ui poſſeſſionis, uel poſſeſſoris, ſed uidetur ſignificare, ꝙ cõſtruuntur cũ ly canis in ratione relatiui ut patris, ita igitur in iſta filius eſt eſſentiæ; uidetur ly eſſentiæ accipi, ut correlatiuũ illius relatiui, cũ quo cõſtruitur, et tunc ad Auguſt. qui uidetur huic cõtradicere dicẽdo; filius eſt eſſentiæ, dico qđ de

bet

bet intelligi, quòd ſit conſtructio intranſitiua, ut filius eſt eſſentiæ, id eſt filius eſt eſſentia; Non autem debet intelligi, quòd ſit conſtructio tranſitiua, quia alias eſſet falſa, ut dictum eſt. Et ſi dicatur, quòd ad iſtam filius eſt de ſubſtantia patris, uidetur ſequi iſta filius eſt eſſentiæ patris, nego ſequelam; quia conſequens notat relationē inter filium, & eſſentiam, ſicut ſuum correlatiuum, quod non notat antecedens; ſed tantum notat conſubſtantialitatem in eſſentia cum originatione notata in illo, quod conſtruitur cum eſſentia; ſic ergo patet quòd ad ueritatem prædicationis eſſentialis, ut hic capitur; requiritur, quòd ſit conſubſtantialitas, & origo. Vlterius notandum eſt, quòd poſſumus inuenire multos gradus in unitate, in primo gradu eſt unitas aggregationis, quę eſt minima, ut in aceruo lapidum; In ſecundo eſt unitas ordinis, quæ aliquid addit ſupra aggregationem. Tertia eſt unitas per acccidens, ubi ultra ordinē eſt īformatio (licet accidētalis) unius ab altero. In quarto eſt per ſe unitas ex prīcipijs eſſentialibus ex per ſe actu, & ex ꝑ ſe potētia. In quīto eſt ꝑ ſe unitas ſimplicitatis, quæ eſt uera idētitas, ꝙcq̄d enī eſt ibi, eſt realiter idem cuilibet, & nō tātū eſt unū illi unitate unionis, ſicut ī alijs modis; Vltra aūt oēs iſtas idētitates ē idētitas formalis, vt docui ī q.4.di.2.1.ſñ. Vide igit̄ ſuꝑ literā an aliqs tibi ſuboriat̄ ſcrupulus.

H. Quid in ſe igitur continet prædicatio eſſentialis?

S. Duo hæc uidel. conſubſtātialitatē, & originē extremorū.

H. Quid conſubſtantialitas iſta?

S. Identias numeralis naturæ, & eſſentiæ.

H. Quare dixit S.R. hanc non poſſe eſſe, niſi in diuinis?

S. Quia in duobus ſuppoſitis diſtinctis realiter, quorum unum ſit generans, & aliud genitum, non eſt una, & eadem met eſſentia, niſi in diuinis, ideo iſta tantum dicitur prædicatio eſſentialis; filius eſt de ſubſtantia patris; cuius ſenſus eſt filius originatur a patre, ut con ſubſtantialis.

H. De ſubſtantia patris, cùm dicimus ly de quid ſonat, uel ſignificat?

S. Conſubſtantialitatem, atque principium originantis ad originatum.

H. Cùm Ioannes dicat datam fuiſſe omnibus poteſtatem filios Dei fieri, his qui crederent in filium; qui nō ex ſanguinibus, aut ex uolūtate carnis, ſed ex Deo nati ſunt, An idem ſonet ly ex ſicut ly de, cùm dicimus in ſymbolo, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo uero; Et ita cùm dicimus filium Dei factum eſſe ex muliere, & natum de muliere, an idem ſonet ly de ſubſtantia patris; ſicut ſi diceremus, ex ſubſtantia patris?

S. Differunt iſta duo, de, &, ex, ſecundum Auguſtinum: ut Magiſter in primo ſenten. habet di. 36. quoniam ly de, conſubſtantialitatem, atque principium iam dictum ſonat; Ex autem non ſonat conſubſtantialitatem, ſed bene cauſalitatem ſignificat, ſiue principium; ideo iſta conceditur; Creatura ex Deo eſt, non autem de Deo; Et ſecundum Auguſtinum omne, quod eſt de aliquo, eſt ex illo non autem econtra.

H. Nonne ly ex ſonat etiam cauſam materialem aliquā

do

do cùm dicimus ex terra formatum hominẽ primum?

S. Ita,& ideo quia cauſa materialis non reperitur in diuinis, non dicitur filius ex ſubſtantia patris, ſed de ſub ſtantia patris.

H. Iſta an uera exiſtat, filius eſt filius eſſentiæ?

S. Duplex eſt conſtructio, tranſitiua, & intranſitiua. Intranſitiua eſt quando non fit trãſitus a termino ſumpto,& ſenſus eſt; filius eſt eſſentiæ,ideſt filius eſt filius, qui eſt eſſentia; non autem conceditur in conſtructione, in qua tranſitus fiat; quia eſſet ſenſus,quòd filius ad eſſentiam eſſet, ut ad ſuum correlatiuum, & quòd ab eſſentia eſſet genitus, & quòd eſſentia eſſet referibilis; quòd eſt falſum; quia quod refertur; realiter diſtinguitur ab eo,ad quod refertur;& ſic ſequeretur,quòd eſſentia eſſet realiter a tribus perſonis diſtincta;quod haud quaquam tenere ſiue ſentire ſanum eſſe dicimus.

H. Si iſta eſſentialis prædicatio tantum in diuinis dicitur eſſe,iſta non erit eſſentialis, homo eſt animal rationale; ſiue homo eſt rationalis.

S. Duplicem prædicationem eſſentialem eſſe non ignorabis; alteram eſſentialem tantum,alteram uero eſſentialem,atque formalem:primam hanc eſſe dicimus aſſignatam in diuinis ſolummodo; alteram uero naturales poſuerunt, ut recitaſti, dicitur autem formalis, atque eſſentialis homo eſt rationalis, quoniam dicit hominis eſſentiam per modum informantis, cùm uero nos dicimus, filius eſt de ſubſtantia patris, dicitur adeo eſſentia, ut nõ aliqua ex parte denotetur forma.

caſus poſitus poſt relatiuum poteſt terminare illam relationem, ut correlatiuum, ideſt omne relatiuum conſtructum cùm aliquo in tali caſu, quod poteſt eſſe correlatiuum ſuum; ſemper erit relatiuum ipſius; Dico quòd illa maior eſt uera, ſi illud correlatiuum correſpondens ſuo relatiuo erit ſuppoſitum, ſiue indiuiduum, modo licet filius ſit relatiuum, & ly eſſentiæ ſit genitiuus, tamen non poteſt eſſe correlatiuum de ly filius, quia ly eſſentiæ non eſt ſuppoſitum aut indiuiduum, quia abſtractum non eſt ſuppoſitum, & ideo Auguſtin. & diuus Bonauentura conceſſerunt eam in conſtructione intranſitiua, ut ſit ſenſus, filius eſt eſſentiæ, ideſt de eſſentia, ſed nō ut facit tranſitum ab eſſentia in aliud, quod ſit filius, quia eſſentia non deſtinguitur (vt dictum eſt) a perſonis realiter; & tamen ſignaret talem ineſſe diſtinctionem, ideo clarius dicitur filius eſt de eſſentia, quam filius ſit eſſentiæ.

H. Iſti sācti, ac peritiſsimi viri, quare nō poſuerūt ꝑpoſitionē q̃ S.R. aſsignauit ſi magis ꝓpria eſſe dijudicet?

S. Illi reſponderunt obijcientibus, an illa eſſent concedēda, & affirmāt dicentes, ꝙ ſic; quòd ſi illi interrogati fuiſſent de modo dicendi meo, reſpondiſſent, ꝙ magis dicitur proprius; ita ſi queſtionem tādem tu ipſe mihi propoſueris, dicam, quòd illi omnes dixerunt.

H. Dicat S. R. verbum in regula de relatiuis, ut clarius quando ſit proprium relatiuum intelligam.

S. Quandocumq; relatiuū conſtruitur cū aliquo in tali habitudine caſuali, in qua natū eſt terminare illā relationē, vt correlatiuū, tunc cūſtruitur cū illo præciſe, vt

correlatiuum, ideſt quando relatiuum cōſtruitur cum alio (uerbi gratia) cum genitiuo, & illud relatiuum eſt talis naturæ, quòd non poteſt conſtrui niſi cum genitiuo, tunc dicas ſemper, ꝙ ille genitiuus conſtructus cum illo relatiuo, ſe habet ad illud, ut ad proprium relatiuum, ſiue correlatiuum, dicendo ergo pater filij, pater eſt relatiuum, quia conſtruitur cum genitiuo filij, & neceſſario ly filij eſt correlatiuum ſuum; Modo in propoſito; filius eſt eſſentiæ, hic ponitur unū relatiuum, & eſt filius; & quia ſimiliter ponitur eſſentiæ, cum ly eſſentiæ ſit genitiuus, neceſſario erit ſuum correlatiuum; & tunc ſequeretur, quòd eſſentia generaret filium; quod abſurdiſsimum eſt; Ita ꝙ propoſitio impropria erit ſicut iſta; Iſte canis eſt filius hominis; & ad hoc quòd proprium ſenſum faciat; dicere oportet, canis eſt filius alterius canis, qui poſsidetur ab homine; ita filius eſt eſſentiæ, ideſt filius eſt filius alicuius patris qui eſt eiuſdem eſſentiæ cum illo, ſiue habentis eandem eſſentiam.

H. Vnitas aggregationis cum unitate per accidens quomodo conuenit, uel differt?

S. Conuenit, quia unum reſultat ex utraque unione, & iterum conueniunt ad inuicem; quia utraque unitas dicitur non eſſentialis, ſiue ſubſtantialis, ſed accidentalis; Differunt autem ex eo, quia nullus eſt ordo in aggregatione partium, & una pars quæ dicitur poſterior, uel inferior, poterit eſſe ſuperior, uel prior; & una non eſt in potentia reſpectu alterius partis; quia quælibet pars eſt in actu ſimpliciter, unum autem per

acci-

accidens importat duo, unũ quod eſt ordo eſſentialis inter partes ex natura ipſarum, quia ex ſui natura ſubſtãtia eſt prior omni accidẽte, ex. 7. metaph. t. co. 14. ſecundum autem quod importat in informationẽ unius partis ad aliã, & informabilis ad informantẽ partẽ.

H. Quare igitur uocatur unum per accidens?

S. Quia forma ſiue actus non reſpicit informabile per ſe, ideo actus & potentia in iſtis faciunt unum non per ſe, ſed per accidens.

H. Vnum per ſe, & unũ per accidẽs quo modo differũt?

S. Vnum compoſitum per ſe, & eſſentiale ultra hoc quod dicit potentiale, & actuale, eſſentialemque ordinem inter partes, addit perſeitatem actus, & perſeitatem potentiæ, & ultra hoc tale compoſitum addit tertiam entitatem per ſe, ſicut ex partibus hominis, humanitatem inferimus, eſſentialem ordinem partium ĩter ſe, potentiale per ſe, & actuale, & demum unum conſtituere dicimus iſta.

H. Vnum per ſe, & unum unitate identitatis quo modo ad inuicem comparantur?

S. Vnum unitate identitatis, ſiue ſimplicitatis nõ reſpicit quicquã potentiale, ſiue actuale, habet enim perfectã rę idẽtitatis, & realitatis eiuſdem quicquid ſibi cõpetit, cũ qua tamen identitate ſtat diſtinctio formalis, ita ꝙ illa, quæ ſunt unũ unitate ſimplicitatis, ſiue identitatis ſint unũ realiter, nõ autẽ formaliter; ſicut patet de anima, & potentias ſuas, de Deo, & relationibus de eſſentia, & attributis, & de ſimilibus.

H. Quæ differentia autem eſt inter unitatem unionis, & unitatẽ identitatis?

H. Vnitas

S. Vnitas vnionis ſemper præſupponit diſtinctionem actualem extremorum, ſiue formalem, ſiue realem; unio autem eſt relatio actualis; ideoque præſupponit extrema in actu; & cùm ſit relatio realis, uel ex natura rei, præſupponit illa ita eſſe diſtincta, quoniam realitas, & actualitas relationis eſt ex actualitate extremorum; ex quo ſequitur, quòd ubi eſt tantum unitas unionis excludens unitatem identitatis, unum extremorum non eſt idem alteri, neque realiter, neque formaliter; quæ unitas unionis eſt in uno per aggregatio nem, & in uno compoſito per ſe, uel per accidens.

H. Vnitas uero formalis, quam ſua Reuerentia aſsignauit eſt alijs iã dictis minor, uel aliqua ex parte maior?

S. Aliarũ oĩum maxima ẽ formalis unitas, ſiue idẽtitas.

H. Eſt ne tantum una talis formalis vnitas, uel plures?

S. Duplicem eſſe notabis identitatem formalem, alteram, quę mutua dicitur, alteram uero, quæ dicitur non mutua, Primam eam eſſe cenſebis, quæ eſt inter illa ex trema, quorum unum alteri formaliter, & in primo modo dicendi per ſe identificatur, & econtra, ſicut eſt inter hominem, & animal rationale; quia ſicut homo formaliter includit animal rationale; ita animal ratio nale formaliter includit hominem; Alia uero nõ mutua dicitur; & eſt inter illa, quorum unum eſt idem for maliter alteri, & non econtra, ut inferiora ſunt idem formaliter ſuis ſuperioribus; cùm illis accidant.

H. An ab Ariſt. hos gradus unitatis S.R. deſumpſerit.

S. Deſumpſi: prima enim vnitas, quæ eſt aggregationis 8. metaph. t.c. 15. ponitur, ubi habetur, ꝙ totum non eſt unũ, ſicut aceruus lapidum, ſed aceruus eſt unum ag

gre-

gregatione. Secunda vnitas ordinis in 12. metaph.t. com. 52. habetur, ubi dicitur uniuerſum habere unitatem ordinis. Tertia unitas per accidens in 5. metaph. t.c. 7. dicitur enim ibi, quòd unum dicitur ſecundum accidens, ut Coriſcus muſicus. Quarta unitas per ſe in 5. metaph. t. co. 11. amplius dicunt unum, quorum ratio eſt quodquid erat eſſe, & in 7. metaph. poſuit definitionem habere huiuſmodi partes per ſe, ſcilicet genus, differentiam, materiam, & formam, quæ igitur habent eandem definitionem, habent eandem per ſe unitatē, quæ eſt ex per ſe materia, & per ſe forma, ſiue potentiali, ſiue actuali.

Quinta eſt unitas ſimplicitatis, quę eſt i diuinis, quicquid enim ibi eſt, eſt realiter cuilibet, hanc poſuit Ariſt. in 12. met. t. com. 39. di. quare idem eſt intellectus, & intelligibile, ſic enim vult intellectum diuinum idem eſse cum ipſo Deo intellecto.

Sexta unitas eſt formalis, quæ habetur ab Ariſt. in 7. met. t.cō. 20. ubi dr̄ ſingulū quicquid eſt, nō eſt aliud a ſuimet ſubſtātia; ergo definitū nō eſt aliud a definitione, uel à partibus definitionis; ſed definitū eſt idem formaliter definitione, & partibus definitionis, cū aūt Ariſt. dicat nō eſſe aliud, ſed idē, non poteſt intelligi idem ex natura rei, quia homo, & animal non habent identitatem præciſam; nec idem ratione, nec idē realiter, quia tūc ſecundus modus per ſe non differet a primo; ſubiectū tamen maioris primi modi habet maiorē idētitatem cum prędicato, quàm habeat ſubiectū ſecūdi modi; ſed ſecundus modus habet identitatē realem; ergo non realem tantūmodo, ſed & formalē identitatem

tē habebit, & ſecundum Com. Cùm Ariſt. dicat; ſingulum non aliud .i. inferius non eſt aliud formaliter a ſuo prædicato, ideſt a ſuo ſuperiori; ubi infertur inferius idem eſſe ſuperiori formaliter, & definitum ſuæ definitioni.

LECTIO XXIX.

5. TExtus qui ſequitur a lectione preterita iſte eſt, Iſtis notatis pono duas concluſiones, quarum prima eſt; Definitio idētitatis formalis data a Sco. di. 2. q. 4. primi. Voco autem (inquit) identitatem formalem ubi illud, quod dicitur ſic idem includit illud, cui ſic eſt idem in ratione ſua formali, & per ſe primo modo. Vide bene hanc definitionem, & uidebis, quòd de intentione doctoris fuit, quòd inferius eſt idem formaliter ſuperiori, quia dicit doctor, quòd illud, quod ſic eſt idem ſcilicet formaliter includit illud cui ſic eſt idem; clarum eſt, quòd ſuperius non includit inferius in ratione ſua formali, & per ſe primo modo, ſed potius econtra, niſi dicas, quòd ponitur actiuum pro paſſiuo; ita quòd ſit ſenſus; illud dicitur eſſe idem formaliter alicui, quod includitur in ſua definitione, ſeu ratione ſua formali, & per ſe primo modo. Sed iſta expoſitio uidetur extorquere textum; Non enim uidetur ueriſimile, quòd iſte Doctor, qui fuit ita ſubtilis, & ꝙ etiam primus ample loquutus eſt de formalitatibus, poſuiſſet ſuam definitionem ſic obſcuram, ex quo inferuntur duo correllaria; Primum eſt, quòd omnia prædicata quidditatiua ſuperiora, & omnes differentiæ eſſentiales, & modi intrinſeci non ſunt idem formali-

ter

ter ſuis conſtitutis,ſiue inferioribus, ſed bene econtra. Aliqui tamen ampliant identitatē formalem, & dicūt quòd omnia illa dicuntur eſſe idem formaliter,quibus conuenit tantum una ratio formalis, & quidditatiua, ſicut ſunt omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei; ſed hoc eſt improprie, & abuſiue uti identitate formali; ſecundū correllarium, quòd nullum ſubiectum eſt idem formaliter ſuo accidenti,nec econtra,quia licet accidens includat ſubiectum, uel ſubſtantiam in definitione additamentali,non tamen in ratione ſua formali, & per ſe primo modo; eſſentiæ enim prædicamentorum ſunt impermixtę ſecundum Themiſtium, quod debet intelligi formaliter; ſecunda concluſio iſtius articuli eſt quòd illa diſtinguntur formaliter, quæ habent aliam, & aliam formalitatem, quarum neutra alteram includit in ratione ſua formali, & per ſe primo modo; ſicut dicimus quòd ſubiectum,& propria paſsio diſtinguntur formaliter; Ex iſta concluſione inferūtur duo correllaria. Primum eſt, quòd eſſentia diuina a relationibus diſtinguitur formaliter; quia conceptus abſoluti non includit quidditatiue conceptum relatiui; nec econtra, ſecundum correllarium omnia attributa in diuinis,ut ſunt intellectus,& voluntas,ſi fas eſt attributa nominari,ſapiētia,bonitas,& iuſtitia, ab eſſentia diuina,& a ſe inuicem,&etiam a relationibus formaliter diſtinguntur;ſed dices,uidetur, quòd in diuinis nō ſunt plures formalitates,quia formalitas dicitur a forma, ſed in diuinis nō ſunt plures formæ,ergo nec plures formalitates. Reſpōdeo,quòd argumentū,nihil ualet,

let;ſupponit enim, quòd ſuperius negatum eſt, quòd ſcilicet formalitas dicatur a forma,ſicut capimus formam; & licet admittatur,quòd formalitas a forma dicatur, adhuc tamen argumentum non ualet; quia ſimiliter arguerem, eſsentiale dicitur ab eſsentia,ſed in diuinis ſunt multa eſsentialia; ſecundum Dionyſium, ergo ſunt multæ eſsentiæ; ſi iſtud argumentum non ualet, ergo nec tuum; quod iſtud non ualeat, patet, quia concludit concluſionem hęreticam, & ideò pro me,& pro te,dico ad conſequentiam,quòd numquam bene arguitur a plurificatione conſequentis ad plurificationem antecedentis,maxime in diuinis;immo nec etiam in creaturis; unde licet iſta conſequentia ſit bona;iſte homo eſt ſciens,uel qualis,ergo habet ſcientiã, uel qualitatem, tamen non ſequitur, iſte homo habet plures ſcientias, uel qualitates, ergo eſt plures ſcientes,uel plures quales; dices,quòd nihil eſt ponendum in diuinis; niſi quod habetur a ratione naturali; uel a fide; uel a ſacra ſcriptura, uel ab aliquo Doctore au ctentico; ſed iſtæ formalitates non habẽtur ab aliquo iſtorum,quòd debeant poni in diuinis; ergo non ſunt ponendæ. Breuiter dico, quòd ſicut,ex una de neceſsa rio, & una de contingenti infertur una de contingenti ex primo priorum, ita quòd ibi eſt bona conſequẽtia; ita dico,quòd ex una credita,& ex alia naturaliter co gnita, per bonam conſequentiam poteſt inferri una credita;mõ ſic eſt,ꝙ credimus,& catholice cõfitemur, ꝙ eſsentia diuina eſt cõicabilis, & de facto cõicatur tribus perſonis,& eſt abſolutiſsima,paternitas autem

nec

nec eſt communicabilis, nec communicatur, nec eſt ens abſolutum; iſti propoſitioni addo unam aliam naturaliter euidentem; quòd quandocumque aliqua ſic ſe habent, quòd aliquid conuenit uni ex natura rei ſecluſo opere intellectus, quod non conuenit alteri, eſt ibi diſtinctio ex natura rei; et quando unum eſt abſolutum a parte rei formaliter, & quiddatiue; & aliud non; immo eſt formaliter relatiuum, illa dicunt diſtinctas formalitates; iſti ultimæ propoſitio ni adde præcedentem, & realiter concludes, quòd in diuinis ſunt plures formalitates, & confirmatur per beatum Auguſtinum dicentem, quòd alio pater eſt, & alio pater eſt pater; q̃a pater eſt eſsentia diuina, ſed eſt pater paternitate; ex hoc clarum eſt, quòd eſt diſtinctio inter eſsentiam diuinam, & paternitatem, & ſimiliter de alijs dicẽdum eſt. Item Hylarius de Trin. dicit, quòd nõ efficit creaturam uolũtas, ſed poteſtas; item genus, & differẽtia genere diſtinguntur, & pluſquam genere; quia ſecundum Philoſop. 3. top. differentia non participat genus, nec econtra, & tamen nõ realiter diſtinguntur igitur &c. Probatur etiam ratio ne, quia in definitione eſſet nugatio; & ſi arguatur ĩ tertia figura ſic, omnis homo formaliter eſt animal, omnis homo eſt formaliter rationalis, ergo rationale formaliter eſt aĩal. Reſpondetur breuiter, ꝙ licet ex neceſsarijs numquã ſequatur niſi neceſsariũ; tñ ex pro poſitionibus per ſe nõ ſequũtur propoſitiones per ſe, nec ex propoſitionibus formalibus, & quidditatiuis ſequuntur propoſitiones formales, & quidditatiuæ; et ſi contra prædicta arguatur iterum negando

diſtinſtionem formalem in diuinis ſic; nulla eſſentia diuina diſtinguitur formaliter ab eſſentia diuina, paternitas eſt eſſentia diuina, & ſimiliter filiatio, bonitas, ſapientia, & ſic de alijs, igitur paternitas non diſtinguitur formaliter ab eſſentia diuina; conſequentia eſt formalis in 4. primæ, maior eſt iſtorum formalizantium, quia nihil a ſe diſtinguitur ex natura rei, & formaliter; minor eſt catholica; ergo concluſio uera, quod eſt propoſitum, conſequentia non peccat in materia, nec in forma; reſpōdetur, quòd nec iſte ſillogyſmus nec omnes tales ſimiles ualent; ex eo quod non regulantur per dici de omni, uel dici de nullo; ita ꝙ fiat diſtributio in termino, uel extra terminum, in numero, uel extra numerum; & tunc maior erit falſa in propoſito, & a nobis negata, & non conceſſa; videlicet iſta; nihil, quod eſt eſſentia diuina diſtinguitur formaliter, & ex natura rei ab eſſentia diuina; & breuiter in omnibus talibus ſillogyſmis in propoſitione, quæ eſt de nullo debet poni, nihil quod eſt, & in propoſitione, quę eſt de omni debet poni omne, quod eſt; adhuc circa prædicta incidunt duæ difficultates, quarum prima eſt, quòd ex eo quod dictũ eſt, quòd attributa in diuinis diſtinguntur a ſe inuicem; & ab eſſentia diuina formaliter; ideo queritur utrum quodlibet attributum habeat propriam infinitatem formaliter diſtinctam ab infinitate diuinæ eſſentiæ, cùm prædicatio unius de altero ſit uera per identitatem, ut dictum eſt. Reſpondeo breuiter, quòd omnia abſoluta communia tribus perſonis habent propriam infinitatē formaliter

maliter diſtinctam ab infinitate diuinæ eſſentiæ, uerũ eſt tamen, quòd omnia ſunt infinita radicaliter ab eſſentia diuina licet non formaliter, ut dictum eſt. Secũda difficultas eſt vtrum concretum, & abſtractum diſtinguantur formaliter ſiue ex natura rei (uerbi gratia) homo, & humanitas. Dico quòd non imo ſola ratione diſtinguntur, quod patet primo per Sco. dic. quòd pater paternitas, generatio, generat generare, nõ diſtinguntur, niſi per modos ſignificandi grãmaticales, qui ſunt in uoce ab intellectu; et ſi dicas, quòd cõcedimus iſtam, homo eſt riſibilis, negamus iſtam, humanitas eſt riſibilis; quia humanitas eſt ultimate abſtractum; ergo oportet, quòd ſit aliqua diſtinctio inter hominem, & humanitatem; reſpondeo quòd una non dicitur uera pluſquam alia, niſi propter modos ſignificandi grammaticales, qui ſunt in uoce ab intellectu, & non re ipſa, et ſic patet, quòd tantum diſtinguntur ratione; ſi enim præciſe ſtemus in re dico, quòd quicquid ineſt homini, ineſt humanitati, quia nulla eſt ibi penitus diſtinctio, & hæc de 3. articulo minus principali propone ſuper textum pro modulo tuo difficultates.

H. Quibus rationibus oſtendi poſſet inferius idem formaliter eſſe ſuo ſuperiori, & ſuperius idem non eſſe formaliter ſuo inferiori?

S. Ex definitione identitatis, & diſtinctionis formalis, quam docui in textu, ratio igitur erit & fundamẽtum; illa ſunt idem formaliter quando unum non poteſt concipi ſeorſum ab alio; & illa ſunt diſtincta

T forma-

formaliter,quando unum ab alio ſeorſum poteſt concipi; ſed inferius non poteſt concipi ſine ſuo ſuperiori, ut docui in 3. di. 3. ergo inferius eſt ſuo ſuperiori idem formaliter;& quia ſuperius poteſt concipi ſine ſuo inferiori; ergo habet diſtinctam formalitatem a ſuo inferiori, & ſic diſtinguitur ab eo.

H. Quo modo probare quis poſſet, ſic ſuperius poſſe concipi ſine ſuo inferiori?

S. Ariſto.in 1. poſter. a ſenſu probat dicens, contingit ſcire omnem dualitatem eſſe parem; & ignorare hanc dualitatem eſſe parem; ergo ſuperius ſcire poſſumus ignorato inferiori.

H. Iſta poſſunt ne probari alia via?

S. Ita;homo eſt formaliter animal;ergo eſt idē formaliter animali; Iſta tamen eſt falſa; animal eſt formaliter hō; ergo, & iſta, aīal eſt idē formaliter homini.

H. S. R. in 4. di. 12. q. 1. & in 7. metaph.q. 1. docuit eſſe idem formaliter alicui; ideſt eſſe de eſſentia eius; ſi igitur inferiora ſunt idem formaliter ſuis ſuperioribus; ergo debent eſſe de eſſentia illorum; quod nemo uirorum doctorum concedit.

S. Scias formaliter duobus modis eſſe intelligēdū, uno modo,ut idē ſonat. q; de quidditate,& de eſſentia,alio modo formaliter eſt habere eādē cōceptibilitatem,& formalitatem; & ſic dico, q̄d primo modo ſuperiora sūt formaliter ſuis īferioribus,& de cōceptu formali, q̄a ſunt de eſſentia,& quidditate illorū,& nō econtra, q̄a īferiora cōtīgunt ſupioribus ſuis;at q̄a īferiora nō habent aliā formalitatē, nec cōceptibilitatē formalē

ab

ab illa, quæ eſt ſuperiorũ ſuorũ;ideo dicim⁹ inferio a eſſe idem formaliter ſuis ſuperioribus, et non ecõtra cum ſuperiora bene poſſint concipi ſine ſuis inferioribus; & ſic ſaluare, ac concordare omnia dicta meæ doctrinæ tu ipſe poteris,hac in parte.

H. Inferius accidit ſuperiori,tunc ſic; oẽ, quod accidit alteri extraneatur a ſua formali ratione, ſed inferius ſuo ſuperiori accidit, ergo extraneatur ab eo.

S. Accidit quidẽ, & extraneatur ab eo; extraneari tñ ab aliquo duobus modis ſcias eſſe ĩtelligendũ;Altero modo,ut extraneatur a ſua ratione formali,ideſt a q̃ditate ipſius, ita ꝙ non ĩgrediatur quidditatẽ ipſius: ſic dico,quòd ĩferius accidit ſuo ſuperiori;et extraneatur a ſuo cõceptu q̃dditatiuo; ita ut nõ ſit de ratione illius;alio modo extraneari ĩtelligitur,q̃d nõ ſit,nedũ de ratione ſuperioris, ſed etiã, ꝙ nõ poſſit cũ formalitate illius cõcipi,& ſic dico,quòd licet ĩferius extraneũ fiat a ſuperiori quantum ad quidditatẽ, ut non ſit de quidditate ſuperioris, non extraneatur, ut habere poſsit aliã cõceptibilitatẽ formalẽ,q̃a etſi nõ ſit de eſſe ſuperioris,eſſe tamẽ ſuperioris eſt de eſſe ĩferioris; et ideo ſua conceptibilitas formalis eſt una cũ formalitate ſuperiorũ;eſt ergo illud formaliter idem alteri, quod claudit illud tale, & nõ quod clauditur in illo; ut ĩtelligatur paſſiuum prò actiuo, ut in textu docui.

H. Dicerem inferius eſſe idem formaliter ſuperiori terminatiue,ideſt non per exiſtentiã;& quòd formalitas ſiue identitas formalis ſuperioris ſit in inferiori; ſed tantum, quòd inferius ſit terminus huius identitatis.

formalis ipſius accidentis, atque quidditatiua.

S. Frateor eſſe cauſam quidditatiuam efficientem, non autem formalem.

H. Quomodo formalitas non dicitur a forma? unde debet ergo nominari?

S. Forma duplex eſt;alia partis(ut uidimus)alia totius, a forma partis non dicitur, ſed a forma totius.

H. Quæ eſt forma totius?

S. Qua aliquid quidditatiue eſt tale.

H. Quotuplex eſt principium,quo aliquid tale dicitur?

S. Duplex forma totius ſiue principium, quo aliquid dicitur tale quidditatiue. Aliud eſt,quo adæquate, illud quidditatiue dicitur,ut ratio,ſiue definitio eſt,qua homo adæquate & quidditatiue eſt homo. Aliud autem partiale dicitur eſſe principium, quo res in eſſe quidditatiue ponitur, ut animal uel rationale, qua in re in 7.metap.t.co.33.dicitur,definitio habet partes, & ſicut tota definitio ſe habet ad totum definitum; ita pars definitionis ad partes definiti.

H. A quo principiorum iſtorum tanquã a forma dicitur formalitas.

S. Cum utrumq;dicatur reſpicere totum uidelicet adęquate,& inadæquate ab utroq; formalitas eſt dicẽda.

H. Nonne ab omni alia forma formalitas eſt dicenda?

S. Nimirum,ſed non ita proprie,a forma igitur qualibet dummodo ſonet quidditatem aliquam, ſiue realitatem, formalitas eſt dicenda.

H. Quare igitur dicit S.R. quòd non a forma partis eſt dicenda formalitas?

S. Aliqua primo diuerſa ſunt modis duobus. Primo ex omni parte aliqua ſunt primo diuerſa, ut ſunt duę differentiæ condiuidentes genus, hoc pacto genus, & differentia non ſunt primo diuerſa. Alio uero modo, quando ex altera parte tantum, & hoc pacto bene dicuntur primo diuerſa, quoniam ſi & animal conueniat quidditatiue in corpore, ſubſtantia, & ente, rationale tamen quidditatiue in nullo conuenit.

H. Nonne rationalitas ens quidditatiuę includit?

S. Ita; non autem rationale, quia connotatiuum eſt, & ens ſolummodo denominatiue apellatur, ut docui in 5. di. 1. quare cùm primo diuerſa non ſint, realiter erunt idem, & quia ex parte diuerſa eſſe dicuntur, formaliter habent diſtingui.

H. Quare ſi ex neceſſarijs ſequuntur necſſariæ propoſitiones, ex per ſe, & formaliter, non ſequuntur per ſe, & formaliter tales?

S. Quia propoſitiones per ſe non cōuertuntur; ſi enim cōuerterētur ubi prædicatum eſt cauſa ſubiecti; ſubiectum eſſet cauſa prædicati, & fierent in ſecundo modo dicendi per ſe, quæ eſſent primo modo, & fieret circulus ſi conuerterentur in cauſis per ſe, & modo eodem ſimiles.

H. Ex iſtis per ſe uidetur ſequi per ſe concluſio omnis homo eſt per ſe animal. homo eſt per ſe rationalis, ergo rationale per ſe, & formaliter eſt animal, ſicut iſta; omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt aīal rationale, ergo omnis homo eſt riſibilis; quæ cōcluſio dicitur per ſe, & ex per ſe præmiſsis īfertur.

S. Concluſio per ſe bene poterit ſequi ex præmiſsis per ſe; ſed non in eodem modo perſeitatis; quare prima concluſio ſequitur ex principijs per ſe, ex iſto uidelicet, homo eſt per ſe animal, quæ tenet primum gradum, & homo eſt per ſe rationalis tenet ſecundum,& infertur concluſio, quæ improprie tenet primum, & non immediate, ſed mediate,& reductiue (ut iam dictum eſt,) quia rationale licet ad animal ſit inferius; eſt tamen unum connotatiuum, & non dicit ens per ſe, ſicut rationalitas, ideo concluſio poteſt dici non per ſe proprie. Alia uero concluſio eſt in ſecundo modo dicendi per ſe, & ſequitur ex principijs per ſe in modo primo, atque ſecundo, ex illo uidelicet omnis homo eſt animal rationale, quæ eſt per ſe in primo modo, & gradu tertio, quæ eſt minor, & ex maiori, quæ cùm non ſit proprie in ſecundo modo, concluſio impropria dicitur etiam in ſecundo modo perſeitatis; Dico autem impropriam eſſe maiorem in modo ſecundo, quia modus ſecundus eſt, quando propria paſſio prædicatur de definito, & non de definitione; ideo hanc debiliorem partem cùm ſequatur concluſio, ſecum improprie per ſe dici debet in modo ſuo ſecundo.

H. Si omnia attributa in diuinis habent propriam formalitatem ab eſſentię formalitate; ergo habent aliam infinitatem ab infinitate eſſentiæ.

S. Omnia attributa communia in diuinis habent propriam infinitatem formaliter, non autem radicaliter, cùm una ſit eſſentiæ infinitas, quæ eſt fundamentum

omnium

omnium perfectionum diuinarum, ita infinitas eſſentiæ eſt radix omnium infinitatum aliarum perfectionum, & ita una eſt radicalis perfectio, & infinitas; quia uero plures dicuntur perfectiones eſſe in diuinis infinitates ſecundum illas perfectiones multiplicantur, ſicut multiplicantur relationes ad multiplicatio nem ſuppoſitorum, non autem eſſentia, aut ſua radicalis infinitas multiplicari dicitur; & ſicut relationes omnes in identitatem realem tranſeunt in eſſentiam, & manent formaliter ab ea diſtinctę; ita abſoluta hęc dicuntur tranſire in identitatem eſſentiæ, non autem in ſuam formalitatem, ſicut intellectus, et uoluntas pariter tranſit in identitatem realem cum anima; remanentibus illis formaliter ab anima diſtinctis, eadem ita attributa tranſeunt in infinitatem eſſentię radicalem, ſuã formaliter retinentibus illis infinitatem.

H. Aut ſunt iſtæ infinitates eiuſdem rationis inter ſe, aut diuerſæ, non, diuerſæ uidetur eſſe dicendum, cùm ſint gradus perfectionales, qui inſequuntur diuerſas quidditates, modo ſicut plures quantitates molis ex tenſiue ſunt eiuſdem rationis, ita plures quantitates perfectionis, & extenſiue uidentur eſſe eiuſdem ratio nis; ſicut & intenſio in albedine, & intenſio in nigredine non uariat; neque dicit aliam rationem, & aliam, neque uidentur eſſe eiuſdem rationis iſte infinita tes formaliter multiplicatæ in diuinis, quoniam nihil ĩ diuinis eiuſdem rationis uidetur eſſe multiplicabile, ut de ſe patet.

S. Eiuſdem rationis eſſe dicuntur, & cùm dicis, nihil

in diui-

in diuinis eiuſdem rationis uidetur eſſe multiplicabile, verum eſt radicaliter, & eſſentialiter, quòd nihil eſt multiplicabile in diuinis, cùm omnia ibi ſint eiuſdem rationis fundamentalis, non autem formalis, niſi intellexeris formalis ideſt eſſentialis, ideo formaliter modaliter, ſiue ex natura rei non inconuenit in diuinis multiplicari infinitates, ſicut æqualitates, & ſimilitudines plures ſunt, quæ ſunt eiuſdem rationis; licet illa, in quibus fundātur, ſint alterius rationis, ſicut plures albedines ſunt eiuſdem rationis; licet homo; & aſinus albus ſint alterius rationis, & dicere etiā poteris has eſſe diuerſarum rationum ſicut diuerſarum rationum fundamenta earum eſſe dicuntur; quoniam diſtinctio rationis non ſumitur, niſi a diſtinctione rerum, cùm igitur unum attributum ſit alterius rationis ex natura rei cum altero, ſiue ab altero conſequens eſſe uidetur, quòd ſua infinitas ab infinitate alterius ſit diuerſa eadem diuerſitate.

H. Eſſentia diuina cùm ſit infinita de ſe, ſeorſum accepta ab iſtis infinitatibus, uidetur quòd cum illis ſumpta; & conſiderata, illa ſit aliquo modo maior, & quòd infinito additio fiat ex iſta poſitione.

S. Non fit additio illa, cùm eminenter intenſiue, & virtualiter omnes contineat, & ab illa emanent illæ infinitates; ſed denominatiue, & formaliter, & quaſi extenſiue iſta dicuntur aliquo modo ſuperaddi; in primo enim ſigno ſiue inſtāti naturæ eſſentia diuina omnes has infinitates retinet apud ſe, in ſe, & de ſui natura, ideo dixi radicalem unicam eſſe infinitatem;

eſſentia

eſſentia em̃ diuina eſt quodlibet iſtorum virtualiter; & ab ea trahunt illa infinita oẽm ſuam perfectionem, quam habent formaliter, ſicut dictũ eſt de anima; quæ omnem perfectionem infert ſuis potentijs de ſui natura; licet formaliter aliquid illæ ſint ab ea, & in hoc oſtenditur perfectio, & maieſtas rei, quæ continet eminenter ea, quæ formaliter ad extra in alijs ſibi vnitis cernuntur eſſe communicata.

H. Si quælibet perfectio attributalis formaliter dicitur infinita, conſequens eſſe uidetur, quòd infinitæ eſſe queant infinitates in Deo.

S. Docui in 4. diſt. 13. q. 1. quòd perfectiones attributales in Deo ſunt numero infinitæ, & formaliter infinitæ infinitates, & quelibet infinitas dicitur intenſiue, formaliter inquam, & modaliter, ſiue ex natura rei, quia radicaliter unica infinitate infinitæ omnes eſſe conſiderantur.

H. Poſuit S. R. inter gradus unitatis quartum gradum vnitatis ſiue identitatis eſſe eſſentialem, ſiue quę oritur ex principijs eſſentialibus ex per ſe actu, & per ſe potentia, et in ſexto gradu identitas formalis, an iſti duo gradus coincidant?

S. Minime, nam identitas formalis eſt quando inferius formaliter ſuum includit ſuperius. Quarta autem unitas eſt quando totum includit partes, quæ diſtinguntur a toto in eſſe phyſico; licet ineſſe metaphiſico non realiter diſtinguantur, à toto inquam eſſentiali; eſt enim inferius idem formaliter ſuo ſuperiori.

H. Definitio identitatis formalis eſt bona; quo modo

minatiue,ideo formaliter ĩferius erit ſuperiori idem & non ualet, quòd ſequetur econtra.

H. S.R. in prima q. quodlib. ar. 1. par. 2. docuit Conſtitutiuum eſſe idem formaliter ſuo conſtituto, ſed ſuperius eſt conſtitutiuum reſpectu inferioris, ergo formaliter ille inerit idem.

S. Docui idem eſſe formaliter; intelligas tu formaliter, ideſt eſſentialiter, & non formaliter ideſt modaliter, & ex natura rei.

H. An iſta identitas formalis eadem ſit cum identitate ex natura rei?

S. Minime; quoniam identitas ex natura rei ſemper eſt æquata, ut homo eſt homo, homo eſt animal rationale, formalis autem non hoc reſpicit, cùm inferius non æquatur ſuo ſuperiori; cui tamen formaliter idem eſt.

H. Inferius eſt idem formaliter ſuo ſuperiori; ergo totum, quod eſt ĩferius erit formaliter idem ſuis conſtituentibus partibus.

S. Totum eſſe duplex ſcio te non ignorare, aliud metaphyſicum, quod non ſecatur a partibus ſuis formaliter, aliud phyſicũ, q͛d realiter a ſuis diuiditur partib⁹.

H. An iſta diſtinctio formalis, & ex natura rei ſit in diuinis ponenda? uidetur .n. quòd non, cùm ibi ſit diſtinctio realis extremorũ, quã nõ exigit formalis diſtĩctio

S. Non eſt ibi fundamentalis diſtinctio ex natura rei, ſiue formalis, eſt tamen ibi formaliter, & ſecundum formalitates (ut uidimus) reſpicientes fundamẽtum, atque radicem unicam.

H. Mul-

quod non eſt formalitas ſic diſtincta; quo modo poteſt fundare formaliter al.quod eſſe diſtinctum ab alio?

H. Pater, & paternitas non diſtinguuntur niſi per modos (dixit Sua Reuerentia) ſi informatio, & prioritas informationis eſt ex natura rei; quare non diſtinguitur ex natura rei, & ſic formaliter? cùm forma in abſtracto præcedat concretum ex natura rei; quare eſt, quod abſtractum non diſtinguitur a concreto ex natura rei? & quod abſtractum ſit prius ſuo concreto patet, quia concretum a forma dicitur.

S. Docui in primo diſt. 26. quòd concretum eſt duplex; aliud ſubſtantiæ, & ſic diſtinguitur ab abſtracto; quia concretum hoc pacto dat intelligere ſubſiſtens in natura, uel forma; abſtractum autem præciſe dat intelligere formam; & ſic Pater, & paternitas diſtinguuntur ex natura rei; alio modo accipitur adiectiue concretum; & iſto modo non diſtinguitur ab abſtracto; Et ſic pater poteſt adiectiue, uel ſubſtantiue ſumi; ſi adiectiue non diſtinguitur a ſua paternitate, ſi uero ſubſtantiue diſtinguitur.

H. Si homo, & humanitas ratione ſolummodo diſtinguntur, & S. R. dixit, quòd humanitas in ſubiecto, & eadem in prædicato diſtinguitur ratione, nonne homo, & humanitas plus diſtingui debent?

S. Sola diſtinctiõe rationis diſtĩgui fateor; ſed cũ ĩfers maiori diſtinctiõe hõ, & humanitas debere diſtingui;

dico

Aliquando dicitur, quæ eſt inter formalitatem, & formalitatem in eadem natura, & hoc eſt tam in diuinis, quàm in creaturis, ut dicit Petrus de Aquila libro primo diſt. 12. dicit enim, quòd prioritas duo dicit; primum eſt progreſſus de non eſſe ad eſſe in altero, & ſic dicit imperfectionem, quia ſtat cùm alietate naturarum; ſecundum quòd dicit eſt præſuppoſitio huius ab hoc; & iſto modo non dicit imperfectionem, quia poteſt ſtare cum identitate naturæ, et ſic in Deo eſt prioritas naturæ iſto ſecundo modo remota imperfectione primi modi; & per iſtam diſtinctionem, uel declarationem poſſunt ſolui omnes auctoritates dicentes in diuinis non eſſe prius, nec poſterius. Alia prioritas eſt durationis. Pro quo notãdum, quòd triplex eſt duratio.

Prima reſpectu Dei, & ſic æternitas eſt eius duratio; & ideo ſic nihil eſt prius in duratione in diuinis.

Secunda eſt reſpectu angeli; & aliarum rerum permanentium, et talis duratio vocatur æuum.

Tertia eſt reſpectu entium ſucceſsiuorum; uel quãtum ad ſuum fieri, & talis duratio eſt tempus.

Alia prioritas eſt prioritas originis, de qua ait Auguſtinus primo de Trin. quòd nihil gignit ſeipſum, & iſta eſt tam in diuinis, quàm in creaturis, & ſemper oportet, quòd ſit diſtinctio realis inter originans, & originatum; ſiue inter producens, & productum prioritas originis eſt, qua quis intelligitur eſſe a ſe, & a quo alius; poſterioritas originis eſt, qua quis dicitur, uel intelligitur eſſe ab alio, vnde Franciſcus in pro-

q. 1. in fi:dicit quòd primum ſignum originis eſt eſſe a ſe,& ſecundum eſt eſſe ab alio; uerumtamen prius, & poſterius origine aliquando accipiuntur pro priori, & poſteriori natura; ſicut exponebat Petrus de Aquila in ſecundo membro. Et ſic dicimus, quòd Pater prius origine eſt beatus, quàm generet;quod non eſt intelligendum; ut clarum eſt quòd ſit beatus a ſe, & quòd generet ab alio, ſed quia antequàm generet præexigitur eſſe beatus.

Secundo notandum, quòd realitas dicitur a reali, reale uero a re,res autem (ut ad propoſitum ſpectat) ſumitur a ratus, ta, tum, & talis eſt triplex quædam eſt eſſentiæ, ſicut eſt ipſa quidditas abſolute coſiderata, quædam exiſtentiæ, & talis eſt in omni prædicamento, quædam uero ſubſiſtentiæ,& talis eſt in prædicamento ſubſtantiæ ſolum. In propoſito autem reale ſumitur a re, ſecundo vel terrio modo dicta; non autem a re eſſentiæ; quia in diuinis eſt diſtinctio realis, & tamen eſt ibi una eſſentia, nec ſumitur a re dicta a reor,ris,quæ eſt communis ad omnia entia imaginabilia,quia tunc inter chymeram, & aliud fictium eſſet diſtinctio realis. Tertio intelligendum,quòd in diuinis res poteſt ſumi dupliciter; uno modo eſſentialiter, & ſic eſt tantum una res, quia una, exiſtentia; alio modo perſonaliter,& ſic in diuinis ſunt tres res ſubſiſtentes. Tu ergo nunc propone,quæ tibi dubio ſunt derelicta ex littera.

H. Prima prioritas perfectionis eſt dicta,quam in uno quoque genere inueniri docuiſti; ſed nonne iſta

etiam

etiam extra genus eſt aſsignanda ?

S. In genere reperitur, & etiam extra genus, quoniam ſi in genere, illudque ſit ſubſtantia; tunc lucifer erit ſecundũ Theologos prima ſubſtãtia creaturarum ſubſtantiarũ quantum ad naturalia; Si in genere animalium; homo is erit; Si in genere accidentium, aut ſpiritualium, aut coporalium; ſi ſpiritualium charitas erit illud primum; ſi corporalium ſanitas poterit aſſignari; Si in genere Elementorum ignis; metallorum aurum; Cælorum, empyreum; Volatilium, aquila; quadrupedum leo &c. ſi extra genus Deus ſubſtantia prima erit, ad cuius acceſſum, uel receſſum omnia menſurantur.

H. Generationis prioritas in loco ſecundo eſt poſita, & dixit S. R. Illa quę ſunt priora generatione poſteriora eſſe perfectione; ſed nonne in diuinis regula iſta fallit? Eſt enim ibi ordo contrarius, quia quæ ſunt priora origine ſunt, priora etiam perfectione, quia totus ordo originis reducitur ad aliquod principium perfectionis.

S. Regula intelligitur cum his limitationibus; Prima quòd non eſt uera in diuinis; Secunda quòd eſt uera in eodem genere, ut animal eſt perfectius ſubſtantia, ſed in diuerſis generibus non eſt uera; unde licet albedo ſit poſterior homine, non ideo eſt perfectior, & habet ueritatem regula, quando plures formæ in compoſito ſunt, tunc poſteriora generatione ſunt priora perfectione, ut in compoſito eſt forma ſubſtantialis, & quando forma poſterior generatione non eſt prior

ꝙ poſterius ſecundum perfectionẽ mẽſuratur a perfectiori,& ſic oĩa alicuius generis dependent a perfectiſſimo in illo genere;patet ex decimo meth.t.com.2. & talis ordo notat imperfectionem in poſteriori natura, & in tali ordine datur unum,quod ſit metrum,& mẽſura aliorum omnium contentorum in genere illo.

Tertius ordo naturæ conſideratur, & fundatur in una natura, & terminatur ad aliam, ut producentis ad productum, imperfectionem in producto ſignificans, aliudque productum a producente demonſtrans, & ideo dixi, quòd prioritas naturę dicit duo, primum eſt progreſsio de non eſſe ad eſſe in altero, & ſic dicit imperfectionem, quæ ſtàt cum alietate naturæ; Secundum eſt præſuppoſitio huius ab hoc.

Quartus ordo eſt inter aliqua, quorum unum nullo modo dependet ab alio in aliquo genere cauſanti, uel menſuranti, uel conſeruanti; ſed unum neceſſario præſupponit aliud: & ſic eſt inter intellectum, & uoluntatem: & ſic non præexigit imperfectionem in poſteriori natura: immo poſterius natura ſæpe dicitur perfectius, ut patet de uoluntate, & intellectu; intellectione & uolitione. Aliquando prius natura perfectius erit, ut de intellectu, & uolitione.

Quintus ordo eſt inter aliqua, quorum unum dependet ab alio,non in eſſe cauſæ,ſed quia dependentia eius ad aliud terminatur,uel quia terminatur ad ſubiectum,uel ad ſuppoſitum,ſi ad ſubiectum erit accidens, quod a ſubſtantia dependet cùm per ſe ſtare nequeat, idque imperfectionis eſt, ſi ad ſuppoſitum id erit na-

tura humana aſſumpta a uerbo, quæ dependet a uerbo, quod in natura imperfectionem ſignificat, hinc & inde, ſcilicet in accidente, & in natura; terminare autem dependentiam in pariete, ſubſtantia, & in uerbo perfectionem dicere non te lateat.

Sextus ordo naturæ inter illa eſt, quorum unum eſt ab alio quaſi originatum, ut inter ſubiectum, & propriam paſſionem. Qui omnes modi in creaturis reperiuntur.

Septimus ordo naturæ eſt inter illa, quorum unum eſt infinitum, & aliud pariter: Sed unum eſt, quaſi originans, & aliud quaſi originatum ſiue productum, & eſt inter eſſentiam diuinam, & omnia attributa, quæ ſunt formaliter infinita, & quaſi originata ab eſſentia diuina, a qua emanant tamquam a fonte riuuli; & talis ordo non dicit imperfectionem aliquam, etiam ſi productum non ſit formaliter infinitum, ſed radicaliter, ut ſunt relationes originis.

Octauus ordo naturæ eſt inter illa, quorum unũ accipit totum eſſe ſuum ab alio; ita quòd tantum diſtinguitur ab illo ſecundum proprietatem perſonalem præciſe, & hoc modo ſunt perſonæ diuinæ, quæ ſi per abſoluta conſtituantur, uel relatiua, ſic perſona prima eſt prior, nedum origine, ſed & natura, ſecunda non tamen relatiue ſiue formaliter.

H. Quare poſuit T.R. prioritatem durationis?

S. Quia duratione menſurantur res ſecundum prius, atque poſterius; & quia res ſunt in triplici differentia menſurabiles, ideo triplicem poſui eſſe menſuram.

Res

Res enim aut eſt ſine principio, & finire non poteſt de ſui natura, ut Deus; & ideo eternitate menſuratur, quæ nec principium ponit, neque finem, aut res eſt cũ principio, & ſine fine duratura, & dicitur ſubſtantia ſpiritualis, ut Angelus, atque anima, & ideo euo men ſurãtur; quòd ſi res fuerit cum principio, & fluxibilis, parũ, quæ duratura tempus tunc erit menſura eius, ut rerũ iſtarum cũ motu conditio ſignat, atq; oſtẽdit.

H. Prioritas originis an teneatur ab omnibus uiris, qui de Theologia ſunt benemeriti?

S. Non nulli in modum noſtrum dicẽdi nõ conueniũt; dicunt enim, quòd non eſt ordo originis inter eſſentiam, & notionalia, neque inter eſſentiam, & filium.

H. Quò modo ueniunt conuincendi?

S. Pro nunc auctoritate Auguſt. in libello de triplici habitaculo, ubi ait, ſi quis intuitiue uideret eſſentiam uideret eam prius origine filio.

H. Quotuplex eſt ordo originis?

S. Triplex. Primo modo improprie ſumitur, & ſic eſt inter eſſentiam & alia abſoluta, ut intellectum, & uoluntatem, & deſcribitur ſic. Habitudo unius abſoluti præſupponentis ad aliud abſolutum, ut præſuppoſitũ in eſſendo, uel in obijciendo.

H. Quare dicit T.R. quòd eſt improprius.

S. Quoniam eſſentialia proprie non originantur ab eſſentia, niſi capiatur originari pro fluere, ut docui in quol. q. 2. quòd eſſentialia immediatius fluunt ab eſſentia, quàm notionalia; licet omnia iſta fluant in inſtanti eternitatis; tamen, ut cognoſcamus rerum ordi

nem poſita ſunt illa ſigna. Vnde iſta ſigna non ſunt menſuræ, ſed incathegoremata primi modi intelligendi eſſentiam, & eſſentialia, & notionalia, & ea, quæ in diuinis ſunt circa eſſe Patris, filij, ac ſpiritus ſancti; & iſte modus, ſiue ordo originis habet tria ſigna in eſſendo, & duo in obijciendo prima tria in eſſendo ſunt iſta; eſſentia eſt in primo ſigno; in ſecundo intellectus; & in tertio voluntas; & quia ſicut res habent ſe ad eſſe, ita, & ad operari; ideo in obijciendo iſta duo ſigna ſunt; primum eſt, quod eſſentia obijcitur intellectui; & in ſecundo eſſentia obijcitur uoluntati.

H. Iſta vbi reperiam in doctrina T. R?

S. Pro ut ordo originis eſt unius eſsentialis ad aliud eſſentiale inuenies in q. 1. quol. in primo, diſt. 1. & diſt. 13. in fine.

Primum in eſſendo, quòd habet tria ſigna inuenies in q. 1. quol. & poterit iſte ordo multiplicari cōſiderando ordinem modorum intrinſecorum inter ſe, & actuum immanentium, & habituum. Secundum ſignum, quod eſt in obijciendo, quòd habeat duo ſigna, inuenies in prima diſt. 2. q. 1.

H. Det T. R. ſecundum ordinem.

S. Secundus ordo originis talis eſt, ut cadat inter perſonas originantes, & originatas; & eſt duplex, ſcilicet in eſſendo, & in operando; deſcribitur autem ſic. Ordo originis eſt habitudo vnius ab alio, uel ab alijs in eſſendo, uel in operando; & iſte ordo habet tria ſigna in eſſendo, & tria ſimiliter in operando in eſſen-

ſendo, in primo ſigno pater eſt a ſe, & ſic prior origine filio.

In ſecundo filius eſt ab alio, quia a patre.

In tertio ſigno ſpiritus ſanctus eſt ab vtroque.

In operando. In primo ſigno pater prius origine producit filium, & ſpiritum ſanctum, & creaturas in eſſe cognito, quæ finaliter vult in eſſe reali.

In ſecundo ſigno filius intelligit, ſpirat ſpiritum ſanctum, & producit creaturas in eſſe cognito, & uult in eſſe reali.

In tertio ſigno ſpūs ſanctus intelligit, uultque creaturas in eſſe cognito, atq; reali; & iſta inuenies in pri. diſt. 1. parte 2. & diſt. 12. primi ſententiarū mearū.

H. Da tertium ordinem iam promiſſum?

S. Talis ordo aſsignandus uenit inter originationes, ſcilicet generationem, & ſpirationē; & poſſunt addi duo ſigna ad extra, quia ſunt ibi emanationes duæ, quæ ſunt ſecundum quid, & una eſt in eſſe obiectiuo, & alia in actuali exiſtentia; deſcriptio autem ea eſt. Ordo originis eſt habitudo emanationis ad emanationem, præſuppoſitæ ad præſupponentem.

In primo ſigno pater generat filium.

In ſecundo ſigno pater producit ſpiritum ſanctum

In tertio ſigno pater ꝓducit creaturas in eſſe ideali.

In quarto ſigno pater creat ad extra in eſſe reali; quæ cognitum prius ſuum eſſe habeant in eſſe ideali.

H. Dixit T.R. quòd ea, quæ ſunt poſteriora ſunt perfectiora id Ariſtoteli haud quaquam conſonum eſſe uidetur, quoniam in 8. phys. t. com. 75. ait per-

um; ideo dicitur intelligentia non componere cælum, ſed illi aſſiſtere.

H. Quomodo priora generatione ſunt imperfectiora; cùm differentiæ indiuiduales ſint poſteriora, & tamẽ non ſunt perfectiora ſuis ſuperioribus ſiue quidditatibus, quas contrahunt.

S. Intelligas id uerum eſſe ſi priora, & poſteriora dicant quidditatem, & ſic ponantur in linea recta prædicamentali, modo differentia indiuidualis non dicit quidditatem nec in recta linea ponitur prædicamentali cum eo, cuius eſt differentia.

H. Quare nonnulli tecum non poſuerunt hanc naturæ prioritatem?

S. Quoniam non intellexerunt uocem prioritatis originis, & naturæ, ideo negando, illam conceſſerunt, conceſſerunt enim, quòd datur prioritas originis in diuinis, & concedunt, quòd pater, & filius ſunt ſimul natura cùm ſint relatiua; & quia agere præſuppoſit eſſe, & pater filium producit, quòd non negatur ab eis: ergo cùm pater aliquo modo præſupponatur filio prior natura dicitur: & cùm præſuppoſitio iſta ſit reſpectu originis, dicitur prioritas originis; quare negantes prioritatem naturæ, & ponẽtes prioritatem originis, prioritatem naturæ fatentur, & ſtabiliunt: ita ponentes prioritatem originis, & negantes prioritatem naturæ, negant prioritatem originis, cùm idem ſint hac in parte.

H. Patrem prius eſſe beatum, inquit T. R. quàm generet, ſiue producat filium. Quomodo antequam quis ſit,

ſit, operari aliquando quibit? Conſtituitur enim in eſſe ſuo generando: & antequam generet, in eſſe non uidetur ſic poſitus.

S. Deus communis ad tria ſuppoſita eſt, & ſibi hoc pacto non competit generare, quia generatio eſt ſolius ſuppoſiti, Ideo pater ſuppoſitum eſt, cui primo hic Deus eſſe cõpetit, quia generare, & ſic prius eſſe beatum conuenit; vel dicas, quòd eſſe beatum uel generare comparanda ſunt inter ſe, vel ad ſubiectum; ſi inter ſe tunc uera eſt propoſitio, quia nihil aliud ſonat, quã quòd prius ſunt eſſentialia ipſis notionalibus in diuinis. Si autem ad ſubiectum cùm perfectio ſit ipſorum, fiat ipſorum prędicatorum, tunc prius pater habet iſtam, uidelicet operationem, ut ſit beatus, & poſtea habet eſſe ſuum per generationem; & ſic propoſitio eſt falſa. Dicas & tertio quòd ordo iſte eſt præſuppoſitio huius ab hoc, quia præſupponitur eſſe patris antequam generet, & non intelligas, quòd generet a ſe, & ſit beatus ab alio.

H. Dixit T.R. Superius i 2. ar. quòd quidditas ſumpta cum modo eſt eſſentia: Hic uero eſſentiam id eſſe cum exiſtentia dicit, uidetur igitur, quòd exiſtentia modus hic ſit cùm ſumatur cum quidditate, & antea depoſuiſti exiſtentia de eſſe, & de intrinſeca ratione ipſius Dei.

S. Scias me non ſumere eſſentiam, cum exiſtentia, tamquam cum modo ſuo, ita, ut faciam exiſtentiam modum eſſe; ſed dico eſſe rem unam in diuinis, quæ eſt eſſentia, ſiue exiſtentia, ſeparatim unum ab alio

deſu-

deſumendo eſſentiam uidelicet ab exiſtentia.

H. An ab Ariſtotile habeantur prioritates iſte.

S. Vtique hæc, quæ audiſti ab eo ſunt habita; quoniam prioritas perfectionis ex. 10. metaph. t. c. 2. ubi dicitur, quòd in uno quoque genere unum primum dicitur eſſe. Prioritas generationis ex. 9. metaph. t. com. 15. ubi habetur, quòd quæ ſunt poſteriora generatione, forma, atque ſubſtantia priora ſunt, ideſt perfectiora; quæ perfectio eſt in ſubſtantia, atque forma,& dicit hominem habere formã,quã puer nõ habet,&puer ſpermate ideo nobilior eſt,q̃a eſt ĩ eo forma, qua alterũ caret.Prioritas naturę,ut homo cũ ſua riſibilitate habetur ĩ 5. metaph. t. c. 4. Priora ſecundum naturam (inquit ille)ſunt quę contingunt eſſe ſine alijs, & alia non ſine his, ut homo quantum eſt de ſe poteſt eſſe ſine riſibilitate; illa autem non ſine homine. Impeditur autem propter identitatem realem, & propter creantem, qui homini indidit illam. Prioritas durationis in 3. phiſ.t.co. 32. in æternis non differt poſſe ab eſſe, ſub qua duratione cælos ipſe, & Angelos contra fidem collocat cum æternos illos poſuerit. Duratio, uero ſiue mẽſura rerũ fluxibilium poſita eſt in 4. phiſ. a Com. 87. com, uſque ad 134. Prioritas originis cùm dixit de oratione,& ueritate ipſius,ut habetur de oratione in partibus logicalibus, ab eo, quòd res eſt, uel non eſt oratio dicitur uera, uel falſa, ergo res ſic, uel ſic ſe habens generat ſuam orationem ueram eſſe, uel falſam.

S. TExtu? iam proſequar tu uero diligẽter auſculta. Iſtis proſuppoſitis pono duas cõluſiones de iden titate reali; quarum prima eſt iſta, illa ſunt idem realiter, quæ ſic ſe habent, quòd unum non poteſt eſſe ſine alio; ſeu unum eſt impoſsibile ſeparari ab alio abſque contradictione; & cum hoc, quòd impoſsibilitas ſeparationis non proueniat a cauſa extrinſeca, & quòd unum reſpectu alterius non ſit originans, & aliud originatum; & quod non ſint in pluribus rebus realiter diſtinctis. Omnes iſtæ tres particulæ ſunt accipiendæ copulatiuæ; ita quòd una conditio non ſufficiat ſine alia; Vnde non ualet conſequentia; hoc non poteſt eſſe ſine illo, ergo eſt idem realiter illi; quia tunc quęlibet relatio, quæ ineſt eſſentiæ diuinæ per actum intellectus diuini eſſet realis, quia quicquid eſt idem rei eſt reale, conſequens eſt falſum, ut patet ex 30. diſ. pri. aut quòd talis eſſet eadem illi eſſentiæ, quia impoſsibile eſt illam eſſentiam eſſe ſine ea; quia ſi talis relatio poſſet eſſe noua, tunc intellectus diuinus poſſet mutari, conſequens eſt falſum, ſed talis impoſsibilitas prouenit a cauſa extrinſeca; quia ab intellectu diuino, ſimiliter ſecundum Philoſophum contradictio eſt cælum eſſe ſine motu, non quidem ex cauſa intrinſeca in cælo; ſed ex cauſa extrinſeca, mouente, non tamen ſequitur, quòd cælum ſit motus realiter, licet non poſsit eſſe ſine eo; iſta prima condictio probatur in 2. diſ. 1. Sicut contradi-

tradictio dicta de aliquibus eſt uia concludendi diſtinctionem, ita impoſsibilitas recipiendi prædicationem contradictoriorum pertinentium ad eſſe, eſt uia concludendi identitatem in eſſe, & hoc ubi non eſt dependentia eſſentialis, quæ requirit diſtinctionem manifeſtam.

Secunda. conditio patet, quia nihil ſeipſum producit.

Tertiam uero conditionem notanter poſui propter relationes, quæ licet non ſic ſe habeant, quòd una poſsit eſſe ſine alia, uel quòd una ſit producens, & alia producta; quia tamen ſic ſe habent, quòd fundantur in pluribus rebus realiter diſtinctis, ſicut patet de paternitate, & filiatione, de duabus ſimilitudinibus, & qualitatibus; ideo realiter diſtinguntur, ex quo infero aliqua corellaria.

Primum quòd omnia eſſentialia, & rationalia eſſentiæ diuinæ unica realitate reantur. Similiter omnia attributa ſunt eadem realiter, & cum eſſentia, & ad inuicem, & cum perſonis diuinis, & perſonæ diuinæ cum eſſentia diuina.

Secundum. correlarium, quòd omnes differentiæ eſſentiales modi intrinſeci in eodem ſuppoſito una realitate identificatur.

Tertiũ. quòd omne ſuperius eſt idem realiter cum ſuo inferiori, & ſi dicas, quòd diſtinguntur realiter; dico quòd iſte duæ ſunt concedendæ, homo eſt idem realiter cum Sorte, & homo diſtinguitur realiter a Sorte.

Quartum.

Quartum. corlelarium, quòd illa, quæ ſunt in potentia obiectiua nec diſtinguntur realiter, nec ſunt idem realiter, quia ad identitatem, & diſtinctionem realem requiritur, quòd utrumque extremum ſit aliquid poſitiuum exiſtens, & ex hoc patet, quòd diſtinctio realis eſt illa, cuius extrema habent aliam, & aliam realitatem formaliter poſitiuam actualis exiſtentiæ, vel ſubſiſtentiæ. Dicitur notanter aliam, & aliam realitatem propter ſubiectum, & propriam paſſionem, quæ non realiter diſtinguntur, quia non habent, niſi unam realitatem exiſtentiæ. Dicitur realiter poſitiuam propter negationes, & priuationes. Dicitur actualis exiſtentiæ propter quidditates diuerſarum ſpecierum, quia quidditas, ut quidditas non habet exiſtentiam per ſe. Dicitur vel ſaltem ſubſiſtentiæ quia in diuinis eſt tantum una exiſtentia, licet ſint tres ſubſiſtentiæ.

Secunda concluſio iſtius articuli eſt iſta, quòd illa ſunt diſtincta realiter, quæ ſic ſe habent diſtinctiue, quòd unum poteſt eſſe ſine alio, uel quod unum eſt producens, & aliud productum; uel quæ ſunt in pluribus rebus realiter diſtinctis. Et dixi diſtinctiue, quia ad inferendum diſtinctionem realem ſufficit habere aliquam iſtarum conditionum. Prima pars probatur in 2. diſ. 1. Nihil eſt idem realiter. A. ſine quo. A. poteſt eſſe realiter ſine contradictione, quia aliter idẽ ſimul eſſet, & non eſſet, quòd uidetur eſſe oppoſitum primi principij, ex quo principio uidetur ſtatim concludi diuerſitas entium, quia ſi de aliquibus

duobus

duobus dicantur contradictoria eodem modo, quo dicuntur de eis uidentur eſſe non idem, & ita ſi contradictoria in eſſe, & non eſſe dicantur de eis uidentur eſſe nõ idem in eſſe, ſiue non idem ens. Et confirmatur ratio, quia ſi iſtam propoſitionem. Illa ſunt diſtincta realiter, quorum unum poteſt manere ſine altero quis negaret, non uidetur relinqui, unde poſsit diſtinctio entium probari, diceret enim quòd nõ tantum plures naturæ, ut ſubſtantia, & accidentia communia ſunt eadem; ſed quòd Sortes, & Plato, uel Sortes, & lapis non differunt realiter, & ſi arguas contra, Sortes poteſt eſſe non exiſtente Platone, ergo diſtinguntur realiter ab eodem, negabitur conſequentia; quia negabit tibi propoſitionem, cui initeris, qua negata perit tota doctrina Philoſophi. 7. Topicorũ, qua docet, quòd problema faciliter deſtruitur per contradictionem inuentam, ſed difficiliter conſtruitur; ſi autem negatur propoſitio iſta, non uidetur poſſe deſtrui, quia ſi non deſtruitur per contradictionem nec per aliquam aliam oppoſitionem, aut ſaltem non fallit faciliter; ex quo infero, quòd totum diſtinguitur realiter a ſuis partibus, (loquendo de toto eſſentiali integrali, & quidditatiuo).

Secundum corellarium, quòd res diuerſorum generum actualiter exiſtentes, & ſimiliter indiuidua tam eiuſdem ſpeciei, quàm diuerſarũ ſpecierũ eiuſdẽ prædicamenti actualiter exiſtentia realiter diſtinguntur, etiam materia, & forma realiter diſtinguntur.

Tertium corellarium, quòd tres perſonæ diuinæ

diſtinguntur realiter a ſe inuicem, & non ſunt idem realiter non obſtante, quòd una non poſsit eſſe ſine alia, quia hoc non eſt niſi per unitatem eſſentiæ. Dices arguendo contra; Quæcumque uni, & eidem ſimpliciter ſunt eadem ſimpliciter illi, inter ſe ſunt ſimpliciter eadem. 1. priorum, & primo phiſ. ſed perſonæ diuinæ ſunt idem realiter eſſentiæ, ergo inter ſe ſunt eadem realiter. Dico breuiter omiſsis multis ſolutionibus, quòd illa regula debet intelligi, quòd ſi aliqua uniantur, uel identificentur realiter uni tertio, quòd ſit hoc aliquid, hoc eſt incommunicabile, illa etiam identificentur inter ſe, ſi uero illud tertium ſe habeat, ut quale quid, & ut communicabile, non oportet, quòd illa identificata in uno identificentur inter ſe, & hæc de quarto articulo minus principali. uide ſiqua in parte dubitas, nequid tibi intactum relinquatur ex litera.

H. Qua ergo diſtinctione ex dictis diſtinguitur Sortes a Platone?

S. Reali.

H. Inſtare quis poſſet. Plus diſtinguntur Sortes, & Plato, quàm Sortes, & caput eius diſtinguatur; ſed Sortes, & caput eius diſtinguntur realiter, ergo maiori diſtinctione, quàm reali uidentur diſtingui Sortes, & Plato.

S. Conceditur maior, minorem uero, dicimus eſſe probandam; falſa etenim eſt, cum Sortes ſine capite ſuo nequeat eſſe, idque cùm expoſtulet ratio identitatis realis, ut unum ſine reliquo eſſe nequeat?

H. Inſta-

H. Inſtabit quis de brachio Sortis hoc pacto, maiori diſtinctione diſtinguntur Sortes,& Plato,quàm Sortes,& brachium eius, Atqui Sortes,& brachium eius reali diſtictione diſtinguntur, ergo Sortes, & Plato maiori diſtinctione veniunt diſtinguendi.

S. Maior affirmatur, minor, atque concluſio, & ſic maiori diſtinctione illa diſtingui fatemur; maioritas autem illa non intelligitur adeo quòd faciat diſtinctionem alterius generis inferre, ſed in eadem diſtinctione gradus diſtinctionis realis intelligas.

H. An identitas realis ſit relatio realis, vel rationis?

S. Rationis; quia extrema realia non habet diſtincta realiter, realis pariter eſt dicenda, quia habet alias conditiones, & conſurgit ex natura rei,& intrinſece, & realia extrema tenet, licet non diuiſa ſiue diſtincta.

H. Audiui ſecundas intentiones non habere eſſe ſubiectiuũ, ſed tantummodo obiectiuũ; hac autem in parte T. R. docet cauſatas ſecundas intentiones ab intellectu diuino ſubiectiuum eſſe habere.

S. Docui ſubiectiuũ eſſe habere duas intentiones, ſubijciuntur enim intellectui, & obiectiuum eſſe etiam recipere dicimus non motiuum, ſed terminatiuum tantummodo.

H. An intellectus diuinus ſic comparando eſſentiam diuinam rebus extra eam exiſtentibus, uere ſecundas faciat intentiones?

S. Facere vere poteſt ens rationis, ſecundas vero intentiones cauſare non ualet intellectus diuinus, cum actus rectus in eo non ſit ab actu collatiuo eiuſdem di

ſtinctus, ens uero rationis cauſare quibit intellectus diuinus, cùm ratio in eo exiſtat, & intellectus, quo ens tale cauſare procul dubio queat.

H. An vere illud ens rationis dicendum ueniat, ſicut ens rationis, quod cauſatur ab intellectu noſtro?

S. Non ita vere, & proprie, ut docui in lectione, ſiue dialogo quinto ratione iam dicta.

H. Igitur ille reſpectus erit in eſſentia diuina ab intellectu diuino cauſatus?

S. Intellectus hoc agit, quia intelligit eſſentiam diuinam imitabilem eſſe a rebus cunctis, quatenus illæ participant bonitatem, ipſius unitatem, & ueritatem, quia quælibet res una, bona, & uera dicitur, & quia omnia ſuo principio inclinantur, & quia ſuam conſeruationem exoptant, omnia enim a te expectant, ut des illis cibum in tempore; ut demum quatenus innuunt uti effectus cauſam ſuam primam pro modulo ſuæ naturæ, hinc inde intellectus diuinus hæc intelligendo de eſſentia dat non eſſe reale denuo eſſentiæ, quia reſpectus rationis non poteſt realiter uniri enti reali, fieret enim realis, cùm omnia, quæ rei uere reali identificata ſint realia eſſe dicantur.

H. Quomodo iſta neceſſario fiunt ab intellectu?

S. Quia agens naturale dicitur, & ab impetu ſuæ naturæ operatur.

H. Quomodo eſſentia ſine iſtis reſpectibus eſſe non ualet?

S. Quoniam præpeditur non propter intellectum, quin agat in ipſam; non enim eſſet beatus niſi cogno-

ſcibili-

ſcibilia cognoſceret in eſſentia, eſt enim tanquam centrum in quo lineæ rerum omnium cognoſcũtur habere principium, atque terminum.

H. Quare ergo nõ ſunt idem realiter hij reſpectus cum eſſentia?

S. Quia de ſui natura, & intrinſece eſſentia non habet illos ſed ab extrinſeco illi ab intellectu ſuo inſunt.

H. An requiratur exiſtẽtia ſolum, an ſubſiſtentia etiam diuerſa requiratur ad diſtincta aliqua inferenda diſtinctione reali?

S. In creatis rebus diuerſa exiſtentia infert diſtincta illa eſſe realiter, at in diuinis non exiſtentia requiritur eſſe diuerſa cùm unica ſit; ſed ſubſiſtentia uaria, ſiue diuerſa: ideo tres ibi ponimus ſubſiſtentes reſpectu trium perſonarum ſubſiſtentium unica ſubſiſtentia radicali.

H. Fatetur T.R. ea, quæ diſtinguntur realiter poſſe ſeparari ab inuicem; exercitij gratia ſic inſtabo. Quæ diſtinguntur in ſuperiori diſtinguntur in inferiori, ſed ex natura rei diſtinctio eſt, ut genus ad ea, quæ preter opus intellectus ueniunt diſtinguenda; & ſic ad diſtincta formaliter, & realiter diſtinguntur ex natura rei, ergo formaliter, & realiter; ſed quæ ex natura rei diſtinguntur nõ poſſunt ſeparari, ergo quæ realiter dinſtinguntur non poterunt ſeparari.

S. Quæcunque diſtinguntur in ſuperioribus ueniunt diſtinguenda in inferioribus; regula non tenet, niſi negatiue, ut non eſt animal, ergo non eſt homo, ſiue diſtinguitur ab animali, ergo ab homine; & diſtinctio,

quæ additur ſuperioribus additur inferioribus neceſſa rio, in ſecundis intentionibus, uel in primis in ordine ad ſecundas, ut diſtinguntur genere, ergo ſpecie. In primis autem abſolute non ualet, ut ſunt diſtincta animalia ergo deſtincti homines, non ualet, ut homo, & aſinus ſunt diſtincti in animalitate. ergo in humanitate non ualet. Ita non ualet diſtincta ſunt ex natura rei, ergo realiter, aut formaliter, non ualet; ſed bene ualebit non diſtinguntur ex natura rei, ergo neque formaliter, neque realiter.

H. Notionalia, cùm ſint cauſa diſtinctionis realis in diuinis, quo modo realiter inter ſe idem erunt?

S. Inter ſe notionalia ſunt diſtincta realiter, ſicut & fundamenta, quæ realiter diſtinguntur, cùm nemo gignat ſe ipſum; ſunt tamen idem eſſentialiter, quia unica eſt omnium eſſentia, & unica illius eſſentiæ exiſtentia, & realiter idem ſuis perſonis pariter ſunt.

H. Quomodo homo eſt idem, & nõ idem realiter Sorti.

S. Idem eſt realiter Sorti exiſtenti, dum eſſentialiter in eo eſſe conſideratur, diſtinguitur autem realiter a Sorte, dum homo dicitur eſſe in Platone, ſiue dum Sortes amplius non exiſtit.

H. Si realiter diſtinguitur homo a Sorte, dum eſt in Platone, & a Platone dum exiſtit in Sorte, ergo homo in Sorte, & in Platone realiter diſtinguitur: ſed an eſt eſſentialiter?

S. Eſſentialiter numeraliter diſtinguitur homo in Platone ab homine in Sorte, quia tot humanitates, & eſſentiæ numero ſunt, quot ſuppoſita; quoniam in ſua ſuppo-

ſuppoſita diuiditur humanitas non autem eſſentialiter ſpecifice diuiditur, cùm eadem ſit eſſentia in Sorte, & in Platone; homo enim pariter eſſentialiter ineſt illis.

H. Quidditas, ut quidditas non habet exiſtentiā per ſe, inquit T. R. & in 45. diſ. 4. q. 3. affirmat exiſtentiam actualem primo conuenire naturæ, unde hæc natura non eſt exiſtēs formaliter, quia hæc, ſed per naturam, ſiue quia natura. Quæ non cōſona inter ſeſe eſſe uidētur, ſed potius adinuicem aduerſari, cùm natura ſi habeat exiſtentiam, quidditas (quæ aliud non uidetur eſſe, quàm natura) exiſtētiam habere neceſſe ſit, quod T.R. non affirmat, te primum nihilominus concedēte.

S. Scias aliud eſse quidditatem aliud naturam. In 4. pono ipſe naturam exiſtentiam habere, hicque nō nego naturæ talem ineſſe exiſteutiam, nego tamen quidditatem habere exiſtentiam, quoniam tantum ipſa eſt quidditas, & abſtracta ab exiſtentia, & cùm careat exiſtentia quidditas non poteſt fundare diſtinctionem realē, quæ ſumitur penes diuerſas exiſtentias; natura aūt cùm habeat exiſtentiā poterit talia diſtincte fundare. Quare aūt natura detur habere exiſtentiam, & nō quidditas; ratio eſt, quoniam natura abſtracta nō eſt, ſicut eſt quidditas. Quidditas inſuper bene dicitur habere exiſtentiam ſiue exiſtere ſuis in ſingularibus; atque indiuiduis, ipſa autem abſtrahit de ſe ab omni & ſingulari, & exiſtentia.

H. Modi intrinſeci ſunt idem realiter (inquit T.R.) illi, cuius ſunt modi, ſed in remiſsione formæ, quæ erat ut decem, & effecta eſt, ut octo, apparet, quòd gradus

illi,& ab inuicem,& a forma,cùm ſint ablati diſtincti eſſe dicantur.

S. Modum ſcias eſse intrinſecum alium, qui ſequitur naturam,ſiue formam ſpecificam,& non te lateat ſine deperditione formæ eos non poſse ſeparari a forma. Alius autem eſt modus intrinſecus,qui eſse indiuidua le conſeruat,& illud ſequitur, qui modus non eſt idē realiter cum illo,cuius dicitur modus, ideoque ſeparatur realiter ab eo,exemplo te iſta doceo. Quoniam albedo habet unum eſse ſuamque quidditatem perfectionalem,quæ naturam ſpecificam inſequi dicitur, illumque modum intrinſecum appellamus,quem amittere nequit cùm ſit idem realiter ipſi albedini, eſt autem hæc albedo,quæ habet ſuos gradus intentionales quos amittere ideo poteſt, quia ab ea ſunt realiter ſeparati.

H. Idem illa eſse realiter fatetur T. R. dūmodo unū nō illorum ſit, ut producēs,aliud ut productū.Ratio aūt ea eſse uidetur, quoniam cauſa ab effectu realiter eſt diſtincta,paſsio uero cum ſubiecto producta,ſiue cauſata eſt,licebit ergo inferre; propriam paſsionem eſſe a ſuo ſubiecto ſeiunctam,& ſeparatam.

S: Nequaquam tenemus nos cauſari a ſubiecto proprias paſsiones illas;etenim emanare dicimus,non autem cauſari.

H. Quare T.R.dixit indiuidua eiuſdem ſpeciei actualiliter exiſtentia eſſe diſtincta realiter, ſiue diuerſarum ſpecierum?

S. Quoniam indiuidua, quæ habent eſſe ideale,& exi- ſtentiam

ſtentiam in eſſe cognito non diſtinguntur,niſi eo modo, quo habent eſſe; quia ergo non habent eſſe realiter nō diſtīgūtur realiter,ſed eo modo,quo eſſe habēt.

H. Quando duo contradictoria uerificabilia ſunt de duobus aliquibus intulit T.R. illa realiter diſtinguenda fore, at de intellectu,& uoluntate non ne duo contradictoria dicuntur,cùm de uno,quod naturaliter agat, de alio uero, quòd non naturaliter agat, ſed libere ſentiant omnes?

S. Scio contradictoria duo reſpicere poſſe exiſtentiam rei, uel aduentitium eſſe illius; principium autem uerum eſt, cùm de duobus contradictoria principia, ſiue quidditates, aut definitiones contrariæ dicuntur, non autem cùm de aliqua oppoſita qualitate; exemplo id pandam.Definitio hominis eſt,quòd ſit animal rationale, & de aſino dicitur quòd eſt animal irrationale, ſiue quòd non ſit animal rationale, ideoque homo, & aſinus diſtinguntur realiter. Quod ſi dicerem intellectus intelligit, & uoluntas non intelligit,ergo diſtinguntur realiter nō ualet,& eſt contradictio hæc, non in eſſe rei, ſed in mod o illius, & actione, quæ non debet inferre realem, ſed formalem diſtinctionem; cùm ſit penes formam.

H. Valet ne conſequentia aliqua ſunt eadem realiter, ergo illa ſunt inſeparabilia?

S. Valet, eſt enī definitio talis eorū,quæ ſunt realiter idem, ut unū non poſſit ab alio diuelli,aut ſeparari.

H. Quid ſi dicerem non ualere. Aliqua ſunt eadem ergo inſeparabilia, ſed inſeparabilia ſunt, ergo eadem

idque

Relatio enim cum ſuo fundamento eſt eadem, tamē ſeparabilia eſſe dicantur, & ſi relatio ſtare nequeat ſine ſuo fundamento, fundamentum nihilominus ſine ſua relatione ſtare non eſt qui ambigere debeat; quia eadem eſt quoddam ſuperius ad inſeparabilia eſſe, modo affirmatiue non valet, a poſitione ſuperioris ad poſitionem ſui inferioris; ſicut ergo non ualet eſt animal, ergo eſt homo, ſed eſt homo ergo eſt animal, ita non ualet ſunt eadem ergo inſeparabilia, ſed bene ſunt inſeparabilia, ergo eadem. Quare ut T. R. reſpondeat quæſo.

S. Primum, ſcire te uolo, quòd idem realiter non eſt ſuperius ad non diſtingui realiter, cùm unum includat aliud, & ad inuicem idem inferant, bene eadem ſine additamento realiter ſuperius quoddam eſt ad non diſtincta aliquo modo.

Secundum. fundamentum dicis ſtare poſſe ſine ſua relatione, quod falſum eſt, quoniam relatiua poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimunt, fundamentum autem corellatiuum eſt ſuæ relationis; fundamentum enim alicuius fundati dicitur fundamentum. igitur uno dempto demitur neceſſario reliquum, in ratione igitur fundamenti ſtare non poteſt ſine ſua relatione.

Tertio illud non poteris præterire intactum, quòd vbi poſueris poſſe ſeparari, ſiue corrumpi extremum, reliquo remanente, & uis illa realiter idem eſſe, tu uel cogeris negare principium illud, uidelicet. De quocũque dicitur eſſe uel nõ eſſe, & de nullo ambo ſimul; & illud de quibus dicuntur duo contradictoria illa di

ſtingun-

ſtinguntur realiter, ſi eſſe rei illa reſpiciant, uel mutare ſententiam; quoniam dum dixeris illa eſſe idem realiter, & altero corrupto, uerum erit dicere ratione corrupti illa non eſſe, & ratione exiſtentis illa eſſe, & ambo de eadem re ſine diſcrimine ullo; unde Ariſtôtiles hoc medio eſt uſus ad probandam materiam eſſe realiter a forma ſeparatã, quoniam materia aliquo inſtanti manere poteſt, in quo non manet forma in pri. phiſ.t.c.60.& Auguſt.7.de trin.c.5.& 6. magnitudo manet, & color non manet, ergo magnitudo & color non ſunt idem, ſed & quo modo poſſem ego probare hominem non eſſe aſinum, niſi quia eſſe hominis aſino competere nequit; & per iſta duo contradictoria hominem ab aſino probabo eſſe diſtinctum. Quod principiũ ſi negares, uia ad ad probandũ nõ reliquitur ulla.

H. Dicerem, quòd illa ſunt eadem realiter, quorum etiã aliud eſt corruptum, quia manet realitas illius, ſed nõ ſub ratione, qua prius.

S. Peto, ratio illa, ſub qua nunc eſt, fuit ne aliquid prius, aut nihil in re illa? ſi nihil ergo res nihil erat, & ſuum nihil compleuit, & non eſt diſputatio; quia diſtinctio realis requirit res, & reales, & exiſtentes; ſi aliquid fuit res illa prius, quæ manet nunc ſub ratione iſta, quam dicis. peto an ſit idem cum ipſa re, aut non; ſi non ratio eſt in promptu, quòd diſtincta eſſe dicantur, ſi aliquid idem ſonet cum re, quæ exiſtit, ergo eadem res eſt, & non eſt, eſt quidem ea ex parte, qua uidetur exiſtere, non autem eſſe dicitur ea ratione, & parte, qua non exiſtit.

H. Dice-

H. Dicerem quæcunque una generatione generantur, & una corruptione corrumpũtur eadem eſſe realiter; ſed non concederem illa eſſe idem realiter, quorum unum non poteſt eſſe ſine reliquo quoniam ſubiectũ, & propria paſſio ſic ſunt, ut unum ſine reliquo ſtare nequeat, & tamen uidentur diſtingui realiter.

S. Non realiter diſtingui te iſta docui, cùm autem dicis, quòd ſtare nequeat de ſe ſubiectum ſine propria paſsione, eſſet probandum; id enim non eſt ex ſua propria natura intrinſeca, ſed a generante, & ab extrinſeco ipſi ſubiecto inditum eſt, ut non ſtare queat ſine ſua propria paſsione; quòd autem ſtare de ſui natura ualeat ratio aſſignatur, aut enim ſubiectum, & propria paſsio eſt a generante, & producente eodem, aut ſolum eſt a generante, & paſſio eſt a ſubiecto; ſi primo modo ergo ſubiectum ſe habet tantũ ĩ potentia paſſiua, & materiali reſpectu paſsionis, ſed omnis talis potẽtia eſt contradictionis. materia enim eſt ſubiectum contrariorũ, ergo ſub iectum ſtare poterit ſine ſua paſſione propria. Quod ſi ſecũdũ des, atq; cõcedas, ꝙ uidelicet ſubiectum generet producat cauſet, ſiue emittat paſſionẽ propriã ſuã, igitur ſubiectum prius erit ordine generationis, & natura ipſa propria ſua paſsione, & iſta ĩ aliquo priori præhabet ſuum eſſe totum, in quo nõ ĩtelligitur poſterius, ſed quecũq; ſunt ſic priora nõ repugnat eis eſſe ſine ſuis poſterioribus, ergo ſubiecto de ſui natura non repugnabit eſſe ſine ſua propria paſſione; nõ autẽ ſtare poteſt ſine ea, quia paſsio illi realiter idem eſt, tum quia cauſa illi-

us

us id egit, ut nõ queat ſubiectum a propria ſua paſſio ne ſe ſubtrahere, ſemoueri, ſiue diuelli, & ſeparari.

H. Dixit T. R. ad diſtinctionem realem eſſe ſatis ponere cauſam unam ex his, quas aſsignauit, ut quòd eſſet inſeparabilitas illa a cauſa non extrinſeca, quòd unum non ſit, ut generans, & aliud ut gemitum, & quòd illa non eſſent in rebus diuerſis, realiterque diſtinctis; Docuitque inſuper R. T. ſubiectum a propria paſſione non eſſe diſtinctum realiter, & ultimo in loco fatetur T. R. ſubiectum poſſe ſtare de ſui natura ſine ſua propria paſſione, quòd ſi non detur ſtare aliquando id eſt propter cauſam extrinſecam cauſantem, quæ uidentur inferre contradictionem expreſſam. Doce ergo quid ſentiendum.

S. Dixi requiri cauſas illas ad realẽ inferẽdã idẽtitatẽ fateorq; ſubiectũ idẽ eſſe realiter ſuę ꝓprię paſſioni, cũ aũt dicis, ꝗ ĩſeparabilitas ſubiecti a ſua paſſiõe nõ eſt niſi ab extrinſeco, & ꝗ una illarũ cauſarũ deficit. Dico quòd eſſe ab extrinſeco, uel niſi inſeparabilitas illa ab extrinſeco eſſe dicatur ꝓpter illa, quæ formã illam a deo ab extrinſeco habent; & ut ab intrinſeco non ſit emanatiue aliqua ex parte, ſicut dedi exẽplũ de reſpectibus ab intellectu diuino eſsẽtiæ oblatis, & motu ab angelo cœlo pręſtito, modo paſsio nõ cauſatur (ut diximus) a ſubiecto, neq; ꝓducit͛, ſed emanat.

H. Videtur argumentum illud non concludere de ſeparabilitate propriæ paſſionis, cùm dixeris eſſe poſſe ſine ſua paſſione ſubiectum, & ſuperius illa eſſe idẽ realiter, quæ inſeparabilia ſunt.

S. Puto

S. Puto me feciſſe ſatis. Tu ipſe nihilominus dicere poteris, quòd paſſio emanare dicitur a ſubiecto,& cùm infertur ergo in aliquo priori naturę fuit ſubiectũ ſine ea, id probandum foret, quia a quo cauſatur unũ ſimul,& reliquum cauſatur, & in inſtanti eodem, & ſicut non in aliquo inſtanti prius fuit ſol, & poſtea lux illi præſtita eſt,ſed ſimul ambo ſunt a Deo creata, ita de paſſione,& ſuo ſubiecto eſt dicendum, & quòd ſubiectum eſt prius negatiue ſua paſſione;ideſt potuiſſet dari ſine ea, ſed minime datum eſt.

H. Idem uidetur, quòd eſſet dicendum de materia, & forma, quia aliquando non eſt data ſine forma materia prima, & tamen realiter eſſe diſtinctam omnes uiri periti fatentur.

S. Non eſt ſimile de materia,& forma; & propria paſſione, & ſubiecto, quia materia non emittit formam emanatiue; ſicut ſubiectum propriam paſsionẽ, quam ideo dicimus idemptificari ſuo ſubiecto, quia emanat ab eo, & ab eo ſurgit, ſicut a fonte riuulus, a ſole lux ſiue ſolares radij, & a lapide denique ſua grauedo.

H. Quid de toto,& partibus ſentiendum eſt?

S. In ſequenti dialogo te docebo fundamenta propoſitæ quæſtionis.

LECTIO XXXII.

S. DE toto, & partibus promiſi me facturum ſermonem,propone igitur de toto,& partibus,quæ me declarare peroptas.

Quo

H. Quo modo a partibus uenit conſiderandum eſse diſtinctum?

S. Totum ſcias eſse in duplici differentia, aliud uidelicet metaphiſicum,& aliud phiſicum,totum metaphiſicum,cùm non uidetur in eo compoſitio, proprie nō dicitur diſtingui a ſuis partibus hac diſtinctione reali. Totum uero phiſicum ſcias eſse pariter in differētia triplici,aliud totum eſsentiale,aliud integrale, & aliud quantitatiuum. Eſsentiale ut totum ex materia, & forma confectum; uel ex corpore, & anima; Integrale, ut domus, quæ reſultat ex parietibus tecto & fundameuto; & demum totum quantitatiuum, illud dicitur eſse, quod partes in ſe habet diuidendas ab eo,ex quibus totum dicitur eſse effectum,ut lignū ferrum,& aliquid iſtis ſimile. Videas de quo toto re quiras declarationem fieri.

H. De omnibus uellem aliquid T. R. in medium dare clarumq; facere;ſed unum in primis, quæ partes ſunt in ligno,cùm unum eſſe dicatur?

S. Duplices in ligno,lapide, ferro & in quolibet quanto noueris eſſe partes alias entitatiuas, alias uero quātitatiuas, entitatiuas uoco illas, quæ eſſe illius reſpiciunt quatenus ens; alias uero dico quantitatiuas, quæ dicunt in ente illo extenſionem, & locum potius occupandum reſpiciunt,quàm rei cōditionem,& eſſe,

H. Dicat T. R. An quantitas iſta ſit quid diſtinctum a re iam dicta,cuius eſt quantitas?

S. Duplex dicitur eſse quantitas una uirtutis,alia uero molis, prima inſequitur rem de ſui natura,aliam uero

ſepa-

S. Quod ſit diſtinctum realiter a ſuis partibus.

H. Quo fundamento loquar?

S. Ariſtotelico. In primo eñ phiſicorum dicit, quòd ſi totum eſſet idem cum partibus ſuis, quòd partes eſſent eedem inter ſe; & ſic materia eſſet eadem cum forma, atque res una. Item in ſecũdo de anima diuidit ſubſtantiam in materiam, & formam, atque compoſitum. Quare ut diuiſio non detur fruſtra dicere oportet, ꝙ illa uere ſint diuiſa, & ſic totũ à partibus.

H. Eſt ne ratio aliqua?

S. Eſt quidem. Nam ſi compoſitum eſſentiale non eſſet aliud a ſuis partibus, ſequeretur, quòd non magis eſſet unum ens per ſe, ut homo, quã totum unum per accidens, ut album; quoniam totum per accidens eſt ſue partes, & nihil aliud ſimul iunctę. Item quicquid eſt primus, & per ſe terminus ad quem generationis eſt entitas abſoluta realiter diſtincta a quibuscunque alijs, quæ non poſſunt eſſe primus terminus ſuæ generationis; ſed entitas compoſiti, & non partes eſt terminus talis ex 7. methaph. non enim in generatione hominis generatur anima, aut corpus, ſed homo. Item in omni corruptione ſubſtantiali aliqua ſubſtantia deſinit eſſe ſiue corrumpitur, ſed datur aliqua corruptio ſubſtantialis, in qua nulla pars corrumpitur, igitur; idque patet; homo enim corrumpitur in morte, per quam corruptionem anima non corrumpitur intellectiua, nec corpus, ſiue materia, cùm igitur, nec forma, nec materia corrumpatur, & homo uere corrumpatur, & multæ aliæ ſint in homi-

ne partes, erit conſequens, ut tertia entitas ſubſtantialis diſtincta a partibus illis corrumpatur. Superaditur iſtis quoniam omnis entitas cauſata ab aliquibus duobus realiter eſt ab illis diſtincta, ſed entitas totius eſt huiusmodi ergo, minor patet, quia materia, & forma cauſæ ſunt totius, & non niſi ſimul iunctæ ergo. Item cauſæ intrinſecæ, vel aliquid cauſant, vel nihil ſimul, dum iunctæ eſse dicuntur, ſi nihil, non erunt igitur cauſæ, ſi aliquid, & non ſe cauſent, ergo aliquid aliud, & ſic realiter ab eis diſtinctũ. Preterea actus propriæ paſsionis in homine non conuenit animæ, neque corpori, ergo toti ex anima, & corpore confecto. Et denique ratio ſuperaditur hæc verbum per ſe primo aſsumpſit naturam humanam, quia per ſe primo factum eſt homo, ergo humanitas aliquid dicit, abſolutum realiter diſtinctũ a partibus.

H. An ſint aliqui contrarium ſentientes?

S. Imo; quàm plures.

H. Quo fundamento mouentur?

S. Auguſtini 7. de trin. dicẽtis. Homo nihil aliud eſt, quá anima, & corpus. Secundo Damaſceni dicentis, verbum, quod ſemel aſsumpſit numquam dimiſit, quòd ſi humanitatem aſsumpſiſset, cùm illam dimiſerit in triduo, non bene ſentiret; quia vere illa fuit corrupta. Tertio Ariſtot. 4. phys. totum nihil aliud eſt quàm ſuę partes. Quarto Auer. pluribus in locis dicit; totum nihil aliud eſse, quàm aggregatio partiũ.

H. Quid igitur reſpondendum venit his dictis?

S. Ad Auguſtinum, quòd ly totum capitur non formaliter,

maliter, ſed cauſatiue, uel conſtitutiue: ut ſit ſenſus, totum nihil aliud eſt, quando ſuæ partes, i. ſeſt nihil efficiunt partes niſi totũ; uel contentiue, ideſt totũ nihil aliud cõtinet, quã ſuas partes eſſentiales. Ad damaſcenũ, ꝙ ĩtelligit de partibus eſsẽtialibus, quas nũquã dimiſit, & nõ de natura toti⁹. Ad auctoritatẽ Ariſ. ſimiliter eſt dicendum, quòd totũ nihil aliud eſt, ideſt nihil aliud continet quàm ſuas partes, & partes nihil aliud ſunt, ideſt conſtituunt, niſi ſuum totum, ita & ad Comentatorem.

H. Eſt ne pro illorum opinione aliqua ratio?

S. Eſt quidem ratio una, qua mouentur tales non conuenire nobiſcum. Duo cùm fuerint abſoluta realiter diſtincta, & unum non dependet ab alio, illud Deus ſaltem poterit ab alio ſeparare, ſed totum & partes ſunt huiuſmodi, & partes ſimul iunctæ non dependent a toto, ergo. Deus poterit facere, quòd partes ſint ſimul iunctæ, & quòd totum non ſit, id autem non eſt poſsibile; igitur non eſt aliud totum ab illis.

H. Quid reſpondere rationi huic, cùm poſſe eſſe unum abſolutum ab alio ſeparatum per diuinam potentiam dicat articulus pariſinus, ſi diſtinguantur realiter illa duo?

S. Deus illa poterit ſeparare, dummodo ille ad inuicem non habeant dependentiam: modo dicitur, quòd partes nõ dependent, uolo, ergo poterunt ſtare ſine toto, cõcedo, ergo totũ remanebit partibus remanẽtibus iũctis, & ſeparatũ ab illis, nego; qm̃ totũ depẽdet ab illis, & ſic ĩtelligit articul⁹, ꝙ illa nõ depẽdẽt ab ĩuicẽ.

H. Eſt ne alia ratio?

S. Eſt, quidem. Nullum prius naturaliter dependet à ſuo poſteriori naturaliter, præcipue ſi ambo fuerint abſoluta, omne tale poterit per diuinam ſaltem potentiam fieri ſine ſuo poſteriori, partes autem cùm prius ſint ſuo toto, & abſolutæ, & non dependeant, uidentur poſſe ſtare, & iunctæ ſine poſitione totius, quod falſum eſt, ergo &c.

H. Quid reſponderem?

S. Quod omnem prius, quod non dependet naturaliter a ſuo poſteriori, & eſt abſolutum poteſt ſtare ſine ſuo poſteriori: uerum eſt, ſi illud poſterius non includatur realiter in ſuo priori, ſic eſt autem, quòd homo includitur eſſentialiter in ſuis partibus, igitur ſtare nequibit ſine illis, & dicere poteris, quòd partes ſtare poterunt ſine ſuo toto, non tamen per modum informantis, & informati; & tũc licebit inferre, quòd partes operatiue non ſunt prius ſuo toto.

H. Si Deus facere non poteſt, quòd partes ſint, & quòd totum non cauſetur ſi fuerint ſimul iunctę, ſequi uidetur, quòd Deus cauſare cogatur aliquid ad extra.

S. Ne dixeris. Eſt enim cauſare aliquid neceſsario dupliciter; uno modo abſolute, & ſic Deus nil niſi contingenter cauſat ad extra. Alio modo ex ſuppoſitione, & ſic poſito, quòd Deus uelit hanc conditionem habere hominem eſſe mortalẽ, homo neceſſario moritur; & poſito quòd Deus uoluerit ad cauſandam relationem duo alba eſſe ponenda, uel equalia, uel alia relatiua, tunc illis poſitis uere dicimus relationem ſequi neceſſe.

H. An

H. An omnis neceſsitas in Deo dicat imperfectionem?

S. Minime, cum neceſſitas ſit, ut Deus amet ſe ipſum, & infinito amore, & eſt perfectionis maximæ, dicitur enim neceſſitas ineuitabilitatis, ſiue immutabilitatis.

H. An iſta ſit ſemper uera? Totum eſt ſuæ partes.

S. Nequaquam; ſi enim una ſit diuiſiua falſa erit; ſenſus enim eſſet, quòd totum ſit iſta pars. Quod ſi de copulato extremo fiat, eſt uera, & complexiue dicitur una cathegorica uera de copulato extremo, ſic totum eſt illa pàrs, & illa pars, & illa pars: ſimiliter diſtinguatur homo eſt anima, & corpus totum eſt materia, & forma.

H. Paciat quæſo T. R. uerbum de toto integrali, ut promiſiſti.

S. Totum integrale ſcias a partibus ſuis, tam diuiſim, quàm coniunctim ſumptis diuidi hac eadem diſtinctione reali. Ratio autem ea eſt, Prima ſi tale totum non eſſet, niſi ſuæ partes tunc homo, qui componitur, & integratur ex anima, & corpore eſſet unum aggregatione, quod totum aggregatione, cùm nullum habeat ordinem partium, abſurdum eſt dicere eſſe tôtum eſſentiale, & econtra.

Secunda. Sic numerus quinarius eſſet ſuæ unitates, & non reſultans aliquod tertium, etiam eſſet, ſicut aceruus lapidum.

Tertia. Ariſtotiles 7. metha. ait tale totũ diſtingui a ſuis partibus, & exemplificat de literis componentibus ſyllabam, a, & b, componentibus uidelicet. ab.

Quarta. 4. meth. ait inſuper, quòd bis tria non ſunt ſex, ſed ſemel ſex ſunt ſex.

Quinta. Totum cùm dicimus componi a partibus ſuis; uel totum pro aliquo, uel pro nihilo ſuppo nit. Si pro nihilo iam nihil eſſet totũ; ſi pro aliquo illud erit aliud a partibus, aut eſt ipſæ partes ſimul ſumptæ, ſi aliud propoſitum ipſe concludo; ſi uero non pro alio a partibus ſupponit, ergo idem ſe ipſum componit; quo abſurdius nihil. Senſus enim erit, totum, ideſt partes componitur ex partibus.

Sexta, ſequeretur, quòd partes integrales eſſent partes eſſentiales, ſed materia, & forma, uel quod idem totum eſſet duo tota; Accipiatur enim aqua, & diuidatur in duas medietates, quæ ſunt partes quantitatiuæ. Tunc ſic. Illæ partes aquæ, quæ ſunt quantitatiuæ ſunt hæc aqua; ſed materia & forma huius aquæ, ſunt hæ partes, ergo materia, & forma huius aquæ ſunt illæ duæ medietates, quę ſunt partes integrales, & ſic ſequitur, quòd totum unum duo ſint, integrale uidelicet, & eſſentiale, ut patet ꝑ diſcrimine partiũ.

Septima, ſequeretur inſuper, quòd finita eſſent infinita; qm̃ ſi capiantur duæ medietates baculi, tunc illæ duæ medietates ſunt ille baculus, & infinitæ partes ſũt ille baculus, ergo infinitę partes illius baculi ſunt illæ duę medietates; & ſic duo ſunt infinita, & infinita duo.

Octaua, ſequitur adhuc, quòd idem eſſet ſimul, & ſemel intenſe album, & intenſe nigrũ. Accipiatur panis, qui ſit pro media parte intenſe albus, & pro alia medietate intenſe niger; tũc ſic formetur ratio. Illæ duæ partes

tes ſunt intenſe albe;& intẽſe nigrę,paries eſt illę duę medietates, ergo paries ẽ intẽſe albus,& intẽſe niger.

Nona, ſequitur demum; quòd dum aliqua duo tu uides, ipſe unum ex illiş non uideas. Tu enim concipis amicũ ueniẽtẽ ad te, ille autẽ eſt ſuæ duę medietates,& cùm uideas ſolũ anteriorem partẽ, poſteriore ignorata ſequitur te uidere duo,altero ignorato.

H. Totum duplex dicitur eſſe, ſiue in duplicem cõſiderationem totum uenire dignoſcit ur, homogeneũ, uidelicet,& etherogeneũ de quo toto aſſignatur a T.R. hic a ſuis partibus diſtinctio?

S. De toto etherogeneo.

H. Quare non de homogeneo?

S. Quoniam dubium eſt, an ſic a ſuis partibus ſecetur, ſaltem non ita eſt clarum; quoniam ſi totum homogeneum a ſuis partibus realiter diuidatur ſequi uidetur, quòd idem numero bis reproducibile ſit,uas enim aquæ ſi aſſumpſeris, & aquam illius in duas diuiſeris partes,tunc totum corruptum eſt remanentibus partibus ĩ eodẽ uaſe,ſi reuniãtur illæ;tũc totũ idẽ bis reproductũ apparet, ſiue eadem aqua. (produci?

H. An incóueniẽs tibi uideatur idẽ numero bis poſſe re-

S. Maxime.nõ tamẽ omnibus uiris ſapientibus diſſonũ, eſſe uidetur; quoniam Plato ponebat omnia iterum eadem numero quodam decurſo tempore reuerſura, quod nos non prædicamus, niſi tempus iſtud intelligatur eternitas illa, atque beatitudo, in quam quilibet aſpirare debet, & in qua omnis præſtante deo in ꝓpria ſua ꝑſona gaudebit. Ego ipſe (inqt Iob) & nõ

 alius

alius, in carne mea, & non in alia uidebo Deum ſaluatorem meum, & oculi mei, & non alterius conſpecturi ſunt.

H. Si totum (vt dictum eſt) diſtinguatur a ſuis partibus, quo modo ſaluabitur, quòd numerus quaternarius non ſit quinarius; patet, quatuor vnitates ſunt ibi, & alia illius entitas tertia, quæ eſt totius.

S. Facile ſoluitur ratio, cùm ex ignorantia quantitatis proueniat. Nam non omnis vnitas addita vnitati facit numerum de prædicamento quantitatis, ſed ſolum quæ dicitur eſſe per diuiſionē continui, quia & unitas manus numerantis, & unitas intellectus cognoſcentis aliquid adderet ſpeciebus prędicamentorum.

H. Duæ ſemilibræ tantum ponderabunt, quantum duæ aliæ ſemilibræ, quòd ſi illæ duæ uniantur, & vnio aliquid addat, & faciat tertiam entitatem diſtinctam ab eis, inferre licebit, quòd illæ duæ unitæ pōderabūt aliquid vltra illas duas, ratione iſtius tertiæ entitatis.

S. Dico, quòd non ſequitur, quòd plus ponderabunt, ſed bene ſequitur, quòd ſub alia ratione, qua prius pōderare dicentur. Quoniam prius ſub ratione duarum partium duę inferebant ſemilibræ, tunc vero cùm cōiunctæ ſint ſub ratione totius, non duas medietates ſub ratione illarum, ſed unam libram continentem illas duas ſemilibras, ſiue medietates.

H. Duo corpora uidentur eſſe in eodem loco, quoniā illud totum ſubſtantia corporea erit; & partes ſimiliter illius, & nihilominus in eodem loco ponentur.

S. Non inconuenire docebis duo corpora, quorū vnū

ſit pars alterius in loco eſſe, & manere ibidem.

H. Quid de toto per accidens?

S. Nō diuidi a partibus ſuis hominem album noueris.

LECTIO XXXIII.

S. QVinto iam articulo manus eſt danda, qui identitatem, & diſtinctionem nobis eſſentialem aperit; Igitur quantum ad quintum articulum, qui eſt de identitate, & diſtinctione eſſentiali noto aliqua.

Primo, quòd duplex eſt ordo eſſentialis, ut ad preſens ſufficit. Vnus eſt ſecundum quid, & eſt quando poſterius dependet ſic a priori, quòd licet non poſsit eſſe ſine illo per potentiam naturalem, poteſt tamen per potentiam diuinã; ſicut eſt de accidente reſpectu ſubſtantiæ, ſaltem de aliquo, ut de ſubſtantia reſpectu cauſarum ſecundarum extrinſecarum.

Alius eſt ordo eſsẽtialis ſimpliciter, & eſt inter illa, quæ ſic ſe habent, quòd implicat contradictionem, etiam ꝑ quãcumque potẽtiã poſterius eſſe ſine priori; & accipio ibi ordinem eſſentialem pro dependẽtia eſſentiali: & ſic dico quòd quãdocumque aliquid habet originem eſſentialem iſto ſecundo modo ad aliud in ratione dependentis ad independens tali depẽdentia, identificantur realiter cum ſua dependentia, ſicut dicimus de creatura, & ſua dependentia, quam habet ad Deum, & de toto reſpectu ſuarum partium.

Secundo notandum, quòd identitas eſſentialis capitur dupliciter, vno modo pro illa identitate, qua

aliquid

aliquid identificatur vni eſſentiæ ſingulari, & ſic inter identitatem eſſentialem,& realem non eſt differẽtia,præterquam in diuinis,quia licet tres perſonæ diuinæ ſint eædem realiter vni eſſentiæ ſingulariſsimæ, & per conſequens dicuntur eſſe idem eſſentialiter, non tamẽ dicuntur eſſe idem realiter inter ſe.In creaturis vero non eſt inſtantia, quoniam omnia eadẽ eſſentialiter ſunt eadem realiter. Secundo modo capitur identitas eſſentialis pro illa identate, qua aliliqua dicuntur eſſe de eſſentia alicuius, ſiue concurrunt intrinſece ad eſſentiam alicuius. Iſtis notantis pono duas concluſiones.

Prima, quòd omnia illa dn̄r eſſe idem eſſentialiter, quæ identificãtur realiter vni eſſentię ſingulariſsimæ, capiendo primo modo identitatẽ eſſentialẽ: vel quæ ſunt de eſſentia intrinſeca alicuius, capiendo identitatem ſecundo modo. Ex quo infero, quòd quæcumque identificantur cuicumque ſingulari, ſiue indiuiduo, ſiue ſuppoſito illa ſunt idem eſſentialiter.

Secunda concluſio,quòd illa diſtinguntur eſſentialiter,quæ habent diuerſas naturas, ſiue eſsentias realiter diſtinctas;vel quæ non concurrunt ad rationem intrinſecam,& eſsentialem alicuius ſecundũ duo mẽbra poſita in prædicta diuiſione de idẽtitate eſsẽtiali.

Ad quã conformiter poſset dari vna alia diuiſio de diſtinctione eſsentiali, intellige tamen, quod ad diſtinctionem,vel identitatem eſsentialem, & ſimiliter ad quamcumque identitatẽ,vel diſtinctionem,quæ eſt ſecluſo opere intellectus requirũtur extrema eſse po-

ſitiua,

ſitiua,& exiſtentia, quia accidens non poteſt habere nobilius eſse,& verius eſse, quàm ſuum ſubiectũ, vel fundamentum, & ſi queratur quòd cùm ego non ſim realiter idem cum Antichriſto, vt patet; numquid bene ſequitur, quòd ſim realiter diſtinctus ab eo? dico ꝙ non, ſed bene ſequitur, quòd ſim ſibi non idem, & ſic de alijs, & hæc de quinto articulo minus principali vide ergo, quæ declaranda tibi veniunt ex iam dictis.

H. De aliquo accidente dicit T. R. reſpectu ſubſtantiæ, quòd ſtare poſsit, & ſi non per ſe ſaltem per ſupernaturalem potentiam, quodnam ſit illud accidens textus non exprimit; promat ergo T. R.

S. Illud accidens ſcias eſse in ſacramento Euchariſtiæ, quantitatẽ, qualitatẽ, ita & in ſangnine accidentia illa, quæ a ſubſtantia, ſiue re creata minime dependere prædicat fides noſtra, cùm manu auctoris naturæ teneantur in eſse, & in officio, ſiue in eſse illo.

H. Et de ſubſtantia reſpectu ſecundarum cauſarum, quã ſine cauſa ſecunda Deus cauſare valet, doceat T.R. exemplo aliquo.

S. Facile eſt id fieri; Quoniam homo cauſat hominem, quem Deus ſe ſolo cauſare quibit, vbi libuerit, ſicut & factum eſt de homine primo.

H. Quare dixit T. R. & de ſubſtantia, & non de aliqua ſaltem, ſicut de accidente eſt ipſa loquuta?

S. Quia omnes ſubſtantias Deus poteſt cauſare ſine ſecundis cauſis, vt in primordio omnium rerum ipſe fecit, in principio enim Deum creaſse cœlum, & terram, & omnia denique, prædicat fides noſtra.

H. An

H. An accidentia quæque ita ualeat cauſare Deus?

S. Minime. ſunt enim accidentia in duplici differentia; alia quidem ſunt abſoluta; alia uero reſpectiua. Quæ in duplici pariter conſideratione occurrunt; alia enim intrinſecus; alia uero extrinſecus eſſe cernuntur aduenientia, Deus igitur abſoluta accidentia quæque per ſe cauſare, & cauſata conſeruare ualebit ſine eo, quòd habeant ab ſubſtantiam, ſiue ſubiectum aliquam dependentiam. De reſpectiuis ſaltem intrinſecis, quoniam a natura ſibi præſtita ab ipſo ſupremo opifice habent, ut dependeant a ſe inuicem propter repugnantiam, Deum dicimus id nequaquam efficere poſſe. Quomodo enim poterit ſtare, quòd pater ſit pater, & quòd filium non habeat, & quòd albus homo ſit, aut quantus, & quòd albo, & quanto, ſimilis non ſit, aut equalis

H. Quare data eſt diſtinctio iſta?

S. Propter eſſentiam diuinam, quæ habet perſonas ab inuicem realiter diſtinctas, quæ uaria eſt ab eſſentia rerum creatarum, quæ cùm ſit una nequaquam diuerſas poterit res habere, ſed quot res, tot eſſentiæ.

H. Vnde ſequitur, ut formæ iſtæ vt ſunt accidentia nō ualeant eſſe ſine ſubiecto, ſiue ſubſtantia ſua?

S. Quoniam omnis forma eſt in ſua cauſa ſecunda, ideo in ſubſtantia eſſe debent, & a ſubſtantia dependere, & ſine illa ſtare de ſui natura nequeunt.

H. Sol eſt cauſa accidētis, & hominis, & eſt in quam cauſa ſecunda; & nihilominus non uidetur in ſole homo, aut accidentia iſta, ut albedo?

S. De

S. De cauſa intellige effectiua, quæ cùm hoc, quòd ſit cauſa effectiua dicitur eſſe ſubiectum talium formarũ; modo ſol non eſt ſubiectum, licet ſit cauſa effectiua, ſubſtantia autem dicitur eſſe ſubiectum, ideo ſine ea nequeunt de ſe,& ſui natura ſtare.

H. Quid igitur facit Deus?

S. Id, quod ſubſtantia efficit reſpectu illorũ accidentiũ.

H. Subſtantia informatur, igitur & Deum ab illis informandum putabimus?

S. Nequaquam,ideo dixi quid facit,& non quid patitur; ſubſtantia igitur cauſat, & ſubſtentat accidens; quę duo efficit Deus,informaturq; ſubſtantia,quod imperfectionis eſt, Deoque repugnare id dicimus.

H. An igitur, inherentia ad ſubiectum ſit ipſi accidenti eſſentialis?

S. Nõ eſt accidenti eſſentialis inherentia ad ſubiectum, cùm ſtare ualeat ſine ipſa.

H. Quo fundamento id ipſe probare ualerem?

S. Ratione hac,quia nullum reſpectiuum eſt de eſſentia abſoluti, ſed inherentia eſt quidam reſpectus;& albedo eſt abſolutum,licet ergo inferre, inherentiam non eſſe ipſi accidenti eſſentialem.

H. Quando ergo nos dicimus,accidentis eſſe eſt,ineſſe; ſiue eſſe in alio?

S. Exponas,accidentis eſt eſſe in alio,ſcilicet non diſponit accidens niſi ſubſtantiam,uel non cauſatur aliunde niſi a ſubſtantia: uel dicas dictum non eſſe ariſtotelicum,uel quòd de ſui natura eſt tale,ut ſit in alio,niſi impediatur ſuæ naturæ conditio

H. Ordo

H. Ordo num iſte eſt apud Theologos tantum?

S. Eſt quidem poſitio Chriſti fidelium propter ea, quæ dicta ſunt de accidentibus in ſacramento, quod ipſi naturales non cognouerunt, nihilominus neque philoſophi dicerent inherentiam eſſe de quidditate ipſius accidentis, ratione iam dicta. Sed dicerent non poſſe ſine ſubiecto ſtare, ſicut nos dicimus, de paſsione propria, quam fatemur non poſſe ſtare ſine ſuo ſubiecto, cùm illi identificetur.

H. Dixit T. R. quòd alius eſt ordo eſſentialis ſimpliciter, ut homo eſſentialiter dependet a materia & forma, & totum a partibus ſuis, hunc ordinem Deus diſpenſare non poteſt, Dicat T. R. an rei productæ ad cauſam producentem ſit ſemper ordo iſte eſſentialis?

S. Nota has pro intelligentia huius propoſitiones.

Prima eſt. Rei productæ ad cauſas integrales principales, ut caput & cor, eſt ordo eſſentialis.

Secunda. Rei productæ ad cauſas intrinſecas eſt ordo eſſentialis, ut hominis ad materiam, & formam, ſiue ad animam, & corpus.

Tertia, Rei productæ a Deo, ad ipſum Deum eſt ordo eſſentialis.

Quarta. Rei productæ ad cauſas extrinſecas ſecundas eſt ordo accidentalis, ut Sortis ad patrem, ſiue hominis ad ſolem.

H. Dependentiam dependentis ad independens dixit T.R. rei ipſi dependenti eſſentialem eſſe, ſed non ne: humanitas eſt dependens ad uerbum independens, & tamen ſtare poteſt ſine dependentia illa humanitas.

S. Regu-

S. Regula eſt, quòd relatio ſit eadem rei, cùm fundamentum nequit ſtare ſine termino; modo humanitas illa bene ſtare poteſt ſine uerbo ſub ratione illa, ergo eſt relatio ſine ſuo fundamento, Eſt etiam relatio illa peculiaris, regula autem mea intelligitur de relatione communi, ut creatio, quæ eſt effectus trium perſonarum, & non unius tantum, ut eſt dependentia humanitatis ad uerbum, quæ non quatenus effectus, ſed quatenus dependentia ſolummodo terminatur ad uerbum.

H. Quæ eſt differentia inter diſtinctionem eſſentialem, & realem?

S. Quoniam in plus ſe habet realis diſtinctio, quàm eſſentialis; valet enim diſtinguuntur eſſentialiter, ergo realiter. Non autem diſtinguuntur realiter ergo eſſentialiter propter ea, quæ dicta ſunt in diuinis.

H. An ab Ariſtotile de iſto ordine aliquid dictum ſit?

S. In 5. metaph. Ariſt. duplex eſſe neceſſarium poſuit, aliud ſimpliciter, aliud uero ſecundum quid, ſiue ex ſuppoſitione, quæ conſona eſſe dicuntur ordini aſſignato a nobis, eſſe autem de eſſentia alicui idem poſuit in primo poſt. t. c. 9. aſſignãdo ea, quæ ſunt in primo modo dicẽdi per ſe, ea dixit eſſe de q̃ditate ipſius.

Et diſtinctionem eſſentialem poſuit in primo poſt. t. c. 35. aſſignando eſſentias prædicamentorum eſſe impermixtas; .i. eſſentialiter diſtinctas, & in 7. Thopicorum dicit illa ſunt eſſentialiter diſtincta, quando unum poteſt exiſtere ſine reliquo.

H. Eſt ne in euchariſtia omne accidẽs ſine ſuo ſubiecto?

S. Mini-

S. Minime; eſt enim quantitas ſine ſubiecto, qualitas autem non eſt ſine ſubiecto, cùm ſubijciatur quantitati, ſiue ſubiectetur in illa.

H. Cùm omnis relatio debeat habere fundamentum, & terminum an identificetur utriſque, cùm eſſe nequeat ſine illis?

S. Non; ſed tantummodo fundamento identificatur, cuius fundamentum eſſe nequit ſine termino.

H. Quare non ipſi termino?

S. Quoniam talis cùm ſit ipſe Deus, Deo ipſi de nouo aliquid adueniret.

H. Scientia ab obiecto ſiue a re,quæ eſſe habet obiectiue tantummodo quomodo diſtinguitur?

S. Eo modo,quo res eſt, vnde obiectiue cùm ſit ſolum res, non poteſt realiter ab aliquo eſſe diſtincta, & minus eſſentialiter. Nòn eſt ergo diſtincta,neque eadem cum re obiectiua ſcientia ſua, ſiue dicas, quòd formaliter obiectiue uidetur eſſe diſtinctio illa, uel realiter obiectiue.

H. Quid requiritur ad diſtinctionem eſſentialem?

S. Alietas quidditatum exiſtentiarum, ſiue ſubſiſtentiarum.

H. Materia igitur non eſt idem eſſentialiter formæ?

S. Non eſt formæ idem eſſentialiter, ſed forma, & materia compoſito idem ſunt identitate iſta.

H. Eſt ne idem fundamentum diſtinctionis realis, & eſſentialis?

S. Minime, realis enim diſtinctio fundatur ſuper exiſtentiam rei, eſſentialis uero ſuper eſſentiam rei,

ſiue

ſiue ſuper naturam exiſtentem.

H. Eſt ne idem eſſe de eſſentia, & eſſentialiter alicui?

S. Nequaquam; propria enim paſsio eſt eſsentialis ſuo ſubiecto, & nihilominus non dicitur de eſſentia eius, poneretur enim in definitione illius, & eſſet prædicatum primi modi, ualet ergo eſt de eſſentia ergo eſſentialiter, ſed non e contra.

H. Poſſet ne aſsignari alia diſtinctio, ſiue alio modo diſtinctio eſſentialis ab ea, quæ in textu eſt poſita?

S. Equidem, quoniam illa, quæ habent naturam unam ſingularem, & alia, quæ ſunt de eſſentia alicuius, dicunt aliqui eſſentialem inferre diſtinctionem. Item alio modo diuiſio eſſet entium aſsignanda, nedum in eſsendo (ut dictum eſt) ſed etiam in cauſando; eſſentialis uidelicet ſimpliciter, & eſſentialis ſecundum quid, eſt enim eſſentialis ſimpliciter, ut Deus, qui ſimpliciter neceſſarius eſt ad cauſandas res ſine quo res fieri nequit, eſſentialis ſecundum quid dicitur, quando cauſa eſt talis, ut ſine ea res fieri, & cauſari queat, & ſic eſſet reſpectu omnium cauſarum ſecundarum, ſine quibus eo modo, quo dictum eſt Deus poſſet cauſare omnes effectus illarum.

H. Eſt ne mens illa philoſophorum?

S. Minime, non enim concedunt ipſi Deum per ſe rerum effectiuam cauſam eſſe poſſe.

H. Ordo eſſentialis eſt ne idem cum dependentia eſſentiali?

S. Nequaquam; in plus enim ſe habet ordo eſſentialis, quàm dependentia; ordo enim eſſentialis eſt reſpectu

omnium ſpecierum uniuerſi,unus etenim eſt ordo omnium ſpecierum ad unum; dependentia uero iſta non eſt eſſentialis,ut una ab alia dependere dicatur. Similiter prædicamentorum eſſentiæ habent ordinem eſſentialem nō tamen habent dependentiam eſſentialē.

LECTIO XXXIIII.

5. TExtum ſexti; ſeptimique articuli declarandi hunc eſse puto.

Quantum ad ſextum articulum, qui eſt de identitate ſubiectiua, & eius diſtinctione eſt duplex modus dicendi.

Primus, quòd dicuntur eſse idem ſe tòtis ſubiectiue, quæ quidditatiue conueniunt in aliqua realitate potentiali, & contrahibili per realitatem differentiæ, & per oppoſitum illa diſtinguntur ſe totis ſubiectiue, quæ in nulla tali realitate quidditatiue conueniunt; & ex iſto modo dicendi eliciuntur tria corellaria.

Primum, quòd quæcumque includunt idem genus quidditatiue ſunt idem ſe totis ſubiectiue.

Secundum, quòd omnia prædicamenta a ſe inuicem, Deus etiam, & creatura ſe totis ſubiectiue diſtinguntur.

Tertium, quòd perſonæ diuinæ ſe totis diſtinguntur ſubiectiue, & ſic ſecundum iſtum modum dicendi identitas ſubiectiua eſt inferius ad identitatem obiectiuam; & diſtinctio obiectiua eſt inferius ad diſtin

ctionem

ctionem ſubiectiuam; Quæcunque enim ſunt idem ſe totis ſubiectiue ſunt idem ſe totis obiectiue, & non e conuerſo, & quæcumque diſtinguntur ſe totis obiectiue diſtinguntur ſe totis ſubiectiue, & non e conuerſo ſecundum iſtum dicendi modum; Quare &c.

Alius modus dicendi eſt, quòd illa dicuntur eſſe idem ſubiectiue, quorum realitates poſſunt ſimul eſſe in eadem re, uel per identitatem realem, uel ꝑ modum informantis, uel informabilis; et per oppoſitum illa diſtinguntur ſe totis ſubiectiue, quorum realitates non poſſunt ſimul eſſe in eodem numero aliquo prædictorum modorum; ſcilicet uel per modum informantis, uel per modum informabilis, uel per identitatem realem; ex hoc inferuntur aliqua corellaria.

Primum, quòd omnia, quæ ſunt in diuinis ſunt idem ſubiectiue.

Secundum, quòd omnia in uno indiuiduo, ſiue ſint ſuperiora, ſiue accidentia abſoluta, ſiue reſpectiua ſunt idem ſubiectiue.

Tertium, quòd duo indiuidua eiuſdem ſpeciei maxime de prædicamento ſubſtantiæ, & etiam alterius ſpeciei complete eiuſdem prædicamenti diſtinguntur ſe totis ſubiectiue.

Quartum, quòd duo contrarie, & duo relatiue oppoſita, maxime de ſecundo relatiuorum modo, ſimiliter differentiæ eſſentialiter diuidentes genus diſtinguntur ſe totis ſubiectiue, ſecundum iſtum modum dicendi, & ſi quæras quis iſtorum modorum eſt pro-

babilior? Dico quòd uterque eſt probabilis, nec eſt differentia inter eos, niſi in modo utendi uocabulo, & ideo, qui uoluerit tenere alterum iſtorum dicat conſequenter, & hæc quantum ad ſextum articulum minus principalem.

Quantum ad ſeptimum articulum .ſ. de id entitate iectiua, & eius diſtinctione; dico breuiter, quòd illa ſunt idem obiectiue, de quibus poteſt prædicari aliquod prædicatum quidditatiue, ſiue illud ſit limitatum, ſiue tranſcendens, ſiue dicat realitatem potentialem, ſiue non; & illa diſtinguntur ſe totis obiectiue, de quibus non poteſt prædicari tale prædicatum quidditatiue, ex hoc inferuntur aliqua corellaria.

Primum, quòd Deus, & creatura ſunt idem ſe totis obiectiue, & etiam decem prædicamenta.

Secundum, quòd paſſiones entis a ſe inuicem, & ab ente diſtinguntur ſe totis obiectiue.

Tertium, quòd differentiæ ultimæ, & breuiter omnia illa, quæ ſunt primo diuerſa diſtinguntur ſe totis obiectiue; pro quo notandum eſt, quòd aliud eſt dicere, aliqua eſſe diuerſa, & differentia; nam differentia ſunt alicubi idem entia, hoc eſt dictum, in aliquo quidditatiue conueniunt, & in aliquo quidditatiue differunt: diuerſa ſunt, quæ in nullo quidditatiue conueniunt, iuxta quod dicit Sco. quòd omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primo diuerſa, alioquin non eſſet ſtatus in differentibus. Hoc notato, probatur ſic propoſitum ratione, gratia exempli, accipiantur duæ differentię, & ſint Sortes, &

Plato

Plato,tunc ſic Sortes,& Plato in aliquo conueniunt, & per aliquod differunt,ut patet ex ſuppoſito,accipiā tur ergo illa,per quæ differunt,& ſint a,& b.uel ergo a, & b.ſūt diuerſa, uel differētia,ſi ſunt diuerſa habeo propoſitū, .i. ꝙ iſta diſtinguntur ſe totis obiectiue; ſi ſunt differentia, quæram ſicut prius, uel ergo erit proceſsus in infinitum; qnod eſt inconueniens, uel ſtabitur ad aliqua, quæ ſe totis obiectiue diſtingūtur. Et hæc de ſeptimo art. minus principali. Tu ergo quæ tibi dubia ſunt derelicta ex textu poteris indicare.

H. In primo dicendi modo habetur in litera, ea eſſe idem ſe totis ſubiectiue, quæ conueniunt quidditatiue in aliqua realitate potentiali, & contrahibili per realitatem differentiæ, & per oppoſitum illa eſſe diſtincta diſtinctione iſta,quæ in tali non conuenire dicuntur. Quid igitur in ſumma requiritur ad hoc quòd ſit, uel inferatur talis identitas inter aliqua?

S. Vt illa ſint compoſita ex rebus, uel realitatibus, quarum altera ſit potentialis, & altera actualis, neque ſat eſt quidditas, & modus intrinſecus,ut in Deo eſt atque prædicamentis, quæ in entis realitate conueniunt, ſiue in quidditate entis, quia ens non per realitatem differentiæ, ſed per modum intrinſecum uenit in illa, neque eſt ſatis realitas, & realitas, ut in tribus perſonis realiter diſtinctis.

H. Quæ igitur iſta erunt?

S. Secundum modum hunc dicendi primum, omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei, quia conueniunt in realitate generis contrahibilis per differentiam ſpecificam

ſeu quæ conſtituit ſpeciem, contrahendo genus, pariter inter ſe illæ duę realitates ſe totis ſubiectiue idem eſſe dicuntur: illa uero diſtincta erunt, quæ ſunt diuerſarum ſpecierum; quæ licet in generis realitate conueniant contrahibili, non tamen niſi cum diuerſis oppoſitis differentijs, uel non ita proprie erunt, ſicut prima.

H. Quid eſt realitas illa?

S. Scias duplicem eſſe realitatem, aliam ſubiectiuam, aliam uero obiectiuam, obiectiua realitas eſt quicquid ex natura rei poteſt eſſe obiectum intellectus, uel terminare ualet actum intelligendi; ſubiectiua uero realitas eſt, quicquid ex natura rei in ſuppoſito, uel indiuiduo exiſtente reperitur.

H. Conceptui communi eſt ne una, uel plures realitates?

S. Vna in ſe, & alia in ſuppoſitis ſuis ſibi correſpōdet.

H. An ſit inter iſtas aliqua differentia?

S. Eſt quidem, nam propria abſtrahit ab exiſtentia, & ab accidentibus cunctis, reliqua uero cum exiſtentia eſt.

H. Eſt ne alio modo intelligenda realitas iſta?

S. Sunt qui dicunt, realitatē ſubiectiuā eſſe, qua aliquid eſt diuiſibile per formales differentias, & uocatur ſubiectiua pro aliqua ſimilitudine; quoniam ſicut ſubiectum eſt in potentia ad formam, ita realitas ſubiectiua eſt in potentia ad differentias formales, ut diuidatur per ens, uel ut eſt corpus, animal, & ſimilia; & quoniam omnia iſta reperiuntur in ſuppoſito, & in diui-

diuiduo, propterea iſta dicuntur in illo eſſe in poten tia etiam ſubiectiua ab alia proprietate, quia uidelicet ſubijciuntur accidentibus cunctis atque formis.

H. Quæ igitur erit realitas obiectiua?

S. Quæ intellectui noſtro ſeſe obijci poteſt, iſta autem modis duobus uenit conſideranda. primo quatenus obijcitur intellectui, & ſic ſub hac ratione quælibet realitas ea erit: alio uero modo proprie, & dicitur illa, quæ cùm obijciatur intellectui, terminetque actũ intelligendi, non dicitur contrahibilis per differentias aliquas ad ſua inferiora.

H. Quomodo contrahitur realitas ad ſua inferiora?

S. Modis duobus, uidelicet differentia, modoque intrinſeco; differentia contrahuntur genera præcipue intermedia, & ſpecies ſpecialiſsima contrahitur per differentias indiuiduales; per modos autem intrinſecos contrahitur ens ad Deum. & ad decem prædicamenta.

H. Igitur tranſcendentia quæque cùm per modos iſtos intrinſecos contrahantur, uel quia genus non habent, ſiue ſub genere non ſunt, in potentia obiectiua proprie erunt?

S. Nimirum proprie erunt.

H. Textus habet, diuinas perſonas non idem eſſe ſubiective, eo quod in nulla potentiali realitate contrahibili conueniant, inſtare non ne quis poſſet quia perſonę diuinæ conueniunt in realitate diuinæ eſſentiæ, quæ contrahitur, ſiue determinatur per relationes, ut docuit. S. R. in quol. 4.

S. Docui in 5. diſt. primi quomodo eſſentia diuina non eſt in potentia, nec quaſi potentia, non ſubiectum, nec fundamentum, & relationes, dixi pariter non eſſe actus perficientes eſſentiam, ſed tantummodo actus determinantes perſonas; quare perſonas diuinas dixi, ſe totis ſubiectiue idem non eſſe.

H. Quare ſe totis ſubiectiue idem in textu habetur, & non idem?

S. Modus dicendi primus, quia reſpicit realitatem cõtrahibilem, quæ cùm non ſit ipſa eſſentia, ponit eas idem non eſſe ſubiectiue, modus uero dicendi ſecundus quoniam reſpicit conuenientiam perſonarum in una natura indiuidua, quæ eſt eſſentia, ideo idem eas ſe totis ſubiectiue eſſe fatentur.

H. Deum, creaturas, atque prædicamenta (ait S.R.) diſtincta eſſe ſe totis ſubiectiue, eo quod non habeãt realitatem (in qua conueniant) contrahibilem, licet in ente conueniant contrahibile per modos, & ſi non per differentias, nonne ſatius dictum fuiſſet, atque proprius diuerſa eſſe, quàm diſtincta:

S. Si non haberent in quo conuenirent, diuerſa eſſent dicenda, & non diſtincta at quia conueniunt in ente, ideo diſtincta illa eſſe nos diximus.

H. Dicitur, quòd propriæ differentiæ ſecundum modum ſecundum ſunt idem ſubiectiue, & in litera eadem habetur, quòd illa ſic ſe habent, quæ per modũ informantis, & informabilis cõueniunt in tertio, ſiue in aliquo, uel per identitatem realem, quo modo perſonæ diuinæ minime ſunt.

S. Non

S. Non ſunt quidem in eſſentia perſonę per modum in formantis, nam eſſentia ab eis informabilis non eſt, ſunt tamen in ea, in eaque conueniunt per identitatem realem.

H. Diſtinguntur ergo perſonæ, & idem ſunt ſe totis ſubiectiue ſecundum modum dicendi diuerſum;ſed nõne etiam duo, vel omnia indiuidua ſpeciei eiuſdem erunt hoc pacto idẽ ſe totis ſubiectiue,atq; diſtincta?

S. Eadem, atque diſtincta cõſiderantur eſſe pariter indiuidua etiam eiuſdem ſpeciei ſecundum uarium modum dicendi. Primus enim modus, qui ponit in realitate contrahibili,per differentias hanc identitatem, indiuidua conuenire hac conuenientia facit. Secundus vero modus, cùm uelit illa in ſuppoſito, uel indiuiduo exiſtente conuenire ea,quæ hac identitate ſunt idem, diſtincta fatetur indiuidua eſſe quæque, quoniam unum illorum eſſe nequit contrahibile, ſiue materia, & in potentia ad alium actum.

H. Quæ eſt ſpecies completa alicuius prædicamenti, quam innuit S. R?

S. Species ſpecialiſsima completa eſſe cenſetur, quia actuata conſideratur pre alijs uniuerſalibus cunctis, uel ideo dixi eam completam, quia perfecta dicitur eſſe, cùm omnia includat, quæ alia uniuerſalia inferunt, ſiue dicunt.

H. Mouens,& motum ſunt relatiue oppoſita de ſecundo modo relatiuorum, quæ ponit S. R. eſſe diſtincta ſubiectiue, & in 1. diſt. 3. q. 7. S. R. tenet, quòd intellectus poteſt eſſe mouens, & motus, & uoluntas

mouens, & mota. Tunc ſic; nihil a ſe ipſo diſtinguitur ſe totis ſubiectiue, ergo uel textus male habet, uel in loco præallegato poſitio non eſt ſana.

S. Quando mouens, & motum ſunt in eodem ſubiecto, eodem modo accepto ſe totius ſubiectiue diſtinguntur, quando autem modo diuerſo ſubiectum cōſideratur, non ſic ea diſtingui dicimus, ſicut eſt in propoſito, quoniam intellectus eſt mouens quatenus eſt in actu virtuali, eſt autem motus, ut eſt in potentia formali, quare non eſt inferendum, quòd vel a ſe, uel ſe totis ſubiectiue diſtinctum eſſe dicamus, ideoq; textus non inconſulte ponitur.

H. Paries, ſiue Sortes, & ſua albedo, an vere aliquo iſtorum duorum modorum dicendi ſint idem ſubiectiue, uel omnino diſtincta?

S. Modus dicendi ſecundus idem ea poſuit ſubiectiue, quoniam in re una eſt pars, ſiue realitas potentialis, & actualis: modus autem primus ea diſtincta prædicat, propterea, quia non habent realitatem nnam per differentias contrahibilem.

H. Quomodo ergò dixit S. R. hos duos modos non eſſe adinuicem oppugnantes?

S. Dixi ego probabilem eſſe vtrūque quatenus fundamenta ſua uterque retinet, & rationes aſsignat, & intuli non eſſe differentiam inter eos, niſi in modo utendi vocabulo. intelligas tu me intellexiſſe in modo utendi vocabulo, ideſt uterque eſt uerus, & probabilis in ſuo ſenſu, & eſt differentia non multiplex, ſed illa uidelicet, quam uox mutata realitatis infert, quę

modo

modo realitatem conſiderat contrahibilem, in qua conuenire debent ea, quæ ſe totis eadem ſunt ſubiectiue modo eãdem realitatem reſpicit in ſuo inferiori indiuiduo, vel ſuppoſito iam contracta.

H. An hæc ab Ariſt. ſint educta?

S. Sunt quidem, nam modus identitatis ſubiectiue ex 5. met. t. com. x. habitus eſt, cuius litera ea eſt. dicuntur etiam unum & ea, quorum genus unum, differens oppoſitis differentijs, atque hæc vniuerſa unũ propterea dici ſolent, & uoluit inferre ex his, idem eſſe ſubiectiue, quæ in genere uno conueniunt contrahibile per differentias: diſtinctio uero ſubiectiua iuxta modum primum in 5. met. t. com. 15. diuerſa vero ſpecie, quæ ſub eodẽ genere contenta non ita ſe habent, ut alterũ ſub altero collocetur, & quæ ſub eodẽ genere collocata differentiã habẽt, ubi habetur, ꝙ ſpecies ſub eodem genere contrahibili ſunt diſtinctę. Identitas autem ſubiectiua ſecundi modi habetur in 1. phys. t. com. 60. & 3. phys. t. co. 19. & 5. phy. t. com. 47. & 3. de anima t. com. 1. & etiam 2. de anima t. com. 147. in quibus locis habetur, quando realitates aliquorũ eſſe poſſunt eadẽ ſubiecto, & plura definitione; diſtinctio autem ſubiectiua ideſt quando aliqua non ſunt in eodem ſubiecto, nec unum ut forma, & reliquum ut materia, ſiue ut actus, & ut potentia non ſunt; & ex 5. met. t. com. 15. habetur. differentia dicunt quæcumque diuerſa ſunt aliquid idem entia, & non ſolum numero, ſed ſpeccie, & genere. Quare ponit Ariſt. reperiri, & eſſe illa diſtincta

ctanumero, quorum unum non eſt informabile, & reliquũ forma, ut ſunt ĩdiuidua ſpeciei ſpecialiſsimę.

H. Quomodo in 7. art. corellarium primum poſſet oſtendi, videlicet Deum, & creaturam ſe totis obiectiue idem eſſe?

S. Quia omnibus iſtis correſpondet communis unus conceptus entis uidelicet, qui quidditatiue de his omnibus prædicatur,

H. Quo modo ſecundum corellarium ueniret probandum, uidelicet paſsiones entis a ſe inuicem, & ab ente ſe totis obiectiue diſtingùi?

S. Quoniam ſi ens nõ prædicatur quidditatiue de eis, minus aliquod aliud prædicatum tale erit, quod de eis ualeat quidditatiue prædicari.

H. An aliquid aliud cadat in conſiderationem talium paſsionum?

S. Ita: paſsiones enim ſpecificæ tales eſſe dicuntur, ut de eis nihil quidditatiue ualeat prædicari, conceptus enim ſimpliciter ſimplices forte ſunt ueluti entis, ita & differentiæ ultimæ in hanc ueniunt partem.

H. Quot ſunt differentiæ ultimæ?

S. Duplices. aliæ ſunt ultimæ ultimitate ſpecificationis, quædam ſunt ultimæ ultimitate determinationis; primæ illæ dicuntur, quæ ſpecierum ſpecialiſſimarum ſunt, uel ſubalternarum, quæ ultimate ſpecificant, & determinant naturam generis; ultimatæ uero determinationis ſunt indiuiduales, quæ ultimo determinant naturam ſpeciei ſpecialiſsimæ.

H. De iſtis omnibus quarę nihil quidditatiue dicitur?

S. Quoniam

S. Quoniam primo diuerſa eſſe cenſentur, & ideo ſe totis ſubiectiue ueniunt diſtinguenda.

H. Quo in loco dixit Ariſt. differentiã non coincidere cum diuerſis?

S. In 5. meth. cap. de eodem, atque diuerſo, & 10. methap. tex. com. 12. primo diuerſa ſunt illa, quæ non ſunt aliquid idem ens, hoc eſt in nullo quidditatiue conueniunt.

H. Ergo alio modo a quidditatiuo conuenire quibunt?

S. Ita, denominatiue, uel per identitatem realem eo modo, quo genus de differentia prædicatur; illa autem apud Ariſt. differentia appellantur, quæ ſunt aliquid idem entia, & in aliquo quidditatiue conueniunt. ex quo ſequitur, quòd omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primo diuerſa, ſicut exemplificari poterit de Sorte, atque Platone, qui differentes ſunt, cum in aliquo conuenire dicantur, ut puta in homine, in animali, corpore; differunt autem per ſuas differentias indiuiduales, ſuasque echeitates, quæ cùm in nullo conuenire dicantur, primo eſſe diuerſa ea prædicamus eſſe.

H. Vnde ab Ariſt. iſta deſumenda uenient?

S. Identitas ſe totis obiectiua in 5. meth. t. com. 12. ubi dicitur, quòd illa, quæ ſunt idem genere, ſunt idem proportione; ideſt illa, quæ ſunt idem ſubiectiue, ſunt idem obiectiue, ſed illa, quæ ſunt idem proportione non ſunt omnia idem genere, ideſt illa, quæ ſunt idem obiectiue, non ſunt idem ſubiectiue, & genere, eſſe enim idem genere eſt eſſe idem ſubiectiue

quia

quia genus eſt realitas potentialis contrahibilis per differentias.

Diſtinctio uero obiectiua eſt in 7. meth. t. com. 4. & 17. ubi dicitur, quòd ſubiectum non prædicatur per ſe primo modo de paſsione, nec econtra, igitur non cõueniunt in aliqua realitate quidditatiue, ergo ſunt diſtincta obiectiue, & in 5. methap. t. com. 15. omnino diuerſum ipſum oppoſito modo eidem dicitur, & ideo diuerſa ſunt, quia in nullo qudditatiue conueniunt, & ita obiectiue diſtincta dicuntur.

LECTIO XXXV.

5. TExtus ultimi articuli principalis. Quantum ad ultimum articulum principalem pro complemẽto huius queſtionis, qui eſt illatiuus, & inueſtigatiuus identitatum, & diſtinctionum, Primo diuidendo in duas partes principales, ſic procedam. In prima parte dabitur modus uenandi diſtinctiones, & identitates. In ſecunda parte dabitur modus inferendi unam diſtinctionem, & identitatem ex alia. Quantum ad primam partem, primo incipiam a diſtinctione rationis, & pro ampliori declaratione notandum quòd diſtinctio rationis inueſtigatur propter diuerſas relationes attributas per actum rectum, uel comparatiuum intellectus eidem obiecto, uel diuerſis hoc modo; quia uel res realis comparatur ad rem realem, uel realitas ad realitatem, & hoc uel ad ſe ipli,

ſam, uel ad aliam in uno, & eodem obiecto formali, ut quando intellectus comparat colorem disgregatiuum in albedine, uel res rationis ad rem realem, ut quando intellectus comparat genus ad animal, & & e conuerſo, uel res rationis, ad rem rationis; ut quando intellectus comparat genus ad ſpeciem, & e conuerſo. Si primo modo uel res realis comparatur ad ſe ipſam, uel ad aliam; ſi ad ſe ipſam, uel comparatur ipſa ut intellecta ad ſe ipſam non intellectã; uel ad ſe ipſam, ut intellectam. Si ſecundo modo uel igitur comparatur ipſa res concepta ſub uno modo concipiendi ad ſe ipſam, uel ad aliam; uel ſub alio modo concipiendi. Si primo modo, uel igitur ſub modo concipiendi grammaticaliter, ut ſignificando aliquid in recto; uel in obliquo; uel logicaliter puta in concreto, uel in abſtracto, & ſic ſecundum diuerſas comparationes intellectus ad res eaſdem, uel diuerſas, oritur diſtinctio rationis.

Diſtinctio uero ex natura rei inueſtigatur per quatuor genera oppoſitionis. Primo per oppoſitionem relatiuam. Secundo per oppoſitionem contrariam. Tertio per oppoſitionem priuatiuam. Et quarto per oppoſitionem contradictoriam, ſic, quia impoſſibile eſt duo oppoſita ſiue relatiue, ſiue contrarie, ſiue priuatiue, ſiue contradictorie ſimul eidem reſpectu eiuſdem conuenire; & differre; ideo &c. Exemplum de oppoſitione relatiua, ut quia intellectus agens mouet intellectum poſsibilem, & intellectus poſſibilis mouetur ab intellectu agente; concludimus

mus ibidem eſſe diſtinctionem ex natura rei, exemplum de oppoſitione contradictoria,ut quia ſuperius eſt communicabile pluribus, inferius uero non ideo &c. exemplũ de oppoſitione priuatiua, uel quaſi priuatiue ut quia eſſentia Diuina eſt cõmunicabilis pluribus perſonis, paternitas uero incommunicabilis ideo &c.Exemplum de contraria oppoſitione,capiendo large contrarietatem,ut quia homo formaliter eſt ad ſe,dependentia qua dependet ad Deum formaliter eſt ad aliud; ideo &c.

Diſtinctio autem formalis facilis eſt ad inueſtigandum;dummodo extrema ſint poſitiua, tamen quadruplici modo poteſt inueſtigari.

Primo per uiam excluſionis, omnia enim, quæ ſic ſe habent, quòd unum non eſt de conceptu quidditatiuo alterius Illa formaliter diſtinguntur.

Secundo per uiam definitionis ſic, quæcumque enim habent diſtinctas definitiones, quarum una nõ includitur in alia; illa formaliter diſtinguntur.

Tertio per uiam deſcriptionis ſic. Quorum deſcriptiones ſunt diuerſæ;illa formaliter diſtinguntur, intelligendo per deſcriptionem, manifeſtationem conſtitutam ex genere,& propria paſsione.

Quarto per uiam demonſtrationis ſic; Quandocunque aliquid eſt demonſtrabile de aliquo, & de alio non, illa ſunt diſtincta formaliter.

Poteſt tamen addi quinta per uiam uidelicet reduplicationis ſecundum Franciſcum ſic, quãdo aliquid competit alicui in quantum tale, & non alij, ſicut ui

uere

uere competit homini inquantum homo, & non lapidi, illa formaliter diſtinguntur. (gari.

Diſtinctio vero realis quadrupliciter poterit inueſti

Primo per viam generationis ſic, quorum unũ generatur alio non generato, illa diſtinguntur realiter.

Secundo per viam corruptionis.

Tertio per viam originis.

Quarto per viã ſeparatæ exiſtentiæ, uel ſubſiſtẽtiæ.

Diſtinctio aũt eſſentialis quadruplici uia inueſtigat.

Primo per viam generationis.

Secundo per viam corruptionis

Tertio per viam ſeparationis.

Quarto per viam dependentiæ.

Diſtinctio tamen ſe totis ſubiectiue, per uiam actualis ſeparationis poterit inueſtigari iſto modo; quando aliqua actualiter ſecundum eſſe exiſtentiæ, uel ſubſiſtentiæ ſeparãtur ab inuicem, illa ſe totis ſubiectiue diſtinguntur.

Diſtinctio vero ſe totis obiectiue ſic inueſtigatur; quæ in nullo quidditatiue conueniunt, illa ſunt ſe totis obiectiue diſtincta, ex quibus ſequitur, quòd idẽtitas iſtorum per oppoſitum eorum, quæ dicta ſunt de diſtinctionibus, poterit inueſtigari.

Propone ergo tu ſi qua in parte dubitas.

H. Fundamenta venandi diſtinctionem rationis te aperire percupio.

S. Primum fundamentum tale erit, quòd uenatur diſtinctio rationis per diuerſas relationes rationis attributas alicui obiecto per actum rectum; idque erit,

quando obiectum eſt ex natura rei, & habet eſſe cognitum, & inter intellectum cognoſcentem,& obiectum cognitum relatio erit, & vocatur rationis,quia obiectum tale habet eſſe cognitum, ſiue quia cognoſcitur per intellectum, qui eſt ratio.

Secundum fundamentum ſit, relatio rationis attributa per actum collatiuum ĩtellectus alicui obiecto, vel pluribus ex natura rei ſic cognitis.

Tertium fundamentum fabricandi diſtinctionem rationis eſt relatio, & comparatio facta per intellectũ inter rem realem, & rem rationis.

Quartum eſt relatio,ſiue comparatio facta inter duas ſecundas intentiones, uel in una, & eadem.

Quintum eſt comparatio intellectus inter modum vnum, uel plures ſignificandi grammaticaliter.

Sextum eſt comparatio inter rem realem, & nihil, ut contradictio.

Septimum, comparatio inter ens in actu, & ut habet eſſe cognitum, & ſic in potentia.

Octauum,relatio, quæ non habet omnes conditiones relationis realis.

H. De primo fundamẽto id dicã; quomodo obiectũ ab ĩtellectu diſtĩguitᶠ ratione,cũ ex natura rei cõſurgat, & ſic realis,& eſsẽtialis uideatur talis eſſe diſtinctio?

S. Quatenus obiectum habet eſſe cognitum,non niſi a ratione eſſe illud habet non conferente, ſed recto actu ſuo cognoſcente.

H. In ſecundo fundamento, homo, & aſinus ratione igitur diſtinguntur.

S. Non

S. Non ratione homo, & aſinns diſtinguntur; ſed homo, & aſinus comparati adinuicem, & ut habent eſſe cognitum, ſicut res realis ad rem realem dum comparatur in eſſe cognito, ratione diſtinguntur.

H. Quomodo vna realitas alteri realitati cognitę ī eodem obiecto comparantur?

S. Albedo, & ſua disgregatio, uel eſſe digregatiuū ipſius.

H. Quomodo cōparatur realitas ſibi ipſi, ut illa a ſe ipſa dicatur eſſe diſtincta?

S. Vt animalitas poſita in ſubiecto a ſe ipſa poſita in prædicato ratione diſtinguitur.

H. Quomodo res realis, ut habet eſſe cognitum ad ſe ipſam poterit comparari?

S. Vt homo quatenus eſſe cognitum habet a ſe diſtinguitur; quatenus eſſe cognito caret.

H. Ad fundamentum tertium dicat S.R. quomodo cō paratur res rationis ad rem realem?

S. Quando ambo ſunt cognita, & ad inuicem compa rata, ut genus, & animal.

H. In quarto fundamento, dū duæ intentiones ſecundæ cōparantur adinuicē; quomodo fiet cōparatio iſta?

S. Duo obiecta ſub modis diuerſis dum tu ipſe conſide rabis ad inuicem, ut homo inquantum eſt ſpecies, & animal in quantum eſt genus, erunt hoc pacto diſtincta, vel una ſecuuda intentio a parte ſubiecti poſita a ſe ipſa diſtinguitur, ut in prædicato conſideratur. Item duas ſecundas intentiones ut genus, & ſpecies, uel idem ſumptum per modum concreti, & per modum abſtracti, ut homo, & humanitas, & de-

mum eadem res realis a ſe ipſa diſtinguitur,ut in ſubiecto, & ut in prædicato.

H. In quinto fundamento quomodo modi grammaticales diſtinguntur?

S. Nomen, & uerbum, Plato,ut eſt nominatiuus, & idem ut eſt genitiuus.

H. De ſexto fundamento ens,& nihil, ratione ueniunt diſtinguenda?

S. Ita, & duo contradictoria pariter ratione diſtingui fatemur.

H. Quare in ſecundo fundamento diſtinguntur ratione ens reale, & cognitum?

S. Quia diſtinctio realis eſt relatio realis,quę realia requirit extrema, & exiſtentia, cùm igitur alterum extremum non habeat tale eſſe,cùm ſolummodo habeat per intellectum,ratione diſtincta eſſe docemus.

H. Det S.R. exemplum, quo inſtruamur in octauo aſſignato fundamento, quonam pacto diſtinctio realis careat ſuis conditionibus requiſitis,ut inferat non realem, ſed rationis diſtinctionem.

S. Tres conditiones in textu articuli huius de reali diſtinctione,& identitate, habitæ ſunt, inter quas illa eſt, ut extrema nedum realia ſint, ſed quòd habeant aliam,& aliam realitatem, & quòd formaliter poſitiua ſint, & ſint actualis exiſtentię, uel ſubſiſtentiæ, Cùm relatio igitur realis debeat conſurgere ex natura rei, & comparatio,quæ fit inter Deum,& creaturam,ut in Deo ſit fundamentaliter,& in creatura terminatiue, non conſurgit ex natura rei,ſed operante in

te intellectu; Deus hoc pacto a creatura ratione erit diſtinctus, quia in Deo non fundatur relatio realis, ſiue diſtinctio realis, quæ terminatur ad creaturas.

H. Diſtinctio rationis an ab Ariſt. habita ſit?

S. In primo articulo minus prĩcipali id depoſui, dictũ etenim eſt ibi, quo modo omne ens rationis, & ſic om nis talis diſtinctio per intellectum, qui eſt ratio, cau ſatur. Inſuper dico quòd in 3. de anima. t. co. 18. dicitur, quòd intellectus eſt omnia facere, & omnia comparare per actum ſuum, & dictas omnes diſtinctiones ex conſequenti cauſare, cuius diſtinctionis ra tionis octo genera eſſe ponit iuxta octo principia ſuperius aſſignata, & plura etiam aſſignanda uenirent; licet in textu quinque modos, & ſuperius octo ſolum modo aſsignauerim. In textu quia ſufficiunt illi, ſupe rius uero, quia occaſionem, dicendi ſubminiſtraſti.

H. Diſtĩctio ex natura rei, quæ quatuor modis cogno ſcitur, ubi ab Ariſt ponitur?

S. In quinto Top. c.7. ubi ponit omnes iſtos quatuor locos ex oppoſitis ad demonſtrandũ aliqua eſſe diſtincta, ut ſi aliquis eſt cæcus, ergo eſt non uidens, ſi aliquis eſt ſanus, ergo eſt non æger, ſi aliquis eſt pater ergo non eſt filius, & ſi de aliquo dicitur eſſe, ergo ab eo remouetur non eſſe, qui loci ſufficientes ſunt ad inueſtigandam diſtinctionem ex natura rei.

H. Diſtinctio formalis, quæ fit quatuor modis ſiue cognoſcitur an habeatur ab eo aliquo in loco?

S. Ita, Primus modus inueſtigatur uia excluſionis, ut quæ ſic ſe habent, quòd unum non eſt de conceptu

quidditatiuo alterius formaliter diſtinguntur habetur hoc in 3.phiſ.t. co. 54. eadem eſt diſtantia a ſurſum in deorſum, & e contra,ſed non eſt idem diſtare, ergo diſtare habet aliud, & aliud eſſe quidditatiuũ, propter diuerſos terminos; & tamen eſt idem diſtare realiter; & cùm diſtare ſurſum definiatur alio modo a diſtare deorſum, habebunt quodquid erat alterum, & alterum diſtincta,ergo unum non eſt de conceptu quidditatiuo alterius, & ſic ſunt diſtincta non realiter, cùm eadem ſit diſtantia;ergo formaliter propter modos diuerſos conſiderandi, & uia dicitur excluſionis; uia autem diuerſarum definitionum, & uia diuerſarum deſcriptionum in libro Topi. inueniuntur ab Ariſto. aſſignatæ, alia autem, quæ quarta dr̃ via per diuerſas demonſtrationes in primo Poſter. t.c.6.& 15 ubi uult,quòd demonſtrationes uarientur per media diuerſa, & ubi ſunt alia, & alia media, diuerſæ ſunt formalitates; quare ſi aliquid per unum medium demonſtrabile eſt de aliquo, & aliud per aliud medium de alio; illa,de quibus iſta demonſtrantur, formaliter diſtinguntur. Idemque infertur quòd ſi unum demonſtratur de aliquo, quod non de alio demonſtretur; iſta formaliter diſtinguntur; ultimo in loco per uiam reduplicationis inueſtigatur diſtinctio hæc formalis, quæ ponitur ab Ariſto. in primo Prio. c. 37. Quo in loco dicitur, quòd finis reduplicationis eſt, ut notetur cauſa inherentiæ prædicati ad ſubiectum, ut homo eſt animal inquantum homo; ſi accipiantur igitur duo, & uni compe-

cat aliquod prædicatum per notam reduplicationis, quæ dicit cauſam inhærentiæ prædicati ad ſubiectum & alteri tale non conuaniat prædicatum, in quo ponetur cauſa, propter quam tale prædicatum couenire debeat, illa formaliter diſtinguntur; quoniam de his habere poſſumus aliam, & aliam conceptibilitatẽ ut homo inquantum homo eſt animal, & homo inquantum homo eſt lapis.

H. Diſtinctio realis eſt ne aſſignata in Doctrina Ariſtotelica?

S. Eſt quidem aſsignata ea ſcilicet uia, quæ dicitur generationis, ut ſi unum generatur, alio non genito, illa realiter diſtinguntur. Secundo ſi unum non corrumpitur, alio iam corrupto, pariter id infertur. Tertio uia eſt ſeparatæ exiſtentiæ, uel ſubſiſtentiæ, iſtæ tres uiæ habentur ab Ariſt. in principio illo, quo uult, quòd contradictio ſit uia ad concludendum diuerſitatem entium, ut docui in prima di. 2. quia de quolibet dicitur eſſe, vel non eſſe & de nullo ambo ſimul; ſi ergo dicitur de uno, quòd generetur, & de altero, quòd non generetur, ſed remouetur generatio ab eo, licet ĩferre illa eſſe hac reali diſtinctione diſtincta; alia, quæ uia dicitur originis, quoniam nihil ſeipſum generat, ponitur 2. de anima t.com. 47. ubi dicitur iamdictum, & prælibatum principium, nihil ſeipſum generat, ſed conſeruat ſe ipſum, idem habetur a Com. loco eodem.

S. Dicat S.R. eſſentialis diſtinctio, an cum alijs iam dictis ſit Ariſtotelis?

S. Eſt utique nam uia generationis, uia corruptionis, & tertia uia ſeparatæ eſſentiæ, habentur in 7. top. cap. 9. ubi dicitur, quòd propoſitio faciliter deſtrui tur per contradictionem inuentam in ipſa, ut docui in prima di. 2. quod ſi unum generetur, & aliud non; aut ſi unum corrumpatur, & aliud non &c. illa hac di ſtinctione diſtinguntur.

H. Sortes, & Plato cùm ambo ſint; an hac diſtinctione ueniant diſtinguendi?

S. Ita. Eſſentialiter numeraliter non autem eſſentialiter ſpecifice.

H. Sequatur S.R. uiam declarando dependentiæ.

S. Via quarta, quæ dependentiæ dicitur confirmatur ab Ariſto. in 2. Metaph. ubi dicitur, quòd ex primo principio dependet cælum, & natura, ſed dependens quod eſt Cælum, & natura eſſentialiter diſtinguntur ſecùndum Ariſtot. quia cauſa, & cauſatum eſſentialiter diſtinguntur ergo &c.

H. Quid de diſtinctione ſe totis ſubiectiua?

S. Via actualis ſeparationis inueſtigatur, quādo uidelicet aliqua actualiter ſeparātur, cōfirmatur in 4. Phiſ. ab Ariſtot. qui ad probandum locum eſſe aliud a locato dixit; Quia idem locus manet cum diuerſis locatis; ita quòd locatum, & locus ſeparantur, propterea ſunt diſtincta; Idēque habetur in primo de genera tione & 5. 7. & 12. met. t.c. 3. ergo ſecundū eum ſe paratio actualis exiſtentiæ concludit diſtinctionem locati, & loci, & ſimilium, quæ ſubiectiue diſtinguntur ſaltem ſecundum modum dicendi primum.

H. Dicat

H. Dicat S. R. uerbum in diſtinctione ſe totis obiectiue.

S. Diſtinctio ſe totis obiectiue inueſtigatur hac uia pro ut in nullo quidditatiuæ conueniunt, quæ uia ab Ariſtot. confirmatur primo poſt. t. co. 35. ubi dicit, quòd prædicationes per ſe non conuertuntur, itaque ſi prædicatum dicatur de ſubiecto per ſe, non econtra ſubiectum dicetur de prædicato per ſe, ſed per accidens, ergo ſi iſta eſt per ſe ſecundo modo, ens eſt unum, hæc tñ nullo modo per ſe erit; unum eſt ens; ſed quaſi per accidens, ergo unum, & ens, nõ conueniunt in aliquo quidditatiue, ergo ſunt ſe totis obiectiue diſtincta.

H. In primo articulo de diſtinctione rationis eſt S. R. loquuta abunde ſatis, at quæ in iſto articulo ponuntur uidentur non conuenire his, quæ ibi poſita ſunt, quoniam hic per actum rectum, ibi per collatiuum ponitur fieri relatio rationis.

S. Scias me in loco illo proprie eſſe loquutum de relatione rationis, quæ fit per duas ſecundas intentiones, hic autem de via cùm eſſem loquuturus inueſtigandi diſtinctionem illam, oportuit me loqui de ea re largius, ideo relatio rationis erit inter rem realem cognitam, ad aliam cognitam comparatam, vel ad ſe, vel ad ſuas realitates, vel illarum ad inuicem, non proprie etiam ſi ſint per collatiuum actum, ſed impropriæ, & largo modo, & diſtincta extrema ſic cõparata, vel intellecta ratione dicuntur ex eo, quia ex natura rei tale eſſe non habent, ſed per rationem, & intelle-

intellectum.

H. Dixit S. R. quòd poterit comparari res intellecta ſibi non intellectæ, & ſic diſtinguitur ratione a ſe, quo modo id fieri quibit, vt comparem rem alteri rei, & quòd rem ipſe non intelligam illam? quomodo inquam comparatio fieri aliquãdo poterit inter aliqua duo altero ignorato?

S. Non infertur, quòd res non debeat intelligi, quæ comparari alteri debet, & illa pariter, cui hęc comparetur, ſed quia duo in re ſunt eſſe, & eſſe intellectum, intellectus unum poteſt ab alio ſeparare, & conſiderare non rem de facto, ſed rem quatenus modo eſſe cognitum habet, & modo vt caret illo, ſiue ſine eo; licet ut eſſe non careat cognito, ideſt cognoſcitur; ſed conſideratur ſine cognitione illa.

H. Quomodo idem intellectus mouens, & motus poterit eſſe, cùm ſit eadem res, ut dixit S. R. de intellectu agenti, & poſsibili?

S. Eadem res cùm ſit in actu virtuali, & in potentia formali, bene poterit ſic mouens, & mota eſſe, & ſic diſtingui a ſe ex natura rei, quare intellectus mouens dicitur agens, ut eſt in actu virtuali, & motus intellectus poſsibilis, ut eſt in potentia, quare intellectus idem ſe intelligendo eſt mouens, & motus, ſed non reſpectu eiuſdem (vt dixi.)

H. An omnes teneant intellectum agentem, & poſsilem idem eſſe realiter, ſiue unicam eſſe rem?

S. Minime, quoniam Auerroiſtæ nonnulli tenent intellectum agentem Deum eſſe, & iſte fuit Alexander

ſecundum

ſecundum Themiſtium, & iſti tenent intellectum poſſibilem eſſe intellectum agentem, & nobis aſsiſtere, & tales non tenent intellectum agentem, & poſsibilem rem eſſe eandem, ſed diſtingui realiter. Alij autem Auerroiſtæ voluerunt de mente illius tenere intellectum agentem, & poſsibilem eſſe duas intelligentias aſsiſtentes ſpeciei humanæ, & ſic diſtinctas realiter. Et huius opinionis fuit olim Ioannes e Gādauo. Alij vero ſecundum eandem viam dixerunt eſſe duas partes eſſentiales unius eſſentiæ, ſcilicet animæ intellectiue, & iſti dicunt realiter idem eſſe intellectum agentem cum poſsibili; contra quam opinionem ſi hi, qui tenent, quòd diſtinguantur realiter, venirent dicentes; quomodo ſi eſt res eadem poteſt eſſe mouens, & mota, dum intellectus agens intelligit ſe, & poſsibilis recipit, & ſic intellectus efficitur? iam eſt reſponſum, quòd non inconuenit eandem rem diſtingui a ſe ex natura rei, uel formaliter propter diuerſas formalitates in re eadem repertas.

H. Sed quomodo ſoluetur queſtio, quæ fiet non de intellectu agente, & poſsibili ſed de intellectu poſsibili quando ſe ipſum intelliget? quomodo eſſe poterit mouens & motus? cùm iſta relatio ſit realis non poterit fundari niſi in entibus realiter diſtinctis; non igitur ex natura rei, ſed formaliter erit.

S. Licet diſtinctio illa ſit relatio realis, non oportet tamen, quòd extrema realia ſint diſtincta realiter, aut ex natura rei, aut fomaliter, ſed ſufficit, quòd ſupponat vnum realiter diſtinctum ab eis, & iſtud eſt in-

tellectio

tellectio, quæ eſt vnum accidens, diſtinctaque realiter ab intellectu poſsibili. Vel dicas, quòd intellectus poſsibilis quando eſt mouens, & motus præſupponit motum a ſe diſtinctum. Vel dicas, quòd non omnis relatio realis requirit extrema realiter diſtincta formaliter, vel ex natura rei, ſed ſolum relatio primi modi, non autem ſecundi modi: hoc ego dixi in 31. diſt. primi; quòd ſcilicet relatio realis non requirit extrema realiter diſtincta, ſed, quòd ſufficit habere extrema realiter diſtincta; quare ſi intellectus poſsibilis ſit intelligens, & intellectus, non propterea erit a ſe diſtinctus, ſicut agens & poſsibilis, ſed a ſua intellectione ſiue motu.

H. Dixit S. T. quòd illa, quæ habent diuerſas definitiones ſunt diſtincta formaliter, cùm igitur definitio hominis nõ uideatur alia a definitione animalis, cùm includatur definitio animalis in definitione hominis, animal enim rationale includit ſubſtãtiam animatam ſenſibilem, quæ eſt definitio hominis, non videtur ſane, ſiue conſulte dictum.

S. Dicas definitionem bifariam ſumi poſſe, uno modo quando una definitio alicuius non includit alterius definitionem, illa duo inferuntur eſſe diſtincta formaliter.

H. Illa ſunt diſtincta formaliter, quæ habent diuerſas deſcriptiones, Sortes ſic deſcribitur, Sortes eſt homo riſibilis, homo vero, quòd eſt animal riſibile, & Sortes & homo ſunt idem formaliter, cùm tamen habeant diuerſas deſcriptiones, quomodo ergo ualet

diuerſitas

diuerſitas deſcriptionum ad inferēdam diſtinctionem formalem?

S. Dixi illa eſſe diſtincta formaliter, quæ habent diuerſas deſcriptiones conſtitutas ex genere, & proprio: modo, illæ iam tactæ deſcriptiones non ſunt huiuſmodi, quia deſcriptio hominis conſtat ex genere, & proprio; Sortis autem ex ſpecie, & proprio, ideo non ſequitur, quòd Sortes, & homo ſint hac diſtinctione diſtincti?

H. An ex quo cùm genere & paſsione ſit, inferatur diſtinctio talis?

S. Nequaquam, ſed quando vnum non includit in ſe aliud, quia iſta homo eſt animal corporeum riſibile, & homo eſt ſubſtantia animata flebilis ſunt diuerſæ deſcriptiones, & inferunt, quòd homo a ſe formaliter ſit diſtinctus; id autem prouenit, quia homo diuerſas paſsiones habet, ideo non licet arguere diſtinctionem hāc ex quacumque paſsione, ſed ex illa, quę aliā nō continet, vel non continetur ab alia; ſicut riſibile flebile continet; id autem fiet, quando res diuerſa genera, & diſtincta habebunt, tunc ex illis diſtinctio hæc infertur.

H. Dixit S. R. quòd reduplicatio via eſt ad inueſtigandam diſtinctionem formalem, ſed tunc ſequi uidetur, quòd homo, & animal diſtinguantur formaliter, ſic, homo inquantum homo eſt riſibilis, & animal non eſt riſibile inquantum animal, ergo ſequitur, quòd homo, & animal formaliter diſtinguantur.

S. Dicas, quòd illa regula potius ualet ad cognoſcendum,

dum,

dam, & inferendam diſtinctionem ex natura rei, quàm formalem.

H. Quando aliqua ſeparantur ab inuicem, an regula ſit ad cognoſcendum diſtinctionem ſe totis ſubiectiue ſecundum omnem modum diſtinctionis illius?

S. Minime, ſed tantummodo iuxta modum dicendi ſecundum.

H. An ſit aliqua differẽtia inter diſtinctionem realem, & eſſentialem?

S. Eſt (vt diximus) tamquam inter ſuperius, & inferius; quia omnis diſtinctio eſſentialis eſt realis, & non econtra propter ea, quæ in diuinis conſideranda ueniunt, eſt inſuper in diſtinctione eſſentiali requiſitum, ut a formali, & reali ſit nota, & differat per alietatem quidditatum & exiſtentiarum, vel ſubſiſtentiarum, & ſic quod ſit inter quidditates exiſtentes, vel ſubſiſtentes.

H. Identitas per oppoſitum dixit Sua R. eorum, quæ dicta ſunt de diſtinctionibus: inferri poterit, an in omnibus id ſequatur?

S. Nequaquam, ſed in illis, in quibus hæc, & illa conueniunt; exempli gratia accipiatur diſtinctio realis, aut eſſentialis, iſtę inueſtigantũr per uiam generationis, & corruptionis, & ſeparatæ exiſtentiæ ſic, pater, & filius diſtinguntur realiter, quia quando unum corrumpitur, aliud non corrumpitur, id falſum erit in diuinis; quia neutrum corrumpitur, & tamen realiter ibi diſtinctio remanet; quare tot ſunt uiæ ad uenandam identitatem, quot ſunt ad uenandam diſtinctionem,

ctionem, ſi iſtæ uiæ poſſunt alicui cōuenire, ualebunt, cuius videlicet inueſtigetur identitas, & diſtinctio, ſimiliter dicatur de intellectu agenti, & poſsibili, qui ſunt idem realiter, ergo quando generatur unus, & alius generatur; & quando corrumpitur unus, corrumpitur alius, quod eſt falſum; quoniam non ſunt generabiles neque corruptibiles, intelliguntur ergo uiæ de his, quibus competere poſſunt, ſiue de his, quibus non repugnant, & ut in pluribus.

H. Videtur, quòd illa, quę ſe totis obiectiue ſunt idem, ſint idem eſſentialiter ſecundum alterum modorum de identitate, patet quia homo, & ſua albedo ſunt idem obiectiue; quia ens de eis quidditatiue prædicatur, & cùm ſint unum per modum informabilis, & & unum per modum informantis dicuntur eſſe idem etiam eſſentialiter, ſimiliter ea, quæ ſunt idem obiectiue ſunt idem formaliter, Deus enim, & creatura ſunt idem obiectiue, & idem formaliter pariter, quia Deus, & creatura includunt in primo modo ens.

S. Hoc modo omnes identitates ad duas reduci poſſent ad realem uidelicet, & rationis ſubiectiue, non tamen terminatiue, & fundamentaliter, ideſt ſubiecta omnium identitatum, & diſtinctionum poſſent eſſe duo, aut unum, ſed termini ſunt multi, & tot ſunt termini, quot ſunt diſtinctiones; & quia termini ſeptem modis accipiuntur, ideo ſeptem identitates ſunt & fundamentaliter ideſt unum poſſet eſſe ſubiectum, uel duo omnium diſtinctionum realium, tamen fundamenta diuerſa eſſe oportet, quia per aliud fundamentum.

mentum, & per aliam rationem Sortes eſt ſubiectum identitatis realis; & per aliud fundamentum, & rationem eſt ſubiectum diſtinctionis formalis; ideo dico, quòd identitas eſſentialis non eſt identitas obiectiua, & licet homo, & albedo ſint idem eſſentialiter, & obiectiue ratione ſubiecti; quia idem ſubiectum eſt utriuſque identitatis tamen fundamentum idem non eſt, ſiue fundamentaliter conſiderata, per fundamenta enim aliud idem ſunt obiectiue, quia in prædicato quidditatiuo conueniunt, ideſt in ente, & per aliud ſunt idem eſſentialiter, quia unum ſe habet per modum informabilis, & aliud per modum informantis, & identitas, quæ eſt in homine, ut terminatur ad albedinem, eſt obiectiua; quia includunt ambo prædicatum quidditatiuum; ſed identitas, quæ fundatur in homine, & terminatur ad animal, eſt formalis; quia animal eſt alius terminus, & ſic uariantur iſta ratione termini, & non ratione ſubiecti; cùm autem dicis Deum, & creaturam eſſe idem formaliter; id eſſet probandum, bene cum ente ſunt idem formaliter, non autem inter ſe.

LECTIO XXXVI.

S. QVantum ad ſecundam huius articuli partem is textus eſt repetendus. Primo inueſtigemus modum inferendi unam identitatem ex alia. Secundario unam diſtinctionem ex alia. Quantum ad primũ pono

pono duas concluſiones, quarum prima eſt iſta; quòd minima identitas eſt identitas ſe totis obiectiue: quia ab omnibus infertur, & ipſa nullam aliam infert. Secunda concluſio, quòd maxima identitas eſt identitas rationis; quia omnes alias infert, & non e conuerſo; poſt iſtam eſt identitas ex natura rei, quæ omnes alias ſequentes infert, & non e conuerſo; ſimiliter dico de identitate formali in rebus non compoſitis ex re, & re, capiendo proprie identitatem formalem; ita quod ſemper maior identitas infert minorem in talibus rebus, in rebus autem compoſitis ex re, & re, identitas formalis non infert alias identitates; materia enim, & forma ſunt eadem formaliter compoſita, cùm ſint de ſua definitione ſecundum Philoſophum, & Metaph. et tamen diſtinguntur realiter ab eodem. Identitas autē realis infert identitatē eſſentialem, & etiam identitatem ſubiectiuā ſm̄ ſecundū modum dicendi de identitate ſubiectiua, nō tamē ſecundum primum, nec infert etiam identitatem obiectiuam, nec ſecundum primum, nec ſm̄ ſecundum modum dicendi; potentiæ enim animæ, ſeu paſſiones entis ſunt eædem realiter inter ſe, & eſſentialiter, & tamen diſtinguntur ſe totis obiectiue, cùm in nullo quidditatiue conueniant; & ſi detur, quòd conueniant, ſaltem ego ueniam ad primo diuerſa, per quæ iſtæ potentiæ animæ differunt, & iſta erunt diſtincta ſe totis obiectiue, non realiter. Et breuiter non poſſum uidere, quomodo una identitas per bonam conſequentiam poſſet inferre omnes alias identitates, li-

cet aliquæ aliquas inferant (ut dictum eſt.)

Quantùm ad ſecundum de modo inferendi unam diſtinctionem ex alia, pono iſtã concluſioné; quòd maior diſtinctio infert minorem, tamen non uideo iudicio meo, qualiter una diſtinctio per bonam conſequentiam poſſet omnes alias diſtinctiones inferre (licet aliquæ aliquas inferant) Minima tamen uidetur eſſe diſtinctio rationis; quia ab omnibus infertur, quod declaro ſic, duæ potentiæ animæ diſtinguntur ſe totis obiectiue, eodem modo, quo dictum eſt, & tamen non diſtinguntur ſe totis ſubiectiue ſecundum ſecundam opinionem ſuperius recitatam de diſtinctione ſubiectiua, nec etiam infert diſtinctionem realem ſecundum omnes formalizantes, nec eſſentialem, materia etiam, & forma diſtinguntur realiter a compoſito, & tamen non formaliter (ut iam dictum eſt) Iſta mihi uidentur uera (licet multi formalizantes dicant oppoſitum) ſoluant tamen difficultates ibi tactas, uidelicet de potentijs animæ ſe totis obiectiue diſtinctis, & tamen non realiter, nec eſſentialiter, quæ etiam ſunt eædem realiter non tamen obiectiue, etiam de materia, & forma, quæ ſunt eædem formaliter cum compoſito, & tamen non realiter, imo diſtinguntur realiter; Nec umquam ego ordinaui illas conſequentias, ſiue illationes, nec etiam habent aliquam rationem conuenientem; ideo eadem facilitate, qua ſic affirmantur, & ordinantur, deſtruuntur, & hæc de corpore quæſtionis.

Tuum igitur dubitare erit, atque proponere, quæ dilu-

dilucidari deſideras.

H. Identitas formalis, quòd omnes alias inferat dixit S.R. in rebus non compoſitis ex re, & re, capiendo identitatem formalem proprie, igitur modis diuerſis uidetur conſideranda formalis identitas?

S. Duobus modis formalizantes hanc formalem identitatem conſiderant, proprio uidelicet modo, atque improprio; Illa autem proprie dicitur formalis identitas, quæ inter illa conſideratur, quorum unum includit aliud in ſuo conceptu quidditatiuo formali, & in primo modo dicendi per ſe; quæ autem largò improprioque modo apellatur, ea eſt, quæ inter aliqua reperitur, quæ conueniunt in aliqua quidditate, & formalitate, quæ identitas potius dicitur in formalitate, & quidditate, quàm identitas formalis.

H. In primo modo Sortes, & Plato ſunt ne formaliter idem?

S. Minime; quoniam unum alium non includit in ſuo formali, & quidditatiuo conceptu, quia uero in tertio dicuntur conuenire ambo, dicimus large formaliter eſſe idem, & ſic ſecundo modo.

H. Sortes autem, & homo an idem dicatur eſſe formaliter?

S. Vtique, quoniam Sortes hominem in ſuo quidditatiuo conceptu includit.

H. Iſta ergo ſic conſideratio impropria an omnes alias identitates inferat?

S. Omnes utique, quoniam Sortes, & homo ſunt idem formaliter, ergo realiter, ergo eſſentialiter, ergo ſubiectiue

iectiue, & demum idem obiectiue. Non autem impropria acceptio identitatis alias infert, cùm Sortes & Plato ſint idem formaliter, non tamen realiter, nec eſſentialiter, licet ſubiectiue, & obiectiue ſint idem ſecundum aliquem modum, non autem ſecundum omnem modum ſubiectiue, quia non niſi ſecundum primum modum dicendi.

H. Quo modo identitas formalis non infert alias identitates dempta ea, quæ ex re, & re, ortum habet?

S. Quia totum ex re, & re componitur, & idem formaliter cum ſuis dicitur eſſe partibus, cùm materia, & forma idem formaliter ſint compoſito, & nihilominus realiter a partibus dicitur eſſe diſtinctum, formaliter uero partes dicuntur idem cum ſuo toto eſſe, quoniam de definitione illius exiſtunt.

H. Quid igitur dicendum foret ad hoc, quòd conſequẽtia ualeret in omnibus, quòd uidelicet identitas formalis alias inferret omnes?

S. Vel, quòd totum non diſtinguitur realiter a partibus, uel quòd ex natura ſua totum diſtinguitur a partibus.

H. Diſtinctio totius a partibus ubi fundatur, atque terminatur?

S. Scias eſſe extrinſecam denominationem, uidelicet totum non diſtinguitur realiter a partibus, ut realiter diſtinctio fundetur in toto, & ſit in eo formaliter, ſed totum terminatiue, extrinſece, & determinatiue; quia diſtinctio realis in partibus eſt formaliter, & ſubiectiue, ſed in toto extrinſece, & denominatiue

tantum

tantum, quare dicendum foret, quòd totum licet de natura rei dicatur diſtingui realiter a partibus ſuis, non tamen realiter fundamentaliter, (ut uiſum eſt) & ſic ad hunc ſenſum ualeret in omnibus conſequentia, quia non reperitur inſtantia in aliquo.

H. Qui igitur tenere uellet hanc mentem, oporteret dicere, non quòd totum a partibus; ſed, quòd partes a toto diſtinguntur; ſed quo modo ualeret argumentatio, S. R. in Commentatorem?

S. Valeret quidem, dum tu dicere uelles, me tenere totum realiter ſuis eſſe partibus, diſtinctas uerumtamen eſſe a toto partes, Cõmentator autem cõtrariũ probare nititur, quòd totum uidelicet cum partibus ſuis ſit realiter idẽ, & cũ toto ipſius partes, ideoq; dico ualere diſputationẽ meã cõtra eũ, quia ipſe probo partes a ſuo toto diſtingui realiter, ipſe uero, quòd idẽ ſint.

H. Si totum ſine partibus eſſe nequit, & corruptis illis non maneat, totum neque eo corrupto partes perſiſtere poterunt; Quo modo unum ab alio, uel aliud ab uno diſtingui poterit?

S. Tene, & doce totum a partibus, & partes a toto realiter eſſe diſtinctas, quoniam cauſam, & effectum hac diſtinctione diſtincta eſſe oportet; quòd autem eſſe, uel ſtare non ualeat unum ſine reliquo, prouenit, quia unum includit aliud in primo modo dicendi per ſe.

H. Homo eſt ne idem formaliter partibus ſuis?

S. Si de partibus phiſicis ſiat ſermo, eſt falſa; de metaphiſicis autem uera eſt.

H. Det S. R. utriuſque extremi exemplum.

S. Iſta eſt uera, Homo componitur ex materia, & forma, ſiue ex anima & corpore, falſa ueruntamen eſt; homo eſt formaliter idem partibus ſuis, eſt enim & formaliter, & realiter homo a ſuis diſtictus partibus. quòd ſi metaphiſice loqui uelimus, hoc pacto, homo eſt animal rationale; in recto enim fit prædicatio metaphiſica, in obliquo autem phiſica, Vnde uerum inſuper eſt, homo formaliter eſt animal rationale, & realiter ſe idem habet cum illis partibus, & ideo in toto iſto, & partibus, non ex re, & re, ſed ex realitatibus, & realitatibus compoſito; conſequentia erit bona. Quòd illa, quæ idem formaliter ſunt, omnia ſint, & realiter idem, & alias ſecum identitates inferat, non autem phiſice ratione ſuæ compoſitionis.

H. Quomodo ualeret, quòd identitas obiectiua inferretur ab omnibus?

S. Quando illa, quæ ſunt idem obiecto, quidditatem dicunt, & hac reſponſione tollitur inſtantia de differentijs ultimis, & de paſsionibus, quæ quidditatem non dicunt, tunc ualet quòd ſi ſint idem realiter, quòd ſint idem demum, & obiectiue.

H. Quod ſi dicerem ens, & propriam paſſionem non eſſe idem realiter per ſe, ſe per accidens, non ne poſſem etiam defenſare, quòd, quæ ſunt uere per ſe idem realiter, quòd ſint idem etiam obiectiue.

S. Poſſes quidem.

H. S.R. dixit, quòd materia, & forma ſunt idem formaliter compoſito, uidetur oppoſitum potius; quòd com-

compoſitum ſit idem formaliter materiæ, atque formæ; cùm partes dicantur, & ſuperius,& inferius ſit idem formaliter ſuo ſuperiori.

S. Dicas,quòd in iſtis datur mutuitas, quòd partes ipſi toti, & totum partibus formaliter idem eſt.

H. Nonne reſponſio bona ea uidelicet eſſet, quòd materia, & forma ſunt idem formaliter compoſito,non phiſice, ſed quidditatiue,& metaphiſice?

S. Bona utique tua reſponſio erit.

H. Qui ſunt duo modi illi dicendi de obiectiua identitate?

S. Primus eſt quando aliqua conueuiunt in aliquo prædicato quidditatiuo limitato, ut Sortes, & Plato conuenientes in animali, ſunt idem obiectiua iden titate. Hoc autem modo, ſubſtantia, et accidens non ſunt idem ſic obiectiue, cùm in tali quidditatiuo & limitato prædicato haudquaquã conueniant. ſecundus uero modus, ſiue eſſe idem obiectiue ſecundum ſecundum modum eſt conuenire in aliquo tranſcendenti prædicato, ueluti eſt ſubſtantia cum accidente, quoniam in ente conueniunt ambo.

H. Quomodo potentiæ animæ, & paſſiones entis ſunt realiter idem inter ſe, & eſſentialiter, et tamen non ſunt idem obectiue?

S. Doce, quæ ſunt idem realiter inter ſe non per ſe, ſed per accidens uidelicet quatenus iunguntur in tertio, ut potentiæ animæ ratione animæ, et paſſiones entis ratione entis, in quo conueniunt, idque erit non per ſe, ſed per aliud, et ſic non de ſui natura,

ſed per accidens, uel quaſi per accidens.

H. Si ſaluare uelim, quòd maior identitas minorē iſferat per formalem conſequentiam, quid dicendum?

S. Quod id ſemper uerum eſt in his, quæ ſunt idem realiter per ſe, non autem per accidens, quòd uidelicet illa ſunt idem obiectiue.

H. Quo modo poſſum cognoſcere unam alia eſſe maiorem, uel minorem diſtinctionem?

S. Extenſiue, & intenſiue, Maior identitas extenſiue & extrinſece ea eſſe dicitur, quæ plures habet entitates; ideo infertur, quòd maiori diſtinctione diſtinguitur numerus ternarius, quàm binarius, cùm plures habeat entitates. Intenſiue uero, atque intrinſece non, ambo enim hij iam dicti numeri habent quidditates ſuas, & pari paſſu perambulant; diſtinctio tamen fit in parte iſta intrinſeca, quoniam maior diſtinctio intrinſeca ea eſſe poterit, aut per ſe, & formaliter, aut erit per accidens, & materialiter; ſi per ſe, maiori diſtinctione diſtinguntur duæ ſecundæ intentiones, ut genus, & ſpecies, quàm duæ quantitates molis duorum montium; genus etenim cum ſpecie in nulla ſpecie conuenire dicuntur, ubi montis quantitas cum alia in ſpecie, atque genere conueniat, quòd ſi per accidens, ſiue materialiter loqui uelimus, maiori diſtinctione duorū mōtium quantitates ab inuicem dicimus eſſe diſtinctas, quia maiorem entitatem habēt, & eſſe in aliquo ambo ſimul minime aliquando poterunt, genus uero, & ſpecies in uno eſſe ualebunt, ut de intermedijs ſpeciebus facile eſt uidere, quæ minorē entitatem habēt, & ideo

materia-

materialiter minori diſtinctione diſtinguntur.

H. Quæ igitur erit maior diſtinctio realis, an rationis?

S. Doce realem eſſe aliquando maiorem, ſed materialiter, & per accidens, non autem per ſe, ſeu formaliter.

H. Dixit T.R. quòd formalis conſequentia nó erit per unam diſtinctionem alias omnes inferre, quòd ſi in parte T. R. docuerit, hic ſaltem doce quo modo maior, uel minor differentia ſit?

S. Docui in 1. diſ. 1. q. 4. quo modo tam in rebus, quã in intellectu differentia maior manifeſta eſt; & ex illa concluditur differentia minor, quæ inmanifeſta dicitur eſſe; In rebus igitur ſic, ut exemplo id ipſe aperiã, differentia creaturarũ maior eſt, & notior, quàm differentia idearum, & ex prima nota concluditur ſecunda ignota, uel minus nota; Similiter in intellectu differentia, quæ eſt inter animal, & rationale ĩ intellectu eſt; eſt enim inter realitates, & non inter rem, & rem, ideo in intellectu reſidet, & eſt nota, & differentia maior, ex qua concluditur differentia minor, & nobis ignota, uel minus nota, quæ uidelicet dicitur eſſe inter eſſentiam diuinam, & paternitatem, maior ergo diſtinctio gratia materiæ, & non in formali conſequentia minorem infert, quia non ſemper.

H. Vnde habet T.R. ab Ariſt. quòd maior unitas minorem inferat unitatem?

S. Ex 5. metaph. t. co. 12. Maior inquit unitas minorem infert, quæcumque enim numero unum ſunt, & ſpecie idem erunt, ſed quæcumque ſpecie ſunt unum, non omnia numero ſunt unũ, ſed bene quæcũq; ſpecie

ſunt

ſunt unum, unum erunt etiam genere, non autem e-contra, quæ ſunt unum genere, unum erunt, & ſpecie, ſed proportione; & iſta, quæ proportione unum ſunt, non dicuntur genere unum eſſe, aut ſpecie; quare dijudicare quis facile poterit, quomodo maior unitas minorem inferat; Quia uero oppoſitorum eſt eadem diſciplina; quot modis dicitur unum oppoſitorum, tot et reliquum dici debet. Si maior unitas infert minorem, ergo ex eodem fundamento maior multitudo minorem infert.

H. An, quòd totum ſit cum materia, et forma formaliter idem, et diſtinctum a partibus deducatur ab Ariſtotile?

S. Nimirum in 7. metaph. t. c. 35. inquit materiam, formamque compoſiti eſſe partes quidditatiuas, et de eſſentia eius, ex quo inferri licet formaliter totum eſſe cum partibus idem; quòd autem a partibus diſtinguatur habetur in 7. meta. t. co. c. ubi dicitur, quòd compoſitum eſt aliquid aliud a componẽtibus, ut de literis patet ſyllabam componentibus.

H. An quòd ens, et unum, ſiue paſſio ſua unum realiter ſit?

S. In 4. metaph. t. co 5. inquit Ens, et unũ ſunt idem.

H. Quomodo probari poteſt, quòd ſint idem realiter, et non obiectiue?

S. In primo poſter. ubi dicitur, quòd paſsio in ſecundo modo de ſuo ſubiecto dicitur, et quòd ponitur in definitione paſſionis ſuperaddditum, ergo non habent quidditatiuum unum conceptum.

S. AD argumenta fauente, donanteque Deo Optimo Maximo iam nobis deuentum eſt, repetam igitur illa, ut ſuper litera dubitari, dubiaque in medium dari liceat.

Circa formalitates noſtras queritur. Vtrum illa, quę diſtinguntur formaliter diſtinguantur realiter? Et arguitur ꝙ ſic; et accipio duas formalitates, et ſint. A. & B. uel igitur A. & B. ſunt aliquæ res, uel nullæ res, ſi ſint aliquæ res, igitur, quæ formaliter diſtinguntur, realiter diſtinguntur, ſi ſint nullæ res igitur erũt nihil, quia quòd omnino nulla res eſt nihil eſt, per beatum Auguſtinum de doctrina Chriſtiana libro 1. cap. 1. Et etiam probatur ratione, quia res, & ens conuertuntur, ut patet 4. metaph. t. c. 2. & 4. quare quod nulla res eſt, nullum ens eſt, & ſic erit nihil, igitur &c.

Reſpondeo, cùm dicitur illæ formalitates, uel ſunt aliquæ res &c.

Dico, quòd ſunt aliquæ realitates, & non propriè aliquæ res, ſed magis aliquid rei; & cùm infertur, ergo diſtinguntur realiter, uerum eſt accipiendo diſtinctionem realem large pro omni diſtinctione, quæ eſt ſecluſo opere intellectus, non tamen diſtinguntur realiter, accipiendo proprie diſtinctionem realem pro illa, quæ eſt inter rem, & rem.

Item arguitur ſecundo ſic; illa, quæ diſtinguntur ex natura rei ſunt diſtincta realiter, patet de uirtute uocabuli, nihil enim aliud uidetur eſſe diſtinctio ex natura

tura rei, quàm diſtinctio realis nec è contra, ſed illa, quæ diſtinguntur formaliter diſtinguntur ex natura rei, igitur &c. Probatio minoris quia diſtinctio per formalitates, vel eſt extra actum intellectus, uel non, ſed non ex comparatione intellectus, patet per omnes, qui ponunt iſtas formalitates; Si ſecundum videlicet, quòd diſtinctio per formalitates ſit per operationem intellectus; tunc erit diſtinctio rationis, quòd eſt contra formalizantes, ſi eſt extra actum intellectus, igitur erit ex natura rei, & per conſequens realis, quod eſt propoſitum.

Reſpondeo, cùm dicitur, Quæ diſtinguntur ex natura rei, diſtinguntur realiter, dico, quòd verum eſt realiter, ideſt per realitates, & ex natura rei, non tamen ſicut res, & res, quia alia eſt diſtinctio rei, & alia ex natura rei (vt dictum eſt)

Item Arguitur tertio ſic, ſicut ſe habet res ſubiecti ad formalitatem ſubiecti, ita ſe habet res propriæ paſsionis ad rem propriæ paſsionis; ergo per locum a tranſmutata proportione, ſicut ſe habet res ſubiecti ad rem propriæ paſsionis, ita ſe habet formalitas ſubiecti ad formalitatem propriæ paſsionis; ſed res ſubiecti eſt eadem cum re propriæ paſsionis, (vt patet per te qui dicis, quòd ſunt idem realiter, & eſſentialiter) ergo formalitas ſubiecti eſt eadem cum formalitate propriæ paſsionis, & ſic non diſtinguntur, & per conſequens non diſtinguntur formaliter, quare &c.

Reſpondeo, Cùm dicitur, ſicut ſe habet res ſubiecti &c.

ĉti &c. Dico quòd propriæ non eſt hic locus a tranſ mutata proportione, quia vbi ē proportio, uel locus a tranſmutata ꝓportione, oportet quòd ſint diſtinctę res,& res. Cùm igitur res ſubiecti non ſit alia res a re paſsionis, ſed eadem, & indiſtincta, ideo non poteſt fundare poportionem, nec per conſequens erit locus a tranſmutata proportione; vel aliter dr̄ (licet iſta ſolutio ſit bona) quòd ſimilitudo argumēti nō ualet; eſt enim ſimilitudo,& diſsimilitudo, ſimilitudo ē iſta quòd ſicut res ſubiecti nō poteſt eſſe ſine re paſsionis, ita formalitas ſubiecti non poteſt eſſe ſine formalitate paſsionis, diſsimilitudo autem propter quam clau dicat eſt, quia res ſubiecti tranſit in identitatem realem cum re paſsionis, & econtra; formalitas autem ſubiecti non tranſit in identitatem formalem cum formalitate paſsionis, nec e contra quare &c.

Itē arguitur quarto ſic, quod eſt ſubſtantia eſt uera res, ſed formalitas ſubſtantiæ eſt ſubſtantia, igitur eſt uera res, prima patet de ſe, quia ē prædicatio ſuperioris de inferiori, minor patet, quia formalitas ſubſtantiæ eſt quòd quid eſt ſubſtātiæ (vt patet per iſtos) ſed quodquid eſt eſt idem cum re cuius eſt, patet. 7. met. igitur quod quid eſt ſubſtātiæ eſt ſubſtantia, & ultra quæcumque per ueram rem diſtinguntur realiter diſtinguntur; ſed quæ formaliter diſtinguntur per ueram rem diſtinguntur, ergo quæcumque formaliter diſtinguntur, realiter diſtinguntur.

Reſpondeo. Cùm dr̄, quòd formalitas ſubſtantiæ eſt vera res; dico, ꝙ omnis talis eſt uera res, ſi ſit ſubſtātia

in recto

in recto; Vnde eo modo, quo talis formalitas eſt ſub ſtantia, vel aliquid eius, eſt res, Modo non omnis formalitas ſubſtantiæ eſt ſubſtantia in recto, ſed aliqua in recto,& aliqua in obliquo; quare proprie non debet dici illa,quæ eſt in obliquo ſubſtantia, ſed ſubſtantiæ; & ideo non oportet, quòd illa, quæ ſunt diſtincta per formalitates ſemper diſtinguantur, ſicut res, & res; ſed ſicut rei, & rei.

Item arguitur quinto ſic, quæcumque habent diuerſas definitiones diſtinguntur realiter,uel ratione; patet, quia definitiones diuerſæ, ſiue differentiæ in eiſdem poſitæ uidentur ſufficere ad diſtinctionem realem, uel rationis; ſed illa, quæ diſtinguntur per formalitates habent diuerſas definitiones (ut patet per iſtos) igitur &c.

Reſpondeo, Cùm dicitur,quòd quæcunque habent diuerſas definitiones diſtinguntur realiter, uerum eſt, ſi habeant diuerſas definitioues quidditatiuas, conſtitutas ex genere, & differentia, ſed non oportet ſi habeant ſolum diuerſas rationes formales ab intellectu ex natura rei formaliter conceptibiles.

Item arguitur ſexto ſic, Si illa,quæ diſtinguntur formaliter,eſſent idem realiter,tunc ab uno,& eodem ſumerentur unitas, & pluralitas; quod uidetur inconueniens. Auſſumptum tamen probatur, quia per te ab uno,& eodem in quo eſt unitas rei & eſſe,ſumitur pluralitas formalitatum,& ſic ab uno,& eodem ſumetur unitas, & pluralitas; ſed hoc eſt falſum,ut dictum eſt, & ut patet ſecundo de generatione, idem in quantum

idem

idem non eſt natum facere niſi idem.

Reſpondeo, Cùm dicitur, quòd tunc ab uno, & eodem &c. dico, quòd ab uno, & eodem non poteſt ſumi unitas rerum, & pluralitas rerum; reſpectu eiuſdem; dico tamen, quòd ab uno, & eodem poteſt ſumi unitas rei, & pluralitas formalitatum, quæ non opponuntur in eodem, nec repugnant.

Item, arguitur ſeptimo ſic, accipio formalitatem ſubiecti, & ſit A. & accipio formalitatem paſsionis & ſit B. Tunc quæro, uel A. & B. habent aliquid commune, uel nihil commune, ſi nihil commune, ergo go A. & B. ſe totis diſtinguntur, ſed quæ ſe totis diſtinguntur realirer diſtinguntur, ergò A. & B. realiter diſtinguntur; ſed per iſtos illa ſunt eadem realiter, ergo illa, quæ in nullo ſunt eadem realiter, uel non ſunt eadem realiter, ſunt eadem realiter, quod manifeſtã includit contradictionẽ. Si detur quòd A. & B. habẽt aliquid commune; uel eſt reale uel rationis, ſi ſit ens reale, ergo illa ſunt entia realia, & ſic facient diſtingui realiter illa, quorum ſunt formalitates, ſcilicet ſubiectum, & propriam paſsionem; ſi autem ſit ens rationis, igitur illæ formalitates erunt entia rationis, & ſic facient illa, quorum ſunt formalitates, diſtingui tantum ſecundum rationem; quod eſt contra eos, qui dicunt, quòd diſtinctio per formalitates eſt maior, quàm diſtinctio rationis.

Reſpondeo, Cùm dicitur, Accipio formalitates ſubiecti, & propriæ paſsionis &c. Admitto totum, & cùm poſt dicitur, uel his formalitatibus ſubiecti, &

propriæ

propriæ paſsionis eſt aliquid commune, uel nihil. Dico, quòd nihil eſt commune uniuocum uniuoce dictum, habent tamen unam communem realitatem ſubiectiuam in qua realiter conueniunt, & differunt, licet non quidditatiue; & cùm ultra dicitur, quæcũque diſtinguntur ſe totis obiectiue, diſtinguntur ſe totis ſubiectiue, & realiter; dico quòd argumentum eſt bonum contra illos, qui dicunt, quòd diſtinctio ſe totis obiectiue infert diſtinctionem ſe totis ſubiectiue, & omnes alias, ſed ego non dico ſic; ideo quòd aliqua ſe totis eſſe diuerſa poteſt eſſe dupliciter, uno modo in realitate obiectiua, & ſic illæ formalitates ſubiecti, & proprie paſsionis ſunt primo diuerſæ; nec poſtea ſequitur, quòd diſtinguantur realiter. Alio modo in realitate ſubiectiua, & ſic realitas, & formalitas ſubiecti, & paſsionis non ſunt primo diuerſæ; quia conueniunt in realitate, & eſſentia ſubiecti, & paſsionis, & in ea identificantur realiter. Ad aliam probationem cùm dicitur, quærendo de illo, in quo conueniunt uel eſt ens reale, uel rationis. Dico, quòd in nullo conueniunt quidditatiue, ideo illud non eſt ens reale, nec rationis; Dico tamen, quòd in aliquo conueniunt denominatiue, & illud eſt ens, uel res tranſcendenter; dico etiam, quòd conueninnt in realitate ſubiectiua (ſicut dictum eſt.)

Item arguitur octauo ſic, quæcumque diſtinguntur quidditatiue diſtinguntur realiter, & eſſentialiter; patet, quia quidditas, res, & eſſentia idem ſunt; ſed quæ diſtinguntur formaliter, diſtinguntur quidditatiue: patet

patet,quia per iſtos formalitas nihil aliud eſt,quã rei quidditas; ergo quæ diſtinguntur formaliter, diſtinguntur realiter, & eſſentialiter, quod eſt propoſitũ.

Reſpondeo. Cùm dicitur, quæcumque diſtinguntur quidditatiue &c.

Nego. Ad probationem, quia quidditas, & res idẽ ſunt, verum eſt, ſed inadequate, quia cum unitate rei poteſt ſtare pluralitas formalitatum.

Item, arguitur nono ſic, Herueus Brito dicit has rationes demonſtrare, nulla propria paſsio protenditur vltra ſuum proprium, & adæquatum ſubiectum; ſed diſtinctio eſt paſsio entis, ergo non protenditur vltra ens, ſed omne ens, uel eſt reale, uel rationis ut patet 5. metaph. igitur omnis diſtinctio uel eſt realis, uel rationis, & ſic nulla erit diſtinctio media inter diſtinctionem realem, & rationis; & ita non erit dare diſtinctionem formalitatum, vel per formalitates; nec diſtinctionem ex natura rei; niſi contineatur ſub aliquo iſtorum modorum; & ſic habeo propoſitum, quòd diſtinctio formalis infert diſtinctionem realem.

Reſpondeo. Cùm dicitur ab Herueo, nulla paſsio &c. tranſeat pro nunc, poſtea cùm dicitur in minori, ſed diſtinctio eſt paſsio entis, concedatur totus ille proceſſus vſque ad minorem proſillogiſmi, & cùm dicitur omne ens eſt reale, uel rationis, ut patet 5. metph. Dico, quòd omne ens eſt reale, ideſt ſecluſo opere intellectus, uel rationis ideſt per opus intellectus. Poſtea cùm infertur, ergo omnis diſtinctio eſt

realis, vel rationis: dico, quòd omnis diſtinctio eſt realis, id eſt ſecluſo opere intellectus, quæ a nobis vocatur diſtinctio ex natura rei, vel rationis, id eſt per opus intellectus, tamen inter illas diſtinctiones mediat diſtinctio ex natura rei, & formalis.

Item. Arguitur decimo ſic, quæcumque diſtinguuntur numero, diſtinguuntur realiter, patet, quia quæ ſunt numeraliter diſtincta, non includit contradictionem vnũ eſſe ſine alio, & per conſequens realiter diſtingũtur, ſed quæ diſtinguuntur formaliter, diſtingũtur numeraliter; probatio, quia quæ diſtingũtur formaliter diſtinguuntur quidditatiue, vt patet per iſtos; Et quæ diſtingũtur quidditatiue diſtingũtur ſpecifice, patet, quia quidditas ponit rem in eſſe ſpecifico; ſed quæ diſtinguuntur ſpecie, diſtinguuntur numero, ut patet primo Top. & 5. meta. & etiam, quia diſtinctio ſpecifica eſt maior, quàm diſtinctio numeralis, & maior diſtinctio infert minorem ſecundum omnes; ſed quæcumque numero diſtinguuntur, realiter diſtinguuntur; igitur de primo ad ultimum, quæ formaliter diſtinguuntur, realiter diſtinguuntur, quod eſt propoſitũ.

Reſpõdeo. Cùm dicitur, quæcumque diſtiguuntur numero &c. Concedo illam maiorem, & nego minorem, ꝙ quęcumque diſtinguuntur formaliter diſtinguãtur numero; & ad probationem, quia quæcumq; diſtinguuntur formaliter, diſtinguuntur quidditatiue, trãſeat; ſed quæcumque diſtinguntur quidditatiue, diſtinguntur ſpecifice, nego illam, & ſi adhuc concedere-

tur,

tur, non ſequeretur vltrà diſtinguntur ſpecifice, ergo diſtinguntur numero; quia ſecundum eos actio, & paſsio diſtinguntur ſpecie, & tamen ſunt unus motus numero, ut ipſi dicunt, quare &c.

Item Arguit vndecimo Franciſcus de Marchia ad idem; illa, quæ habent realiter, & eſſentialiter diuerſas formas, realiter, & eſſentialiter diſtinguntur, patet clare ex intentione philoſophi 9. metaph. forma diſtinguit, & ſeparat; ſed quæ diſtinguntur formaliter diſtinguntur per formam, ut patet de virtute uocabuli; ergo, quæ diſtinguntur formaliter, realiter diſtinguntur, & eſſentialiter.

Reſpondeo. Cùm arguit illa, quæ habent realiter, & eſſentialiter diuerſas formas &c. Concedo accipiendo formam primo, & ſecundo modo; non autem accipiendo formam quinto modo. Et ad minorem; cùm dicit quæcumque diſtinguntur formaliter diſtinguntur per formas, verum eſt per formas, i deſt quidditates, & accipiendo formam quinto modo; Non autem accipiendo formam pro forma accidentali, uel ſubſtantiali, ideo totus proceſſus ſequens nòn ualet, quia procedit ex falſo intellectu.

Item Arguitur duodecimo, & vltimo ſic, niſi illa, quæ formaliter diſtinguntur, diſtinguerētur realiter; tunc formalitas non eſſet principium ſufficiens diſtinguendi aliquā realiter, patet de ſe; ſed hoc eſt falſum, patet, quia per paternitatē in diuinis, quæ eſt quædā formalitas, pater in diuinis diſtinguitur ab eſſentia

formaliter, & a filio in diuinis realiter, ergo realiliter, & eſſentialiter ſunt diſtincta, quæ formaliter diſtinguntur. Et confirmantur omnes iſtæ rationes ſic; omnis differentia rationis facit compoſitionem rationis, ergo omnis diſtinctio, ſiue differentia ex natura rei facit compoſitionem ex natura rei; ſed in diuinis; uel in ſimpliciter ſimplici nulla eſt compoſitio, ergo ibi nulla eſt diſtinctio ex natura rei, nec per conſequens formalis.

Reſpondeo. Cùm dicitur vltimo, niſi illa, quæ formaliter diſtinguntur &c. Concedo reſpectu illorum a quibus facit differre, uel diſtingui realiter, & dico breuiter, quòd eo modo, quo formalitas eſt principium diſtinctiuum, eo modo facit differre; ſi realiter, realiter, ſi formaliter, formaliter. Ad confirmationem poteſt dici, quòd non eſt ſimile; quia in differentia rationis eſt aliquid actuale, puta ipſa relatio rationis, & aliquid potentiale, puta ipſum ſubiectum, vel fundamentum; Nō autem oportet, quòd ita ſit in omni diſtinctione ex natura rei.

Aliæ multæ rationes formantur ab iſtis, quibus pro nunc ſuperſedeo, quia iſtis intellectis, & ſolutis, aliæ faciliter intelligenda, & ſoluenda ueniunt. Propone ergo circa ea, quæ ſonat litera, quæ difficultatem ingerunt.

H. In tertio argumento dixit S. R. quòd nequaquã locus a transmutata proportione tenet in his, quæ habent quidditatem vnam, & non aliam, & aliam, ideo inter ſubiectum, & paſſionem non habet locum: oportet

tet ne, quòd conditio alia ſit ad hoc, ut teneat?

S. Docui in 1. diſt. 36. & in 4. diſt. 43. valere argumentum a tranſmutata proportione in quantitatibus continuis, & diſcretis; valet inſuper quantum ad cõtradicere, & conuerti, & inter res, & non inter realitates, vt dixi in reſponſione, quæ reſponſio ſi non conſona eſſe uideatur, aliam hanc accipe: Concedo quòd infertur per commutatam proportionem, eſtq; verum, quòd ſicut res ſubſtantiæ eadem eſt formaliter cum re propriæ paſsionis, ita formalitas ſubſtantiæ cum formalitate propriæ paſsionis vniformiter. Quòd ſi inferas formalitas ſubiecti, & formalitas propriæ paſsionis ſunt idem realiter, ergo ſunt idem formaliter, fallacia eſt conſequentis arguere a ſuperiori ad inferius poſitiue; valeret autem ſunt idem formaliter, ergo realiter, ſicut eſt homo, ergo animal; ſed ſicut non ualet, eſt animal, ergo eſt hõ; ita nõ ualet, ſunt realiter idẽ, ergo ſunt idem formaliter.

H. Dicet quis, ſicut res ſubiecti eſt eadem realiter cum re propriæ paſsionis, ita videtur ſequi, quòd formalitas ſubiecti ſit eadem formaliter cum formalitate propriæ paſsionis.

S. Non licet iſta inferre (vt dictum eſt) quoniam ex minori identitate non infertur maior.

H. Si quis diceret paſsionem non habere aliam formalitatem a formalitate ſubiecti, & ideo non formaliter diſtingui?

S. Id eſſet probandum.

H. Paſsio eſt reſpectus aptitudinalis, & dependentia

ad terminum competit ei magis eſſentialis, quàm habitudo ad fundamentum, probatur modò, quòd iſte ſimilitudinalis reſpectus non dicit formalitatem; quia terminus non eſt in actu, & reſpectus iſte habet eſſe neceſſario per terminum, quomodo igitur diſtinctâ formalitatem a ſubiecto dicere poteſt; ſi terminus non eſt in actu, idque formaliter per ea, quæ ſæpè tua Reuerentia replicauit, quòd ſecundæ intentiones; neque modi intrinſeci habent aliam diſtinctam formalitatem ab ea, quæ eſt illius, cuius ſunt modi; quo modo ergo riſibilitas, cuius terminus non eſt in actu diſtinctam habere poterit formalitatem aliam a ſubiecto, cùm non ſic in actu ipſamet riſibilitas, ſicut neque alia paſsio? Docuit enim tua Reuerentia in 2.q. quolibet, aptitudinem non habere rationem entis in actu; quia relatio non eſt maioris entitatis termino ſuo. Idem eſt in 4.diſt.prima, & 28.diſt.primi q 3.

S. Docere tu ipſe poteris paſſionem, & quācumque relationem in actu ſuum habere eſſe, non ratione termini, ſed fundamenti, ratione enim termini in potentia dicitur ſolum, ut docui in quolibet 13. Hinc eſt, quòd relatio frequentius fundamentum, quàm terminum nominat, quia terminus non eſt in actu.

H. Sufficit ne ad hoc, quòd habeat aliam formalitatem, quòd ſit in actu ratione fundamenti?

S. Eſt ſatis, quòd ſit ens in actu ratione fundamenti ad hoc, quòd dicatur habere aliam formalitatem diſtinctam a ſuo ſubiecto, quòd ſi nullo modo haberet eſſe in actu riſibilitas, adhuc ſuo modo diſtingueretur

tur formaliter a ſuo ſubiecto, ſicut cùm dicimus Sortem, & Platonem non exiſtentes ſuo modo adhuc realiter eſſe diſtinctos in eſſe cognito.

H. Quo modo Pater, & paternitas, ſiue paternitas quæ eſt ſubiectum, & propria paſsio paternitatis formaliter diſtinguuntur, cùm non uideantur habere diſtinctas formalitates? Paternitas enim minus dicitur ens, quanto magis ſua propria paſsio erit ens diminutum, cùm non ſit actualis, ſed aptitudinalis reſpectus?

S. Propria paſsio paternitatis dicit ſuo modo formalitatem diſtinctam a paternitate, non tamen diſtinctā dicit aptualem, ſed aptitudinalem.

H. Quæcumque habent diuerſas definitiones (i quinto eſt argumento) diſtingui habent realiter, & ſuppono prædicamenta diſtingui formaliter, non autem realiter, ut in articulo de formali identitate depoſitum eſt, tunc ſic accidens definitur per ſubſtantiam, & accidens cùm ſit alterius prædicamenti realiter diſtinguitur ab ea, quo modo ergo ſtat, quòd illa, quæ habent diuerſas definitiones realiter diſtinguantur, cùm idem diſtingueretur a ſe? definitio enim, & definitum eadem res eſſe tenetur.

S. Doce illa diſtingui realiter, quæ diuerſas habēt definitiones quidditatiuas, & quarum una non includit aliam nec additamentaliter, neque quidditatiue; Illa uero, quæ per additamentum dantur, licet diuerſas habeant definitiones, non ſequitur, quòd realiter diſtingui habeant, uti eſt propria paſsio cum ſubiecto.

H. Ab vno, & eodem poteſt ſumi unitas rei, & pluralitas formalitatum habetur in ſexto argumento quo modo, uel qua ratione id fieri dicitur?

S. Quoniam diſtinctio non tollit quamcumque unitatem diſparatam, ſed oppoſitam, nam tollit unitatem formalitatum, quæ opponitur diſtinctioni formalitatum, non autem tollit unitatem diſparatam, quæ unitas rei dicitur, cùm iſta duo non opponantur ſcilicet diſtinctio formalitatum, & unitas rei.

H. In ſeptimo dictum eſt his formalitatibus ſubiecti, & propriæ paſsionis nihil eſt commune uniuocum uniuoce dictum, habent tamen unam communem realitatem ſubiectiuam, an ſit hoc uniuerſaliter uerum?

S. De formalitatibus propriarum paſsionum, atque ſubiecti uniuerſaliter uerum eſſe dicitur. De ſubiectis autem accidentium communium non eſt uerum, quia albedo, & Sortes ſubiectiuam habent formalitatem, & ultra hoc habent commune uniuocum, ſiue uniuoce dictum.

H. Si illa, quæ non ſunt eiuſdem naturæ habent aliquid commune uniuoce, ut Sortes, & ſua albedo, quanto magis illa, quæ habent naturam communem eãdem, ut ſubiectum, & paſsio ſua debẽt habere commune aliquid, & uniuocum ſaltem ens?

S. Dicitur, quòd homo, & propria paſsio dicunt unam naturam ſubiectiue, non autem obiectiue, illa uero Sortes, & ſua albedo includunt ens, & uniuoce, quia ſunt in recta linea prædicamentali cuiuſmodi illa non ſunt.

H. Sua

H. Sua R. dixit, quæcumque diſtinguntur ſe totis obiectiue diſtinguntur ſe totis ſubiectiue, eſſentialiter, realiter, & formaliter, non ualere; ideo inferre: ſubiectum, & propria paſsio diſtinguntur ſe totis obiectiue, ergo ſubiectiue, & realiter; non licet inferre conſequentiam iſtam, an alia eſſet reſponſio?

S. Ea eſſet alia, nego, quòd ſubiectum, & paſsio diſtinguantur ſe totis obiectiue, cùm non diſtinguātur ſecundum omnem modum, ſed tantum in hoc, quia nihil quidditatiue, & uniuoce i cludunt, non autem in hoc diſtinguntur obiectiue, quòd non includant prædicatum uniuocum; vel dices, quòd non diſtinguntur ſe totis obiectiue, ut vnum non includat aliud identice, uel per exiſtentiam, & inferre; ergo diſtinguntur realiter, non licet.

H. In argumento octauo reſponſio ea ſatis eſt plana, alia verumtamen ſi daretur, ſatisfaceret omnibus.

S. Iſta igitur ſit, nego maiorem .ſ. quæcumque diſtinguntur quidditatiue, diſtinguntur realiter, cùm dicitur quidditas, & res idem ſunt, Concedo, ſed non adæquate, ideo argumentum ſumpſit falſum, quia quidditas, & res exiſtentiæ, uel ſubſiſtentiæ, nō ſunt idem, bene quidditas, & res eſſentiæ idem ſunt, quòd ſi ſumatur res communiter, ut eſt res communis ad rem eſſentiæ, exiſtentiæ, & ſubſiſtentiæ, uerum eſt. Quæcumque diſtinguntur quidditatiue, diſtinguntur realiter, & eſſentialiter; cùm autem probas, quidditas, & res idem ſunt, uerum eſt de quidditate, & re eſſentie, ſed nihil tunc eſſet ad propoſitum, quia di-

ſtinctio

ſtinctio realis requirit non ſolummodo rem eſſentię, ſed ſub exiſtentia, & actu, & de hac eſt hic ſermo.

H. In decimo argumento, quæcumque diſtinguntur numero diſtinguntur realiter, Sua R. concedit iſtam, & tamen falſa uidetur, quia actio, & paſsio ſunt diſtincta numero, cùm ſint in diuerſis generibus actionis .ſ. & paſsionis, quæ ſunt diſtincta genere, & ſpecie, & numero, & tamen non ſunt diſtincta realiter, cùm actio, & paſsio non ſeparetur, & ante paululum S. R. conceſsit, quòd actio, & paſsio ſunt idē realiter, ſed formaliter diſtinguntur.

S. Reſponde igitur clarius; Quæ ſunt diſtincta numero, & ſeparabilia ſunt, illa diſtinguntur realiter.

H. Ad vndecimum argumentum eſt ne alia reſponſio?

S. Recole diſtinctionis illius, quòd aliqua dicuntur diſtincta per ſe, quæ unum ſunt de per accidens, illa, quæ habent diuerſas formas realiter, & eſſentialiter, illa ſunt diſtincta realiter, & eſſentialiter, uerum eſt; ſed falſum eſt de his, quæ ſunt diſtincta realiter, & eſſentialiter per accidens, quia talia idem ſunt, exemplo id notum fit, albedo, & dulcedo habent diuerſas formas realiter, & eſſentialiter, & per ſe realiter, & eſſentialiter ſunt diſtincta; ſunt tamen idem per accidens ratione tertij, in quo conueniunt videlicet in lacte.

H. Eſt ne alia?

S. Eſt quidem, & iſta; quæcumque habent diuerſas

formas

formas realiter, ſunt diſtincta realiter, pater, & filius habent diuerſas formas, ergo pater, & filius ſunt diſtincti realiter; dicas uerum eſſe, quòd pater, & filius ſunt diſtincti per ſe realiter, tamen de per accidens ratione infinitatis non ſunt diſtincti realiter, immo ſunt idem.

H. Circa ea, quæ ſunt vltimo in loco a Sua Reuerentia dicta, ſcrupulus oritur talis, iſta propoſitio, & ſimiles; Sortes eſt Sortes, an diſtinctionem faciat rationis?

S. Facit rationis diſtinctionem.

H. Ex principijs ſuæ doctrinæ id non uidetur, quoniam ibi non eſt intentio ſubiecti, neque prædicati; patet, nam in prædicatione primi modi extraneantur intentiones ſecundæ, & in octaua uniuerſalium habetur, homo eſt animal, homo, inquit Sua Reuerentia, non eſt ſpecies, neque animal eſt genus, ita in iſta propoſitione, Sortes eſt Sortes non erit ante copulam Sortes ſubiectum, neque poſt copulam prædicatum erit.

S. Scias rationis diſtinctionem facere propoſitionem illam, cùm autem ex uniuerſalibus arguis me dixiſſe in hac propoſitione, homo eſt animal; homo non eſt ſpecies, & animal non eſt genus; quia doceo remouendas eſſe intentiones ſecundas à fundamentis, quando fundamenta uniuntur ad inuicem per hoc uerbum eſt; Dico quòd ab iſta propoſitione; Sortes eſt Sortes remouentur intentiones prædicati, & ſubiecti formaliter, non autem fundamen-

damentaliter, quia fortes ante eſt,& poſtea eſt,& poteſt eſſe fundamentum iſtarum ſecūdarum intentionū prædicati,& ſubiecti, & hoc ſufficit ad faciendam diſtinctionem rationis in propoſitione, ſcilicet quòd extrema poſsint eſſe fundamenta ſecundarum intentionum. Ad illud autem, quòd homo non eſt ſpecies,& animal non eſt genus in propoſitione, homo eſt animal; Dico quòd uerum eſt formaliter, eſt tamen fundamentaliter homo ſpecies,& animal genus pariter.

In formalitates Dialogis expletis candide lector, & mi Hieronyme lepidiſsime, reliquum eſſe cenſeo, ut Chriſto Optimo Maximo animi tui affectum omni conatu offeras, per quem bonum omne, omneque datum optimum pientiſsimus,ac diuiniſsimus ille parens, nobis miſeris largiri non deſinit, a quo te accepiſſe fateberis luminis aciem, tuique intellectus acumen demumque medium omne, omneque in tuis ſiquid æquum reperitur, ac rectum, pro quibus inexauſtas ne deſinas, immortaleſque habere gratias.

H. Excellentiſsime Doctor,quæ S. R. premia digna feram? Deo igitur optimo Maximo,a quo cuncta bona procedere noſti, Chriſto mediatori ſufficientiſsimo, ac redemptori noſtro largiſsimo, per quē meritum omne, dignumque omne opus eſſe penſatur, Dei paræ peccatorum omnium Matri, ac ſanctis omnibus, ex intimo cordis gratias habeo; habeoque gratias tibi optime Pater, necnon Magiſter excellentiſſime, qui non dedignatus es rude ingeniolum meum nedum ſufferre, uerum etiam ſibi plus debito ſatisfa-

cere

cere; rogatos inſuper eſſe volo, quibus apices ſcoticos hos lectitare libuerit, ut ſi quid boni repererint, me hoc in libello depoſuiſſe, ab illa cœlorum aula delapſum fuiſſe accipiant; ſupernoq́ue, ac diuino largitori, nec non S. R. aſcribant; ſiquid uero purgatis auribus diſſonum apparebit, imperitiæ meæ aſcribere uelint; Quamobrem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ pedibus me cũ opere omni cũ humilitate ſubmitto. &c.

FINIS.

ROMAE, MDLXX.

1.006.058